re communi poteſt delinquens puniri in loco do-
micilij vel originis de delicto alibi commiſſo:vt j.
vbi de cri.agi opor.l.j.ff.de inter.& rele.l.relega-
torum.§.ſed & in eas.& §.ſi quis.¶ Hoc præmiſ-
ſo videamus vtrū poſsit procedi per viam accuſa-
d tionis tantum[d].ſ.de iure communi:an per viā in-
quiſitionis de iure minici.& videtur,q̄ ſolum per
accuſationem de iure communi inquiſitiō fiat ad
vindictam publicam:vt in auē.de manda.prin.§.
q̄ ſi delinquentes.colla.ij.& ad delictum punien
dum non occultandum.vt in auē.de armis.§.ſan-
cimus.colla.vj.ſed iniuria non videt̄ facta,niſi ī eo
loco.vbi quis deliquerit,non in loco vnde oriun-
dus eſt,vt ff.de iuriſdi.om.iud.l.ſi quis id quod.&
l.ſi familia.ergo iudex originis non poterit proce
dere,vel inquirere.Præterea rectores ciuitatū di-
cuntur patres ſubiectorum:vt d.§.ſancimus,& in
auē.vt iudices ſine quoquo ſuffra.§.eos autem co.
ij.ſed homo forenſis offenſus extra territorium,
non eſt ſubiectus illi iudici terræ originis offendē
tis,& ſic nō eſt ei,tanq̄ pater.merito de iniuria ei
facta non poteſt procedere.¶ Econtra,q̄ poſsit ꝓ
cedere:q2 de iure cōmuni habet iuriſdictionem:
vt ſ.dictum eſt,ergo illa iuriſdictione poterit vti,
cum qualitate ſibi addita per ſtatutum:quod pro-
cedat per inquiſitionem:cum qualitas de facili ad-
datur,vt l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa.Prę
terea hoc probatur ratione proprij intereſſe.Nam
rei publi.intereſt habere bonos ſubditos.ff.de his
qui ſunt ſui vel alie.iur.l.j.§.fi.& in auē.vt iudic.
ſine quoquo ſuffra.§.cogitatio.ſed homines boni
efficiuntur,ſi eis pœna imponatur ex delicto,vt
l.j.de iuſti.& iur.ibi nō ſolū bonos &c.Et de hoc
quod expreſsè ſit ratio publicæ diſciplinę, vt.l.li-
citatio.§.quod illicitè.ff.de pub.intereſt ergo ſua
punire ſubditos:& ſic ſtatutū ad eos extēderetur.
Præterea eadem ratio videtur,ſiue per accuſatio-
nem,ſiue per inquiſitionem procedatur:Inquiſi-
tio enim ſuccedit loco accuſationis,ergo &c.Præ
terea pone quod Titius extra territoriū incidit in
l.ſi quis.j.de epiſ.& cle.certum eſt,q̄ iudex ratiōe
originis poterit inquirere:ergo idē ī ꝓpoſito.Prę
terea ſtatutum loquitur generaliter:ergo &c.vt
l.j.§.generaliter.de leg.præſtā.Propter q̄ determi
nauit Cy.q̄ iudex poſsit procedere per inquiſitiō-
nem & denūciationē,ſicut per accuſationē:quod
an ſit verū infra dicam.¶ Super alio vero puncto
ſcilicet de cōdemnatione:videtur primò,q̄ debeat
puniri ſecundū legē loci,vbi delinquit:vt C.vbi
ſena.vel clariſ.l.j. Prȩterea cōtract⁹ & delicta æq
parantur,vt ff.de iudi.l.tam ex contractibus.& l.
omnem.ſed in cōtractibus inſpicit̄ locus contra-
ctus:vt ff.de euic.l.ſi fundus.& ſupra probatum
eſt.ergo &c.Præterea ſupra circa principiū huius
tractatus dictū eſt debere inſpici locū delicti.er-
go &c.Pro hoc eſt caſus extra de conſti.c.vt aīarū
§.j.lib.vj.¶ Ex aduerſo q̄ poſsit puniri ſecundū
legem ciuitatis ſuæ,probatur ſic.lex & ſententia
æquiparantur,vt ff.de manumiſ.l.ſeruus hac lege.
Sed ſuum ſubditum poteſt ligare ſua ſentētia:er-
go ſua lege.Præterea ſi aliquis delinqt in eccleſia
quam conſtat non eſſe de iuriſdictiōe ſeculari:ta-
mē poterit à iudice ſeculari ſua lege puniri:vt j.de
adul.auē.ſi qs.& j.l.j.Prærerea hoc probatur ex-
preſsè.j.de eunuch.l.ij.vbi ſubditur ligatur etiam
extra territoriū.¶ Ex quibus Cy.determinauit ci-
uem ex delicto in alia ciuitate cōmiſſo poſſe ī ſua
e ciuitate puniri,ſecundùm legē ſuæ ciuitatis.[e] Et ſi
dicatur quomodo porrigit ſuum effectū extra ter
ritorium (Reſpōdet ipſe,fateor q̄ extra territoriū
nō poteſt inducere nouam obligationis ſubſtātiā
ſed bene poteſt illi delicto,q̄ eſt de iure communi
addere nouā qualitatē,quæ facilius adijcit̄,q̄ ſub-
ſtantia,vt l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxalib.
Nō ob.c.vt aīarū.quia illa deciſio proceſsit ex er-
rore canoniſtarū.vt ſpeciale ibi in ſententia excō-
municatiōis.hic eſt effectus ſuorū verborū.& prę
dicta ſunt ex verbis.Pet.ex repet.ſua.ī l.extra ter
48 ritorium.ff.de iuriſ.om.iudi.¶ † Mihi autē vident̄
verba ſtatuti diligenter intuenda.Aut expreſsè
diſponitur de eo,quod ciuis facit etiā extra territo
rium.& tunc contra eū procedi poterit,& puniri.
d.l.ij.de eunuch.& ſ.ꝓxi.q.dixi.Aut limitatiuè,
loquitur de eo,quod ſit intra territorium:& tunc
non extendit̄ ad ea,quæ fierent extra.l.ſi vero.§.
de viro.ff.ſol.matr.cum ſimi.Aut ſtatutum ſimpli
citer loquitur:& iſta eſt quæſtio noſtra.& de hoc
caſu dicam.Aut quæritur de modo procedēdi:&
poſſet procedi ſecundum ſtatutum ciuitatis origi-
f nis[f]:quia ſtatuta,quæ reſpiciūt proceſſum ſeu li-
tis ordinationem porrigūtur ad omnem litē,quę
in ipſa ciuitate actitat̄:poſito quod ſit de eo,quod
eſt extra ciuitatem actum:vt l.iij.§.fi.ff.de teſtib.
& l.ij.in fi.quemadmo.teſta.aper.& l.cū clericis.
in fi.j.de epiſ.& cle.ita ſupra dictum eſt circa con-
tractus.Pro hoc j.de cuſto.reo.l.j.in princ.Et ſic:
in primo puncto tene opi.Cy.quod poſſet p in-
quiſitionem procedi.¶ Aut quæris de modo pu-
niendis & tunc puniatur vel de iure communi:vel
g ſecundùm ſtatutum loci,vbi deliquit:[g] quia ſtatu-
ta quæ reſpiciunt litis deciſionem,non porrigunt̄
ad ea,quæ extra territorium ſunt cōmiſſa:ſed de-
bet inſpici locus,vbi res eſt ſituata:vt ſupra dictū
eſt tam circa cōtractus,quā circa delicta.& hic eſt
caſus in d.c.vt animarum.§.j.facit de bo.aut.iudi.
poſ.l.cum vnus.§.j.& in hoc teneo opin.Odof.&
Alber.de gan.¶ Sit ergo cautus iudex quādo for-
49 mat inquiſitionem vt in cōcluſione † inquiſitionis
dicat:ſuper quibus omnibus & ſingulis intēdo ꝓ
cedere:& inquirere ſecundùm formam huius ci-
uitatis,& eum culpabilem punire, & condemna-
re ſecundùm formam iuris,& ſic procedendo ſe
refert ad ſtatuta:in condemnando ad ius commu
h ne.¶ Vltimò quæro[h] de effectu pœnæ vtrum ex
tendat ſuum effectum extra territorium iudican-
tis:& omiſsis omnibus allegatiōibus,pono quod
mihi

a ¶ Extra territoriū. Video oīno Bal.in l.iubemus nullā.& q̄ ibi dixi poſt Bar.j.tit.j.& p Spec.de materia in ti.de conſtitu.ver.ſed ſi extraneus in ciuitate.& Io.And.de ſent.excō.c.à nobis.per Bal.in l.ij.j.d̄ eunuchis. Adde Baldū cōſi.cxxxix.lib.iij.& cōſil.cccclxxiij.lib.iiij.Et quomodo inchoans maleficium in vno loco & finiēs ī alio debeat puniri,vbi incœpit vel vbi finiuit,vide bal.conſ.cxj.iiij.li. Et an qs poſsit puniri in loco delicti & in loco originis & qualiter iudices dicant̄ præuemiſſe vnus alterum,vide per eundem conſil.cxc.lib.iiij.& cōſil.ccccxviij.libr.ij.vide et p Fede.cō.ij.

b ¶ Supra Aretium. De delictò cōmiſſo ī exercitu & hoc per Bal.hic in antepe.col.

c ¶ Ciuitatis Peruſij.Vide Innoc.& cano.in ca.poſtulaſti.de fo.cōpe.verſi.finali.ibi accidit,q̄ quidam Peruſinus &c.& quod notat Bald.in l.ſi quis in hoc.j.de epiſco.& cle.no.Ange.in l.ſi vacantia.in v.char.& Io.And.in addi.Spec.de compe.iudic.& adde Bald.in l.ij.j.de eunuchis.vbi dixit nota.verbum per Bald.in l.negāda.in vj.colū.cum ſeq.j.de accu.per Iacob.de bell.in l.j.C.de emanci.liberorum.

d ¶ Accuſationis tantum. Angel.in diſputatione ſua Bono.ſuę ciuitatis &c.in prima quæſtio.tenet opin.Cyn.& Bartol.quod poſſit vigore talis ſtatuti inquiri. Adde an poſsit inquiri de delicto alibi commiſſo. Bald.conſil.ccxxij.iiij.lib.

e ¶ Suæ ciuitatis.cōtrarium tenet gloſ.in cle.j.de fo.competen.Adde vt per Bal.cōſil.xxiiij.lib.j.incipien.Rodulp.

f ¶ Ciuitatis originis.ſed Ang.in ſua diſputa.Bono.ſuæ ciuitatis exbannitus &c.in pe.q.q̄ quantum etiā ad pœnā imponat̄ pœna ſtatuti contra Bar.

POMATES.

g ¶ Vbi deliquit,vide Pau.conſi.lj.colum.pen.in ij.volu.Cepo.in cōſil.viij.colū.ij.& Panor.in c.cū contingat.colū.ij.de fo.cōpe.& Alex.cōſi.iij.col.j.& ij.volu.j.& Paul.de Caſt.cōſi.lxxv.vbi ſequitur docto.Bar.hic inferius ad pulchrū caſum,de quo ibi per eum.

h ¶ Vltimo quæro.vide do.Ant.in ca.poſtulaſti.de fo.cōpe.& ī c.quod clericis.eod.titu.& ibi moder.do.Petr.& Io.de Imo.in c.cū olim.de cle.cōiug.Bar.in ſuo tract.de Guelphis & gebellinis.in iij.q.princ.vbi dicit,q̄ ſtatuta in dubio debēt intelligi de his,q̄ ſiūt & reſpiciūt territoriū ſtatuētis.alleg.l.fin.de iuriſd.om.iud.l.cū vnus.§.is qui.de bo.auth.indi.poſ.vide Bart.in tract.reprȩſalia.in iiij.q.primæ qōnis princip.Bald.in l.j.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. ne fil. ꝓ pa. Sal. in. l. filiꝰ. c. ti. lap. in ſuis allegatiõibꝰ in tit. de cõſti. Bal. in. l. ſi qua. ff. de his q ſunt ſui. latiſſime cõſului ſuperioribꝰ diebꝰ vide q̃ in illo cõſ. dixi. & Io. Calde. in cõſi. ſuis. in tit. de conſti. & in tit. de teſta.

e *P. P. A V. P.* ¶ Vltimo quæro. Vide Pau. de caſt. cõſi. lxxxvj. Fel. in ca. poſtulaſti. colũ. ij. & ſequen. de for. cõpeten. & aliqua ibi. col. vlti. & in c. fi. co. xij. eo tit.

e ¶ Publicare bona. Quomodo ciuitas hodie dicatur habere fiſcũ & poſsit publicare bona ſequitur hoc Bal. in l. j. j. de hæred. vel act. ven.

f POMATES. ¶ Eis cõceſſo. Vide ibi Alex. cõſi. cxj. in iij. colũ. in prin. in iiij. vol. & in. ij. col. & in cõſi. vj. maximè in fi. vol. j. & Ro. cõſi. lix. in iij. col. ĩ v. dub. Panor. cõſi. vj. in primo dub. vol. ij. & cõſi. xvij. col. ij. ſecũdo dub. eo vo. Fel. in. c. quæ in eccleſiarũ. colũ. ij. de cõſtit. & in c. cum a nobis colũ. iij. in verſi. tertio not. de teſtib. & Barb. cõſil. xj. col. viij. vol. j. & Ancha. in. c. canonũ ſtatuta. col. iiij. de conſtitu. & Arc. cõſilio. x. vbi pulchram quæſtionem ponit circa hanc materiam.

50 mihi videtur diſtinguendo † ſuper diuerſis membris. Aliquando enim reperitur pœna quæ reſpicit perſonam: aliquãdo quæ reſpicit bona. Primo caſu aut pœna impoſita reſpicit certi loci interdictum, & non porrigitur extra territorium interdicti ex poteſtate ſententiæ: ſed bene porrigitur ad quædam loca per conſequentiam & iuris diſpoſitionẽ: vt lege, relegatorum. §. j. & §. interdicere. & §. ſequenti de interdic. & relega. Aut nõ reſpicit interdictum certi loci, ſed certæ artis: & tũc nõ porrigitur extra territoriũ, vt. ff. de poſtulan. l. ex ea. Aliquando vero non reſpicit principalem iuridictionem loci nec artis, ſed diminutionem ſtatus: vt quando quis efficitur infamis: tunc dicitur ſtatus eius minui: vel efficitur ſeruꝰ pœnæ: & tũc etiam dicitur ſtatus minui: vt. ff. de var. & extraordinarijs. cognitio. lege, cognitionum. §. æſtimatio. & §. finali. Et primo caſu pœna impoſita hic habet effectũ vbiq;, vt. l. ex ea cauſa. de poſtulan. vbi loquitur de infamia. Idem dico in his qui efficiuntur ſerui pœnæ ꝑ ſentẽtiã multo magis. nam in his contingit diminutio ſtatus ſolum ex qualitate pœnæ: vt d. l. qui vltimo. de pœnis. & l. quidam. & j. de donationibus inter virum & vxorẽ. lege, res. ibi, ex pœnæ qualitate. Si igitur ex genere pœnæ, non curo, vtrum talis pœna imponatur ex forma ſtatuti vel ex iure cõmuni. facit ad hoc ff. de his qui notãtur infami. l. ictus fuſtiũ. & quod ibi not. & crederem quod illa mulier: quæ fuit hic condemnata ad ignem, & poſtea fuit recepta a familia, quod ſtatim fuit effecta ſerua pœnæ,[a] etiã ſecundũ iura hodierna, vt dicta lege, qui vltimo. & qđ ibi not. de donationibus inter virũ & vxorem. authentica ſed hodie. Nam poſt ſententiam non debuit ſuperuiuere: & ideo vbicunq; ſit dico quod eſt ſerua pœnæ, nec poteſt facere teſtamentum, nec contrahere, & ſimilia facere. Et dico idẽ in excommunicato: quia vbiq; dicitur excommunicatꝰ: vt iiij. q. v. quiſquis. Iſtæ enim pœnæ quæ reſpiciunt diminutionem ſtatus infliguntur in perſonam & ipſam perſonam ſequuntur ſicut lepra leproſum. & facit. ff. de pecu. leg. quis ergo caſus. pro ſocio. l. iij. in princip. & quod in eis not.

¶ Secundo caſu quando pœna reſpicit bona pone, quidam eſt condemnatus in ciuitate in publicatione bonorũ, habet quædam bona alibi: vtrũ illa eſſent publicata.[b] Gul. de Cug. tãgit hic. & ff. de capitis diminutione. l. ij. & tenet quod quælibet ciuitas habet bona in territorio ſuo ſita: nã dicta bona ſunt quaſi vacantia: vt infra, de bonis vacan. l. prima. & repelluntur venientes ab inteſtato. & ideo cum quælibet ciuitas reputetur fiſcus[c] cuilibet accreſcẽt illa bona prout ſunt in territorio: argu. ff. de vſufru. accreſ. l. idem Neratius. ſecundo reſponſo. Pro hoc j. de epiſco. & cleri. l. ſi quis preſbyter. vbi partem bonorum habet eccleſia: partem curia, fiſcus, vel patronus. Facit de cenſibus. l. forma. §. ſi vero quis agrum. de tuto. & curato. da. ab his. l. pupil. & l. iuriſperitos. §. cum oriundus. de excu. tuto. & videtur caſus de exa. tributo. l. fina. de bonis vacanti. lege, ſi quando. ij. reſpõſo. ſecundum eum. Alij dicunt quod Nico. Mata. in quadam ſua diſputatione dicit: aut iudex q publicauit bona habet iuriſdictionem a lege cõmuni, & impoſuit pœnam ſecundum ordinem iuris communis: aut vtrunq; ſcilicet iuriſdictionem & pœnæ impoſitionem[d] habeat a lege municipali ſiue alterum tantum. Primo caſu talis pœna extẽditur ad patrimonium vbiq; poſitum. ſed in corporatio in poſſeſſionem fiſci fiet: & per illũ officialẽ in cuiꝰ territorio ſunt ſita bona: vt l. a diuo Pio. §. j. de re iudic. & l. cũ vnus. §. j. de bo. auth. iud. poſ. & quod ibi no. & d. l. ſi quãdo. & l. ſi. de bo. vac. A ſimili ſicut quãdo plures ſunt tutores eiuſdẽ pupilli habentis patrimonium in diuerſis ciuitatibꝰ ſeu prouincijs: vnꝰ in vna ꝓuincia procurat q ꝯſtituãtur bona quæ ſunt in alia: vt. l. tutores. §. hæres de adm. tuto. Ita hic plures officiales in diuerſis prouincijs repræſentant vnum fiſcum. In ſecũdo caſu quando vtrunque vel alterum tantũ procedit a lege municipali: tunc publicatio non extẽditur ad bona quæ non ſunt illi iuriſdictiõi ſubiecta: vt infra qui da. tuto. poſ. l. neque. cũ ſimi. Mihi in iſta quæſtio. videtur dicendũ quod ciuitas non poteſt ſibi publicare bona[e] propter delicta de iure communi: vt C. de bo. vac. l. j. & ibi not. Itẽ ciuitas de iure communi non habet merum imperium & cognitionem iſtorum delictorum grauiorũ: vt j. de defen. ciui. l. defenſor. Ille ergo ciuitates Italiæ quæ illã iuriſdictionem exercẽt, & quæ bona ſibi publicant, hoc faciunt vel ex priuilegio eis cõceſſo[f] per principem: vel ex cõſtitutione antiqua quæ habet vim cõſtituti priuilegij: vt l. j. §. ductus aquæ. de aqua quoti. & æſti. & l. j. in fin. de aqua plu. arc. Et ita dicit gloſ. in aut. de defen. ciu. §. iuſiurãdũ. in fi. mag. glo. & ſic ciuitates quæ ſũt hodie in camera fiſcali poſſunt dici procuratores fiſci in rem ſuam in ipſa ciuitate. Nam ad ſui vtilitatem vtuntur iure fiſcali ex cõceſſione principis

51 tacita vel expreſſa, vt dictũ eſt. ¶ † Hoc præmiſſo in quæſtiõe præcedẽti[g] ſic dico: Aut iuriſdictiões ſunt ſeparatæ: ſed burſa fiſcalis eſt vna in effectu in vtroque loco, aut ſunt ſeparatæ iuriſdictiões & ſeparatæ burſæ fiſcales. Primo caſu, aut illa publicatio fit de iure cõmuni & bona vtriuſq; loci erũt publicata: vt l. ſi quando. de bo. vacan. & fiet executio per officialẽ illius loci vbi ſunt bona: vt ſupra dictum eſt. vnde dico ſi præſes, qui eſt in Marchia Anconitana[h] ꝓ eccleſia Romana publicaret de iure communi bona alicuius: q intelligerẽtur bona publicata quæ ille habet in ducatu, ſed in illis bonis fieret executio per ꝓcuratorẽ fiſci: q eſt in ducatu. Aut publicatio fit ſecundũ conſtitutionem vel leges ſpeciales: & tunc aut illæ leges ſpeciales ſunt in vtroq; loco vbi ſunt oĩa bona. Exẽplum: plures iudices ſunt deputati ab vno Rege per diuerſa territoria regni[i]: vnus publicat ſecundum conſtitutionem regalẽ: & tunc omnia bona quæ ſunt in regno, eſſent publicata eadem ratiõe & ꝑ eaſdẽ leges. aut dictæ leges ſpeciales nõ ſunt cõmunes ad vtrũque locũ. Exemplũ: in Marchia ſunt quædã conſtitutiones, quæ nõ ſunt in ducatu: tũc talis publicatio nõ extẽditur ad bona quæ ſunt extra locum, ad quẽ ſe protendit conſtitutio vt. l. extra territoriũ. de iu. om. iud. & c. vt animarũ. de conſti. lib. vj. & j. qui da. tut. poſ. l. neque & de tu. & cura. da. ab his. l. j. in fi. & l. pupillo cũ ſimi. ¶ Secundo. quãdo iuriſdictiões ſunt diſtinctæ & burſæ fiſcales diſtinctę. Aut publicatio nõ fit de iure cõmuni: & tunc non extenditur ad alia bona, etiam alibi ſita. per dictas leges. Aut fit de iure communi: & tũc ad omnia bona etiam alibi poſita extenditur[k] tamẽ quælibet ciuitas habebit bona in ſuo territorio ſita, ſecundum q dicebat Gul. de Cugn. quod probo: quælibet ciuitas dicitur ꝓcurator fiſci: vt ſupra oſtenſum eſt. Sed ſi ꝓcurator eſſet fiſci: et ad vtilitatem fiſcalem, ad eiꝰ officium ſpectaret eius acceptatio & incorporatio dictorum bonorum in fiſcum, vt dictũ eſt. ergo nũc ad eum pertinet. & ad eius vtilitatem. Pro hoc eſt caſus in dicta lege ſi. de autho. tuto. & extra de fo. competen. c. poſtulaſti. Nec placet, vt diſtinguas an iudex habeat iuriſdictionẽ a lege communi vel a lege municipali: quia non curo vnde iuriſdictionem habeat: ſed hoc ſolum an pronuncietur ſuper eo quod de iure cõmuni eſt diſpoſitũ: an vero de nouo diſponat. vt dixi ſupra. in vij. q. verſi. ſed inſurgi. forte dubium, &c.

a ¶ Serua pœnæ. Adde. l. qdã ſunt. ff. de pœn. & qđ hic dicit de damnato ad mortẽ, q non põt cõtrahere, nec teſtari, vide qđ no. Bal. poſt Bar. in. l. j. j. ti. j. no. & Bar. in rep. & Bar. in. l. q vlti. & q̃ ibi dixi. ff. de pœ. et qđ dixi poſt Bar. in. l. j. ff. de bo. dã. Et quid ſi decedat tẽpus ad appellãdũ ꝑ Imol. in l. q a latronibꝰ. de teſt.

POMATES.

b ¶ Publicata. Vide Cepo. in cõſi. xvij. co. x. cũ ſeq. & do. Ant. de But. cõſil. lix. & lxij. & Imo. cõſ. xxxvj. co. viij. & col. fin. & Oldr. cõſil. xvij. & omnino ad hæc ang. arc. ĩ trac. maleficiorũ. in gl. & eius bona publicamꝰ. in ij. q. & ibi addita.

c ¶ Reputeturꝰ fiſcꝰ. Quælibet ciuitas habet fiſcũ. Adde Bar. in l. itẽ veniũt. ff. de petitio. hære. & in l. j. C. de hær. vel actio. vendi.

d ¶ Impoſitionẽ. Adde q Bal. in. l. mercatores. j. de commer. & merca. ponderat tex. ibi q Imperator poterit publicare bona mobilia ſita extra territoriũ: qa dicũtur reſpicere territoriũ. & de q̃ſtiõe Bart. hic adde Bald. & Im. ĩ l. ſed ſi plures. §. a ſubſtituto. ff. de vul. & pupil. Ex hoc põt ampliari cõſtitutio apoſtolica, quæ dictat bõa damnatorũ debere diuidi in tres ptes quarũ vna ſit domini temporalis, alia officialiũ inquirentiũ: tertia in officij ſubſidiũ habes immobilia Ferrariæ fuit Florentinus et ꝑ ĩquiſitionẽ florẽtiæ dãnatur. vide ꝑ diſputationem Ioan. Calde. quæ incipit præſuppoſito q conſtitutio &c. ꝑ Petr. de Ancha. in repe. c. poſtulaſti. de foro compe.

*P. P. A V. P.*

g ¶ In quæſtiõe præcedẽti. vide Imol. in l. ex facto la grãde. colũ. vlti. ff. de vulg. & pupil. vbi etiã ponit qũo, & pro qua parte legentur creditores condẽnati, ſi forte plura bona habet vnus fiſcus quam aliꝰ. Et quod ſi nõ veniret in cõfiſcatiõe: niſi bona vniꝰ territorij, vide late Areti. in tract. maleſi. in verb. & eiꝰ bona publicamus. col. ij. & Ange. ibi in additioni. Vide Alex. conſi. xxxj. j. vol. Aret. cõſi. x. vbi ponunt qđ de actio. late Barb. circa opinionẽ Bart. hic conſi. lxx. volumi. iiij.

h ¶ Marchia anconitana. Et in hac q. adde quod not. per Dyn. Rayn. & Bal. Ang. et Imol. in. l. ſi pluribus. in fin. de lega. j.

i ¶ Territoria reg. Et qñ contingit, q bona alterius loci nõ publicẽtur, an dãnatꝰ liberetur a debitis pro parte. Itẽ an creditores agẽt cõtra fiſcum Peruſinũ ſi condemnatus ibi habet bõa publicata: an vero cõtra fiſcum Florẽtinũ, vbi etiã cõdẽnatꝰ habebit bona publicata. vide Bald. in l. ij. j. ad l. Iuliã de vi. & latius ꝑ Imo. in l. ex facto. la j. in vlt. col. de hæred. inſtitu.

k ¶ Extẽdit. Pet. de Anc. in. c. canonũ ſtatuta. ĩ ver. poſtremò. circa iſta tenet cõtrariũ. quãdo or-

do procedendi nõ eſſet de iure cõi.per Cle.paſtoralis.de re iud.vt qa vigo
re ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo.
☞Pro concordia aduerte,ꝙ teſtamentũ non ſolẽne,& maximè ratione nu
meri teſtium,an obſeruetꝫ in pijs cauſis.gl.quã ſequitꝫ Bar.in hac l.j.tenet
ꝙ nõ in lec.Bal.tñ & doc.in l.j.ff.de leg.j.allegãt ipſum fuiſſe cõtrariũ ſe
cũdùm d. Alex. de
Imo.in hac l.j.in re
pet.in pe.& fi. col.
Tu dic ꝙ plures ac
cõmodari poſſent
ſolutiões: vt patet
ex dictis Bart.in d.
prox.ſeq.repe.Tñ.
vnico verbo con-
ſtringendo verita-
tẽ:dic,qđ Bart.lo-
quitꝫ in hac lec.attẽ
ta diſpoſitiõe iuris
ciuilis in repe.verò
proximè ſeq. con-
cludẽter ſaltẽ, licet
videatꝫ arguere ad
partes.loquitꝫ attẽ-
ta diſpoſitione iu-
ris canonici, cui in
hoc eſt ſtandũ: vt
ipſe probat in d.ſe
quẽ.repet.ſi videã-
tur eiꝰ dicta & ma
ximè in fi.col.& in
vltimis verbis. Ad
de ad ſpecialitatem
Lud.de Rom.in re
pe.autꝫ.ſimiliter.C.
ad l.Fal.in ſpeciali.
xviij.circa vltimas
voluntates.ſcias tñ
ꝙ quæſtio, de qua
hic ſtat ſola, qñ ra-
tiõe numeri teſtiũ
teſtm̃ improbatur,
☞De ſac.ſan.eccl.
Dicit dom. Philip.
Decius remiſsiuè in l.j.in fi.j.col.C.vnde vir & vxor. ꝙ leges oẽs, quæ
habẽtur in hoc tit.& in tit.ſeq.ſunt ſublatæ de iure canonico.quod no,
quia mihi nõ vidẽtur ita indiſtinctè verum Alexan.Loſæus.

## *De ſacroſanctis eccleſijs*[a] *Rubri.*

¶ Glo.continuat rubricam iſtam,ideo dic vt in ea
habes &c.

*SVMMARIVM.*

1 ✻ Collegio clericorum poteſt relinqui.
2 Relictum collegio non vitiatur.
3 Relicta ad pias cauſas quando valeant,& debean
tur ex teſtamento defectiuo.& ibi de remedio vt
legata ad pias cauſas conſeruentur.nu.4.
5 Stylus quòd ſit circa ordinem:et arbitrium circa
depoſitionem.& in repeti.nu.3.
6 In relictis ad pias cauſas an requiratꝫ ſolennitas.

LEX. I.

HAbeat vnuſquiſ-
b que.[b] Breuiter dicit: collegio re-
ligioſorum ſeu eccleſiaſticorũ po-
teſt relinqui.h.d. Primò ponit di-
ctum. Secundò remouet vnam dubitationem,
aliàs obiectionem propter fauorem eius cui relin
quitur. Tertiò ponit rationem propter fauorem
relinquentis.Secunda ibi,& non ſint caſſa, Tertia
ibi,nihil em̃ eſt.Text.debeat,id eſt, expediat. vel
propriè:debeatur,ſcilicet à Principe, ſeu ab ipſa
1 iuſtitia.¶ Nota ergo ꝙ quis põt relinquere†colle
gio clericorũ.¶ Secũdò nota ꝙ relictum collegio
2 †nõ vitiatꝫ tãquã relictũ incertæ ꝑſonæ videbitis
in l.id qđ pauperibꝰ.j.ti.j.¶ Modò aduerte opp.
de l.is cui bonis.ff.de teſta.& j.qui teſta.fa.poſ.l.
furioſum.& l.pe.So.dicit gl.ꝙ hic dicitur,habeat
c vnuſquiſq;,ſcilicet habilis.[c] ad teſtãdũ.& ſic non
obſtãt cõtraria.Generalitas ergo legis recipit limi
tationẽ de habilitate:habes in l.vt gradatim.§.et
ſi lege.de mu.& hon.diciꝫ ibi,ꝙ poſsint eſſe certi
homines de cõſilio,ſcilicet habiles.¶ Secũdò opp.
& videꝫ ꝙ ante hanc legẽ poterat relinqui colle-
gio,vt l.omnibꝰ ciuitatibꝰ.ff.ad Trebel.& l.ſi hę
res.§.vicis.de leg.j.glo.hic videꝫ fateri contrariũ
Tu dic clariꝰ,verũ eſt,ꝙ poterat relinqui collegio
approbato,ſed tꝑe quo erat facta iſta lex erat du-
d biũ,[d] an colegiũ clericorũ eſſet approbatũ vel nõ.
Nam tꝑe horũ Imperatorũ erãt cõtra eccleſiã ma
gnæ perſecutiones,ideo fuit facta hęc lex vt tolle
retur iſtud dubiũ.Itẽ opp.de l.hac cõſultiſsima.§.
j.de teſta.& l.iubemus.co.ti.vbi teſtamẽta non fa
cta ſolẽniter irritanꝫ.So.Dicit glo.ꝙ relictũ eccle
ſiæ valet,nec põt irritari ea rõne:qa eccleſiæ reli-
ctũ ſed ſi eſt in illa volũtate alius defectꝰ: tũc illa
diſpoſitio irritareꝫ.& alleg.gl.multas leges:ꝗ po
nũtur de teſtamẽtis circa vltimas volũtates.& vi
3 de gl.tuã quã nota.¶ † Aduerte:qñq; teſtamẽta
deficiũt ꝓpter defectũ teſtiũ,tũc dicit gl.ꝙ nõ va
lent etiã in relictis ad pias cauſas. De iure verò ca
nonico ſufficiũt duo teſtes,vt extra,de teſt.c.rela
tũ.& iſtud ſeruatꝫ hodie.¶ Quãdoq; teſtamẽtũ de
ficit ex cã ꝓteritionis,vel exhæredationis: & tũc
gl.iſta tenet ꝙ etiã nõ valẽt relicta ad pias cauſas:
niſi ſint illa relicta ꝗ confirmanꝫ ꝑ autꝫ.ex cã.j.de
lib.præte.& hoc verũ ꝑ l.ſi quid ad declinãdam.
circa prin.j.ti.j.& ibi no.Qñq; teſta.deficit:qa nõ
eſt ſecuta hæreditatis aditio:tũc etiã videꝫ ꝙ reli
cta ad pias cãs nõ valeãt ſecũdùm gñalitatẽ iſtius
tituli.& qđ innuit tex.in l.gñaliter.j.co.Spe.in
tit.de inſtru.edi.§.nũc aliqua.ver,ſed pone ꝙ ex
eo.ponit de hac opi.nec ſe firmat.videꝫ tñ magis
inclinare,ꝙ licet nõ adeaꝫ hæreditas legata ad pias
cãs valeãt.qđ tñ nõ ꝓbat aliqua bona lege vel ali
4 qua bona ratione,† Ego cũ aliàs de facto haberẽ
ſuper hoc videre:dixi de iure tali reperiri reme-
e diũ,quod alicui adijciãtur[e] bona teſtatorũ, legato

a ✻ P. PAV. P. ¶ De ſacro.ſanc.eccl. Adde circa iſtã materiã ꝙ de
iure iſto.C.omnes eccleſiæ erãt ſubiectæ Imperatori,ſiue de iure, ſiue de
facto.& circa illas leges condebat ſicut hodie Papa,Bal.Sal.Pau.de Caſt.
Fulg.in l.iubemus nulla.j.co.tit.Vide Ange.conſi.xxix.in ij.col. quem
omnino vide & vide practicã Papien.in forma libelli,in actio.confeſſo.
in ver.plena.Vide Bald.in c.j.§.ſi clericus de pac.tenen.

b ✻ P. PAV P. P. ¶ Habeat vnuſquiſq;. Circa materiã huius le,
nota ꝙ qñ ſuſtinetur inſtitutio principalis ad pias cãs,ſuſtinẽtur etiã lega
ta ad nõ pias cauſas in ea relicta.Vide Alex.cõſi.xlj.circa med.Itẽ nota ꝙ
ſi eſſet inſtitutus laicus,& eſſent facta legata in teſtõ minꝰ ſolẽni,nõ ſuſti
nentur talia legata.Alex.cõſ.cccxx.in ij.col.& cõſ.ccclij.col.penul.Vide
ad Bart.in fin.huius leg.j.Nunquid aũt teſtamentũ factum in terris eccle
ſiæ cũ quatuor teſtibus ſine parochiano valeat,vide Alex.cõſi.cclxxxiiij.
in penul.col.& de prædictis omnibus conſi.cccccxciiij.& de eo quod di-
cit eſt ſtatu.vide Iaſo.in leg.hac conſultiſsima.in princ.in ij.col.C.de te-
ſtam.Itẽ ꝙ diſpoſitio facta fauore libertatis dicatur facta ſecũdũ pias cãs,
Alex.conſi.cccxliij.in penul.col.Item in materia,qñ dicatur relicta ad
pias cauſas,Alex.cõſ.ccccccxiij.& cõſil.lxix.Itẽ ꝙ relicta pro dote & fi
liæ & pauperi dicatur ad pias cauſas.vide Io.de Ana.conſil.lij.Nunquid
autẽ valeat teſtamentũ ad pias cauſas ſine hæredis inſtitutione:& an teſta
mentũ debeat eſſe factũ corã duobus teſtibus. an verò ſufficiat probare
ꝑ duos teſtes,vide do.Frã.cõſi.lxiiij.in vij.col.& ſeq.& ꝙ dicatur relictũ
piæ cauſæ,nõ ſolũ illud qđ relinquitur,directo,ſed illđ ꝑ indirectũ relin
quitur puta ſi relinquaꝫ alteri,vt poſtea reſtituat piæ cãę,vide do.Frã.cõſi.
lxvij.vlt.col.Itẽ nota ꝙ illa diciꝫ pia cã,ꝑ quã releuetꝫ aĩa vel aĩatũ corpꝰ,
vide do.Frãc.conſi.lxvij.in princ.Item quid ſi fiat diuiſè, vide Mateſila.
not.clxxxij.Nũquid autẽ legatũ factum pro pictura ſanctorum dicatur
ad pias cauſas,vide Bar.& Alex.in l.linea margaritarũ.ff.ad leg.Fal. Nũ
quid aũt hoſpitale dicaꝫ pia cauſa,& an & qñ ꝓſumatur ædificatũ de vo
lũtate epiſcopi.vide Cepol.cautel.ccxxxj.Nũquid aũt in teſt.ad pias cãs
requiratur rogitus teſtium,vide Roma.conſi.xxxvj.Pau.de Caſt. conſil.
ccj.ad finẽ.Item ꝙ ſtatuta & generales diſpoſitiones trahũtur ad pias cau
ſas,vide Paul.cõſi.lxviij.ad fi.Quid autẽ ſi teſtator inter viuos dicit ſe vel
le inſtituere talem pium locũ,vide Paul.de Caſt.conſi.clxxxix.Item an
filiusfamiliàs poſsit teſtari ad pias cauſas.Item an valeat teſtamẽtum ad
pias cauſas,in quo filius ſit præteritus, licet ei aliquid ſit legatum, vide
Barba.in repet.l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.in xlvij.col.Item an teſt. in
ter liberos dicatur ad pias cauſas,& quemodo,vide ad Bar.in l. hac cõſul
tiſsima.§ ex imperfecto.C.de teſtam.Item an ſit magis fauendum teſta
mento ad pias cau-
ſas,quàm teſtamẽ-
to inter liberos, vi
de omnino quæ ha
bes ad Bart.in leg.
ſi quis ad declinan
dũ. C.de epiſco. &
cleri.Item ꝙ quan
do relinquitur ad
pias cauſas pro ani
ma,vel pro exone
ratione, conſcien-
tiæ,ꝙ tunc conſer-
uentur, etiam poſt
humo ignorã. præ
terito: & ꝙ etiam
tacita pupillaris ex
cludat matrem,vi-
de quæ habes ad
Bart.in authen. ex
cauſa.ĩ iij.col.C.de
lib. præte. Item ꝙ
non poſsit reuo-
cari quando in te-
ſtamento aſſeruit
teſtator ſe abſtuliſ
ſe vel aſportaſsè
vſuras vel aliquid
indebitè, vide ad
Bart.in l.ſi quis de
cedens. §. codicil-
lis.de leg.iij. Barb.
in repet.l. cùm acu
tiſsimi.C. de fidei.
& præſcrip.in d.§.
codicillis. Item cir
ca iſtam materiam
pię cauſæ,an ſit bo
num argumentũ de ea ad libertatẽ,& ecõtra.& quæ earũ ſit fauorabilior,
in l.ſi vnus.in ij.& iij.col.C.de teſt.Itẽ quid ſi inſtituaꝫ pia cã coram duo
bus teſtibus,& fiant legata laicis perſonis,quid fiet de talibus legatis.et
an accreſcãt eccleſiæ& qño, vide Iaſ. in l.hac conſultiſsima.§.ex imper
fecto.in iij.col.in fi.cum ſequen.C. de teſta.Itẽ ꝙ valeat inſtitutio vel le
gatum ad pias cauſas corã teſtibus,etiã ſi extaret ſtatutũ laicorũ,ꝙ nõ va
leat teſtm̃,niſi per ſcripturã probareꝫ,vide Ioã.de Ana.conſi.lvij.Itẽ an
pupillus doli capax.poſsit teſtari ad pias cauſas,& qd demente capto vel
prodigo.vide Barb.in c.ij.de teſt.An pro relicto ad pias cauſas poſsit agi
corã iudice eccleſiaſtico cõtra hęredẽ laicũ,vide Barb.in c.rẹlatũ.extrà de
teſta.poſt prin.& poſtea in ſequenti col.Itẽ an de iure ciuili ſit neceſſaria
ſolennitas teſtorũ in relictis ad pias cauſas.& poſtea in v.col. An mulier
poſsit eſſe teſtis & in iiij.col.an requiraꝫ rogitus teſtiũ in relictis ipſis.&
in x.col.quæ dicãtur relicta ad pias cauſas.Et de hoc vltimo vide Iaſ.hic
prope fi.& Barb.in c.tua nobis.in vlt.col.extrà de teſta.vbi quod ſi relin
quitur alicui pro ſubſidio ſtudij dicaꝫ ad pias cauſas:ſecus ſi relinquitꝫ pro
ſtudio legali. An aũt relictũ pro dote vel pro alimẽtis dicaꝫ pium vel ad
pias cauſas,& qño,vide Iaſ.in l.cùm ijs.§.ſi mulier.ff.de cõdit.indeb.An
aũt relictũ omne pro aĩa factũ dicaꝫ ad pias cãs,Bart.Bal.Imol.poſt alios
in l.ſi qs Titio.poſt gl.ff.de leg.ij.ꝙ ſic.& aliter nõ dicitur propriè ad pias
cauſas,licet eſſet piũ.Vide Deci.cõſi.lxxij.col.ij.Itẽ ꝙ executio legatorũ
ad pias cauſas ꝑtinet tã ad iudicẽ eccleſiaſticũ,quàm ad ſecularem, vide
Barb.conſi.xlij.vol.iiij.in ij.dubio.Itẽ ꝙ exiſtens in extremis poſsit teſta
ri ad pias cauſas,maximè tꝑe peſtis,vide Barb.conſi.lxxxvij.volu.iiij. &
cum duobus teſtibus,& vna ſit fœmina.

c ¶ Habilis.Contrariũ tenet.Bar.in l.j.in repe.poſt prin.& vide j.ea.l.in fi.
ſed Bart.tamen idẽ tenet quod hic,in l.j.§.nunciatio.de ope.no.nũ.& an
verbũ quilibet, recipiat reſtrictionẽ de habilitate, vide quod dixi poſt
Barto.in d.l.ij.de verb.obliga.in margine.

d ¶ Erat dubiũ.Et no.pro his quæ dixit Bart.in l.j.§.nunciatio.in iiij.col.
de oper.no.nun.

e ¶ Adijciãtur.Idẽ tenet Bar.in l.eam quam.j.de fideicõ.licet cõtrariũ te-
nuit Bart.in repe.in iiij.& v.q.ſed videꝫ tenedũ id qđ tenet hic Bart. ꝙ
hic cõmuniter impugnat.& nota:quia talis ſucceſsio videꝫ anomala,vt
no.glo.& ibi Bald.in l.ex teſtõ.C.de manu.teſt.& de hoc hærede anoma
lo vide Bal.in l.hac edictali.in xj.col.de ſecũ.nup.& in l.pro hæredita-
rijs.in vltima colum.de hære.actio.in l.eam quam.

pia cauſa.

rum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum ad pias cauſas cõſeruandorũ gratia, ſecundum formã illius tit. Inſtit. de eo cui li.cau.bo.addi.§.liber.cũ ſua gl.& j.de manu.te.l.ſi.ff. de fideic. lib.l.iiij. Idẽ in propoſito.&c.ſed ſi hęreditas aſſet omiſſa ex teſtamento, & agnita ab inteſtato: nõ eſſet dubiũ ꝙ deberent legata: per illũ tit. ſi quis omiſ.cau.teſta.j.& ff.& hoc puto verũ.¶ Op.ad l.iſtam j.de Iudæ.l.j.& de hæredi.inſti.l.collegiũ. Glo.dicit, ꝙ hic loquit in collegijs licitis: ibi loquitur in illicitis: & dicit verũ.¶ Quærit hic gl.de duabus quęſtionibus. Primò quid eſt dictũ ſtylus.gl.exponit qđ dicit ſtylus: intelligo de teſtõ in ſcriptis, quod dicit arbitriũ: intelligo ſine ſcriptis. Mihi videt, ꝙ hic ve-
5 lit aliud dicere.& dico ꝙ hic appellatur † ſtylus circa ordinẽ: arbitriũ reſpicit ſubſtantiã diſpoſitionis. quaſi dicat, poſsit diſponere eo modo quo vult: & illud qđ vult, habet liberũ ſtylũ circa ordinẽ: liberũ arbitriũ circa diſpoſitionẽ: & poſsit relinquere illud qđ vult: & eo ordine quo vult. & vide tex.qui hoc videt innuere.¶ Et per hoc diſputãdo poſſemus dice-
6 re, ꝙ in relictis † ad pias cauſas nulla requiratur iuris ſolẽnitas: nec ex parte perſonæ relinquẽtis: nec ex parte ordinis: nec ex virtute ſeu veritate ſubſtantiæ ipſius diſpõnis: p iſta verba hic poſita. qđ probo: datũ eſt priuilegiũ militibus, ꝙ poſsint liberè teſtari qũo velint: vt j.de teſt. mil.l.j. illa verba importãt ꝙ etiã ſi eſt inhabilis inhabilitate ciuili: & etiã ſi ceſſet ſolẽnitas teſtatorũ: & etiã ſi prætereat filius: ꝙ talia teſtamẽta valeãt, vt patet per oẽs leges, quæ ſunt in illo titulo de teſta.mili. ergo iſta in propoſito: hic datur libertas, ꝙ liber ſit ſtylus, & licitũ arbitriũ relinquẽdi ꝙ vult: ergo omnes illæ ſolennitates iuris vident euacuatæ.¶ Contra hoc videt j.co.l.generaliter. vbi dicit, ꝙ teſtm̃ ſit alia iuris rõne irritũ. Rñdeo: verũ eſt, ꝙ ille defectus qui vitiaret teſtm̃ militare, haberet vitiare illã diſpoſitionẽ.& illo modo intelligo ibi.¶ Contra hoc facit j. eo. aut. ſi qua mulier. dico ꝙ per illã aut. nõ eſt huic generalitati in aliquo derogatũ: qa legitima liberorũ nõ debet minui: ſicut nec per teſtm̃ militare minui debet hodie: vt videbitis in l.cũ ex.j.tit.j.dicã in aut.ex cã, & dixi alio anno
a in l.j.ſi quis fue.ma.licet diſputãdo iſta opi. poſsit ſuſtineri[a]: tñ minimẽ ſunt mutãda, quæ interpretationẽ certã ſemper habuerũt: vt ff.de leg.l.minimẽ. ideo tenetis opi.gl.quam dixi ſ. quæ communiter tenetur.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Generalitas recipit limitationem de habilitate.
2 Collegio licito, & cuilibet de collegio poteſt relinqui.
3 Iudæo particulariter poteſt relinqui.
4 Conſtantinus fecit hanc legem, & fuit primus Imperator Chriſtianus.& nu.7.& ibi: quod fecit ordinare primum conſilium generale.& nu.32.
5 Lex ꝙ debeat intelligi ſecundum propriam ſignificationem: & ꝙ extenditur vt euitetur fraus, abſurditas, & cõtrarietas: & ꝙ debet per diuiſionem adiuuari.
6 Verba priuilegij ꝙ debeant intelligi in eum caſum in quo ius aliter diſponit.& nu.12.& nu.54.
8 Fides Chriſtiana ꝙ incœpit tempore Conſtantini prædicari.
9 Caſus in terminis huius legis.
10 Religio circa Deum eſt maximum præceptũ, de iure diuino & humano.
11 Inhabilis ad teſtandum ꝙ teſtatur ad pias cauſas.& nu.15.
13 Verbum vniuerſale quando additur verbo futuri temporis continentis extenſionem actus iam cõceſsi ꝙ nõ recipiat limitationem de habilitate.
14 Dictio geminata de eius natura eſt ꝙ omnia comprehendat.
16 Furioſus & mente captus, ꝙ non poſsint relinquere ad pias cauſas.
17 Diſpoſitio huius legis ꝙ tollat inhabilitatem inductã de iure ciuili ſolũ.
18 Pupillus ad pias cauſas non teſtatur, nec obligatur tamen voto.nu.19.
20 Filiusfamilias, ſeruus, vel monachus, quando poſsint teſtari ad pias cauſas.nu.23.& 24.& 25.
21 Priuilegium debet intelligi conceſſum, ſine alicuius iniuria.
22 Diſpoſitio huius legis ꝙ non habeat locum in prohibito teſtari, fauore alterius.
26 Damnatus ad mortem ꝙ nõ teſtatur ad pias cauſas, niſi cauſa cognita fuerit ſibi reſeruatum.nu.27.
28 Dubius de ſtatu ſuo, ꝙ poſsit teſtari ad pias cauſas.
29 Infamis quando poſsit teſtari in piam cauſam.
30 Vſurarius nõ teſtatur & ad piam cauſam, etiam beneficio huius legis niſi ſatiſdatione præſtita iuxta formam c.quanquã.de vſur.
31 Teſtamentum illius quẽ conſtat manifeſtè deceſsiſſe in peccato mortali: non ſuſtinetur etiam beneficio huius legis.
32 Diſpoſitio iſtius legis ꝙ habeat locum in quocunq; relicto, etiam particulari ad pias cauſas.
33 Quicquid fit pro ſalute animæ, dicitur ad pias cauſas.
34 Legatum factum diuiti expreſsè amore Dei, ꝙ non valeat vt relictum ad pias cauſas.
35 Eleemoſynam facere diuiti quando ſit laudabile.
36 Relictum pro malè ablatis incertis, dicitur relictum ad pias cauſas.
37 Relicta pro malè ablatis certis, gaudent beneficio iſtius legis & quando poſsit de tali legato Falcidia detrahi.
38 Abſoluere ab excommunicatione in mortis articulo quòd quilibet poſſit: licet aliàs non poſsit niſi papa.
39 Conſtitutus in mortis articulo quis dicatur.
40 Diſpoſitio huius legis an habeat locum in eo qui eſt in actu moriendi ciuiliter.
41 Teſtamentum ad pias cauſas conditum, per conſtitutũ in articulo mortis, ſi euaſit periculum an irritetur.
42 Teſtamentum conditum à ſano, & ſic non conſtituto in mortis articulo iuxta diſpoſitionem huius legis, ſi ſubitò talis moriatur: an talis volũtas gaudeat priuilegio huius legis.
43 Inſtitutio hæredis facta in teſtamento condito iuxta diſpoſitionem huius legis, ꝙ huius legis beneficio ſuſtineatur.
44 Subſtitutio pupillaris, vel exemplaris, an ſuſtentetur beneficio huius legis quando eſt facta in teſtamento, iuxta eius formam condito.
45 Hæres non conficiens inuentarium, in foro conſcientiæ non tenetur vltra vires hæreditarias.
46 Eccleſia vel pauperes ſi inſtituantur, ꝙ non teneatur vltra vires hæreditarias.
47 Sacerdos inſtitutus hæres ratione affinitatis, vel amicitiæ tenetur in ſolidum.
48 Verbum licẽtia, ꝙ importat liberam voluntatẽ.
49 Verbum iudicium, intelligitur, i. pro voluntate.
50 Verbum plenum, vel liberum, importat liberã voluntatem.
51 Verbum placebit, importat arbitrium boni viri.
52 Arbitrio boni viri debet intelligi diſpoſitio teſtatoris ad pias cauſas ſuper quantitate facta.
53 Teſtator quando teſtatur ad pias cauſas, committitur in libera eius voluntate, circa modum & perſonas.
54 Teſtator teſtando ad pias cauſas, ꝙ non poſsit minuere legitimam debitam filijs.& nu.55.nec patri nec patrono.& nu.56.nec falcidiam, nec Trebellianicam.& nu.57.
Et quãdo quarta quæ debetur curialibus. nu.58.
59 Relictum ad pias cauſas non valet, quãdo eſt pręteritus poſthumus ignoranter.
60 Legata facta ad pias cauſas in teſtamento, in quo ſcienter eſt præteritus, vel exhæredatus filius ſciẽter valent: & idem de fideicommiſſo.
61 Teſtamentum, in quo ſit inſtituta pia cauſa, & filio nihil relictum, non ſuſtinetur ex diſpoſitione huius legis: ſecus ſi filio aliquid relinquitur: licet non iure inſtitutionis.62.
63 Solennitas iuris ciuilis, ꝙ non habeat locum in relictis factis ad pias cauſas, à conſtituto in mortis articulo.nu.74.
64 Relicta ad pias cauſas in ſecretis mentis alienę ꝙ valeant: & ſi collata in alienam voluntatẽ quando valeant.
65 Relictum factum ad pias cauſas, quando valeat ſi in teſtemento non ſit inſtitutus hæres, vel adita hæreditas.& nu.66.
67 Votum ęſt alicuius boni Deo facta promiſsio, vel pollicitatio.
68 Teſtamentũ factum ad pias cauſas, an poſsit per eum, qui miraculosè reſurrexit reuocari.
69 Reſurrectio duplex.
70 In teſtamento ad pias cauſas, ꝙ quis poſsit decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.
71 In teſtamento ad pias cauſas, ꝙ poſsit ſubſtitui maiori directò, & compendiosè.& 72.
75 In teſtamento ad pias cauſas nõ requiritur ſolennitas teſtium, nec rogitus.& nu.76.
77 In teſtamentis ad pias cauſas, ꝙ verba enũciatiua ſufficiant.
78 Relicta ad pias cauſas an efficiantur caduca propter non exiſtentiam perſonarum.
79 Teſtamentum conditum non adhibita ſolennitate iuris ciuilis, quando dicatur teſtamentum, vel vltima voluntas.
80 Diſpoſitio huius legis, quòd habeat locum in quacunq; diſpoſitione facta ad pias cauſas: etiam in non conſtituto in mortis articulo: & lex in contrarium facta non valeret.
81 Canones in concernentibus peccatum præualent legibus.
82 Duci ſpiritu Dei, quomodo quis dicatur.
83 Relicta ad pias cauſas non obſtante aliqua lege communi, vel municipali ꝙ iudicentur ſecũdùm canones.

a ¶ Suſtineri. Videlicet ꝙ hæc lex recipiat reſtrictionem de inhabilitate. cõtrarium tenet Bar. in repeti. idẽ quod hic tenet Bart. in l. j.§. nũciatio. de operis noui nuncia-

Abeat vnuſquiſ
que. Primò legã legẽ ſecundum
doct. recitãdo apparatũ. Secũdò
oſtendã qualiter hoc procedat,
vel non. Tertiò ponã intellectũ
quẽ habeo in lege noſtra. Quartò examinabo ma
teriam legis noſtræ, nihil extẽdendo &c. ad pri-
mũ breuiter h.d. Collegio catholico, & pio, põt
in vltima volũtate relinqui, h.d. Primo ponit ſta
tutũ ſuũ. Secundò remouet dubiũ, aliàs obſtacu-
lũ. Tertiò ponit rõnẽ. Secũda ibi: & nõ ſint caſſa.
Tertia ibi: nihil em̃ eſt. notabilia patẽt. ¶ Opp. ad
id quod dicit vnuſquiſq;. Nã multi ſunt qui non
poſſunt teſtari: qui ponuntur per gl. ff. de teſt. l. ſi
quæram⁹. & illi nõ poſſunt in codicillis relinque
re: vt l. ij. ff. de leg. ij. Sol. Vnuſquiſq; dicit, gl. ſcili
cet habilis ad teſtandũ: & nõ obſtant cõtraria. Nã
1 †generalitas recipit limitationẽ, & habilitatẽ:[a] vt
a l. vt gradatim. §. & ſi. j. de mu. & hono. hæc prima
gl. ¶ Secũdò op. quia ante hãc legẽ poterat relin-
qui collegio licito: vt ff. ad Trebel. l. omnibus. de
leg. j. l. ſi hæres. §. vicis. j. ad Trebel. l. ij. & l. cũ ſe
natus. ff. de reb. dub. Sol. Dicit gl. fateor ꝙ põt re
linqui collegijs, & etiam ſingulis perſonis: ſed de
eccleſijs h. d. quia de eis magis dubitaĩ. ¶ Tertiò
op. dicitur hic, ꝙ nõ ſunt caſſa talia relicta: cõtra:
imò talia relicta debent habere ſolẽnitatem aliàs
ſunt nulla: vt j. e. l. generali. & auĩ. ſi qua mulier.
Sol. Dicit gl. ꝙ nõ debẽt eſſe caſſa ob hoc ꝙ nõ re
liquunĩ eccleſiæ: tñ oẽs aliæ ſolennitates requirũ
tur in forma, & ſubſtantia in forma: vt d. l. gñali.
in ſubſtãtia apparet ꝑ aliã legẽ quã gl. allegat &c.
¶ Quarto opp. j. de Iudæ. l. j. Solue vt gl. quia ibi
2 in collegijs illicitis: hic verò in licitis. †Sed qñ col
legiũ eſt licitũ, põt relinqui cuilibet de collegio:
vt in l. cũ ſenatus. ff. de rebus dub. Fallit in colle-
gio hæreticorũ: qa illa ſecta eſt dãnata: vt j. de hæ
reticis. l. Manichæos. bene ergo poterat relinqui
3 vni† Iudæo ſingulariter: quia eorũ ſecta ſuſtineĩ:
nõ tñ faciũt collegiũ. ¶ Quintò op. diciĩ hic ꝙ ite
rũ nõ redit arbitriũ. Contra: quia eſt ambulatoria
voluntas vſq; ad mortẽ: vt l. rẽ legatam. ff. de adi
mẽ. leg. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cũ hic ſta
tus. §. ait oratio. Sol. Dicit gl. id nolle nõ põt, ſcili
cet ſecuta morte. nã vſq; ad mortẽ eſt ambulato-
ria. ¶ Sextò op. ꝙ magis hoĩes debeãt timere Deũ
& eũ diligere vt ff. de iuſti. & iure, l. ij. Solu. hic hy
perbolice loquiĩ ſecũdũ doctores. ¶ Quæro, quę
eſt ratio huius diſpoſitiõis. Dicit gl. fauore colle-
gij, cui relinquiĩ: vt colligiĩ ſtatim in princi legis.
Itẽ fauore relinquentis: vt colligiĩ ſtatim ex fin.
ibi dũ dicit: nihil enim eſt. Secundò quæriĩ, quid
vult dicere ſtylus, & arbitriũ. Glo. dicit: ſtylus di-
ciĩ qñ diſpoſitio fit in ſcriptis. hic eſt intellectus
gl. quẽ oẽs doc. ſequunĩ. ¶ Venio ad ſecundũ: &
præmitto ꝙ lec. gl. doc. eſt vera, & veriſsima, in-
quantũ dicit. ꝙ valeat relictũ factũ à perſona ha-
bili cũ ſolẽnitate debita: ſed inquantũ vellet con
cludere, ꝙ per perſonã inhabilem, & ſine ſolenni
tate cõi, nõ poſſet relinqui: hoc oſtendã nõ proce
b dere. ¶ Et pro intellectu iſtorũ[b] docto. præmitto,
4 ꝙ hoc eſt lex Imperatoris† Conſtãtini lata ad po
pulum, vt apparet ex ſuperſcriptione in libris an
tiquis. Vnde principaliter non ſolũ fuit facta in
fauorẽ vniuerſi populi, & priuilegiorũ, ſed etiam
perſonarũ eccleſiaſticarũ. Secundò pręmitto, ꝙ in
rubr. noſtra tractaĩ de tribus: ſcilicet de ſacr. ſan.
eccle. Item de rebus earũ. Itẽ de priuilegijs earũ:
vt ex ea patet. ſed in hac lege nil diſponit de eccle
ſijs, ſiue capiamus pro loco, ſiue pro perſonis enu-
meratis: cũ enunciatur collegiũ eccleſiarũ eſſe ap-
probatum catholicum, & ſanctũ. ſed hoc per hãc
l. principaliter non diſponitur. Itẽ hac lege nõ diſ
ponitur de rebus eccleſiarum: prout res eccleſiarũ primò acquiſitæ ſunt,
ſed diſponiĩ de iure, ſeu modo acquirẽdi. In modo ergo acquirẽdi debet
eſſe aliquod priuilegiũ cõmune: vt cõgruat rubrica in ſecũda parte. Hoc
etiã ſentit gl. rubricæ, dũ dicit: quibus oĩbus. & poniĩ aliquod ſingulare.
5 ¶ Tertiò præmitto, ꝙ† verba legis debent intelligi ſecũdum propriam
ſignificationẽ: nec ad alia debẽt extẽdi: niſi reſultaret fraus, & abſurd⁹ in
tellectus: vel niſi eſſet cõtrarietas. Itẽ ꝙ debeãt aliqua ſub diuiſiõe adiu-
uari: vt ff. de leg. l. in ambig. & ſ. in prima cõſtitutione. §. quibus. His ꝑ-
6 miſsis arguo ſic: Verba priuilegij† debẽt intelligi in eũ caſum, in quo ius
cõmune aliter diſponebat: vt ff. ad muni. l. j. & ibi ꝑ Iuriſcõſultum repre
hẽſa eſt ſñia eorũ, qui intelligebãt ius cõe ſecundũ qđ priuilegium diſ-
ponebat: ſecundũ lec. glo. hæc lex cõtra ius cõmune nihil inducebat ſpe
ciale, vel ſingulare: ergo nulla eſt hæc lec. Ad idẽ, qa lex debet eſſe prola
ta in caſu dubij: vt l. quod Labeo. ff. de Car. edic. ſed ſecundũ hanc lectu.
iſta lex eſt prolata ĩ caſu certi: ergo mala eſt lec. nec quod dicit gl. ꝓdeſt:
qa de eccleſia magis dubitabaĩ. & hoc falſum eſt: cũ omne collegiũ eccle-
ſiaſticũ eſſet approbatũ hac lege, vt hic apertè colligitur. ergo caſus legis
erat quòd collegio approbato poſſet relinqui: vt legibus. ſ. alle. ff. de col
le. illi. l. j. Statim ergo ꝙ Imperator Cõſtantinus approbauit fidẽ Chri-
ſtianã, fuit certum de iure, ꝙ collegio eccleſiaſtico poterat relinqui. Vnde
ſecundùm hanc lect. Imperator populo ſeruiuit de vento. Probatur per
iſtas gl. & intellectus hui⁹ legis reſtringiĩ vltra quã ſignificatio verborũ
importat, & ad hoc nulla lex vel ratio cõpellit, vt patet, ergo &c. ¶ Ve
nio ad ſecundã & tertiã lect. quam intendo tenere & eſt congrua veritati.
Breuiter h.d. Vnuſquiſq; in mortis articulo cõſtitut⁹ põt relinquere ad
c pias cauſas de bõis ſuis hoc quod optauit: aliquo defectu iuris ciuilis[c] cir-
ca perſonam, diſpoſitionem, vel ordinẽ non obſtante. h.d. tex. l. cum toto
eo quod dicturus ſum. Diuide l. in tres partes, vt ſ. ¶ Antequã ponã ca-
7 ſum in terminis, præmitto† ꝙ Cõſtantinus author huius legis fuit prim⁹
8 Imperator Chriſtianus: vt j. de na. li. l. diui. & eius† tẽpore incœpit præ
dicari Chriſtiana fides in remiſsionem peccatorum per Ieſum Chriſtum.
In eodẽ tẽpore fuit coadunatum illud generale conſilium vniuerſorum
ſanctorum cccxviij. patrũ: vt ſ. titu. j. epiſtola victor. & xvj. diſt. c. ſexta
ſynodus. & c. vnde contingebat ꝙ multi relinquebant de bonis ſuis pro
anima ſua in remiſsionem peccatorũ amore Dei ad pias cauſas: maximè
ſanctis collegijs clericorũ, & potiſsimè, dum erant in extremis conſtitu-
ti: quæ voluntates caſſabantur per varios defectus: & ſic piæ voluntates
defunctorum defraudabantur. quod dum ad Principis venit notitiam, ſe
9 intromittens in fauorem populi, hanc legẽ condidit. Pone ergo † caſum
hic: Propoſitum fuit coram principe, ꝙ voluntates defunctorum ad pias
cauſas quæ factæ fuerant, dum eſſent tempore mortis in extremis, caſſa-
bantur per varios defectus, qui erant cõtra ſalutem animarum ſubditorũ
ſuorũ: quare ſupplicatum fuit, ꝙ placeret ſuper hoc prouidere. Impera-
tor reſpondet & ſtatuit. Nos prouidem⁹ ꝙ vnuſquiſq; decedẽs, hoc eſt,
in actu decedendi exiſtẽs, habeat licentiam relinquendi ſacro collegio ca
tholico, de bonis ſuis id quod optauerit. hoc eſt ſtatutum. Secundò remo
uet obſtaculum dicẽs, ꝙ dicta iudicia nõ ſint caſſa aliqua rõe, nec ex de-
fectu ꝑſonæ: vt colligitur ex dictione vniuerſali, vnuſquiſq;, ſuprapo-
ſita, nec ex defectu diſpoſitionis: vt colligitur ex dicto vniuerſali ſcilicet
poſito, vt relinqueret quod voluerit, &c. ¶ Sequitur: nihil em̃. hic poni-
tur ratio. & dicunt quidam, ꝙ Imperator hic loquitur hyperbolicè: ſed
certè imò loquitur propriè. Vnde ad huius legis euidentiam ꝑmitto, ꝙ
10 †de iure diuino & humano primum & maximum eſt præceptum, religio
circa Deum: vt ff. de iuſt. & iu. l. ij. & in Euãgelio. Dilige Deum tuum ex
toto corde tuo, ex tota anima tua, & omnibus viribus tuis, & ex toto ſpi
ritu tuo, & ex tota mente tua: & dilige ꝓximũ tuũ, ſicut teipſm. Itẽ licet
ſemp oĩs homo debeat habere religionẽ erga deũ: tñ illo tpe pl⁹, qñ eſt in
mortis articulo cõſtitutus. nã poſtea nõ eſt locus pœnitẽtiæ. ¶ Hoc præ-
miſſo dicit Imperator: cã quare prædicta ſtatuimus eſt: qa ꝑdicta relicta,
& legata, inſpiciunt religionẽ erga Deũ, & ſic in extremis poſtquã aliud
velle & nolle nõ põt nihil eſſe ꝙ magis debeaĩ hoĩbus, quã ꝙ in hoc ſty-
lus, hoc eſt, ordo ſit liber à ſolẽnitate iuris, & arbitriũ ſit licitũ, qđ iterũ
nõ reddit. h.d. Et per hãc expoſitionẽ expone literã l. qa clari⁹ patebit in
d ſeqntib⁹. ¶ Notabilia patẽt ꝑ ſe. ¶ Venio ad quartũ,[d] ſcilicet examinãdo
materiam l. noſtræ, quã intẽdo examinare principaliter per ſex q̃ones. &
circa quãlibet illarũ aliquos articulos facere. Primò, circa ꝑſonã relinq̃n
tis ibi: vnuſquiſq;. Secũdò, cira ꝑſonã ei⁹, cui relinquitur. ꝙ tangitur ibi:
venerabili cõſilio. aliàs collegio. Tertiò, circa tẽpus quo relinquiĩ. quod
tangitur ibi: decedẽs. Quartò circa res, quæ relinquũtur. ꝙ tangitur ibi
bonorũ ſuorũ. Quintò, circa iſtã diſtinctionẽ, diſpoſitionẽ, ſeu volũtatẽ.
quod tãgiĩ ibi: optauerit. Sextò, circa ordinẽ, & ſolennitatẽ relinquendi.
qđ tãgiĩ ibi: liber ſit ſtylus. ¶ De perſona relinquentis tractaturi primò
examinemus tex. ibi: habeat vnuſquiſq;. vtrũ hæc verba comprehendãt
11 etiã inhabiles: †videtur ꝙ nõ: vt l. vt gradatim. §. & ſi lege. de mu. & ho.
In contrariũ eſt veritas. nam iſta lex continet priuilegium ipſorum, qui
12 ſunt in mortis articulo, & etiã eccleſiæ, ſed† verba priuilegij debent in-
telligi in caſu, in quo de iure cõmuni non diſponitur: vt l. j. in fi. ad mu-
13 nicipa. ergo &c. Pręterea, qñ verbũ vniuerſale† additur verbo futuri tpis
cõtinentis extẽſionẽ actus, iam cõceſsi: tũc nõ recipit limitationẽ de ha-
bilitate: vt ff. de opis no. nũ. l. j. §. itẽ nũciatio oĩb⁹, vbi iſta qualitas omni
bus

POMATES. ¶ Et habilitatem. Vide de hoc Barba. cõſil. j. col. viij. vol. ij. & conſi. lvj. col. xij. cũ ſeq. in ij. vo. & Rom. cõſi. clxxx. col. ij. & cõſil. ccxiij. & Alex. lxxx. col. pe. vol. j. & conſi. ciij. col. ij. vol. j. & facit tex. in l. j. in prin. ff. ad l. fal. & Bal. in c. j. col. iiij. de reſcri. & glo. in l. ij. j. vbi de ratio. & Bar. in l. j. ff. de eo quod certo loco. Seue. in repet. l. omnes populi. char. xxviij. col. ij. ff. de iuſti. & iur. & vide etiam text. & ibi Bar. in l. ſi infanti. col. iiij. in fi. j. de iu. delibe. & Iaſ. in l. quãdiu. colũ. ij. j. qui admit.

P. PAV. P.

a ¶ Et habilitatẽ. Vide ad Barb. in l. j. §. nunciatio. ff. de noui oper. nuncia.

POMATES.

b ¶ Pro intellectu iſtorum. Et poſſet ſuſtineri hæc opiñ. Bart. quãuis ab omnibus reprobetur per regulã qua cauetur ꝙ lex generaliter loquens nõ recipit reſtrictionẽ de habilitate quando tractatur de fauore publico. l. ſi quis. in §. vtrum. in verſi. hi quoque ff. ad Sylla. De quo quidem in caſu noſtro ſine dubio tractaĩ etiam & principaliter, non ſolùm de fauore publico, ſed etiã quod plus eſt, de fauore animæ: quæ cunctis rebus eſt præferenda: vt l. ſancimus. j. eo.

POMATES.

c ¶ Iuris ciuilis. Vide Pañ. cõſil. xxxij. col. ij. vol. ij.

rerum amo. Et ad prædicta vide gl.in auť.de nup.§.qa verò.& vide aliquid Inſtitu.de actio.§.fuerat.in viij.charta.in verſi.& aduertas. Et adde quod Ant.in conſi.clxxix.tenet quòd ſtatutum in dote data, habeat locum in dote promiſſa, ſi contractum eſt matrimonium: qa tunc, ſtatutum fuit factum in remuneratione onerum matrimonij: & vtrobique ſit par mēs, & ratio debet eſſe eadem diſpoſitio. l.adigere.§.quãuis.de iure pat. l.quod dictū.de pa. l.cū tale.§.falſam. cum ibi no.de conditio & demō. Et quod dos promiſſa ita appelleť dos, ſicut data probatur in rubric. & per totū. C.de dote cau. non nu.l.ſi mulier.§.ſi dos ff.ꝙ me.cā. et ff.đ col.do.l.j.§.& ſi verò tm̄ ꝓmiſ ſa.et ĩ l.filię dotē.j.đ col.& iuxta.no.in deffi.dotis in l.j.ff.ſol.ma. ibi vide hic ſunt fundamēta ſua ibi: nec ibi facit mētionē de doctorib⁹ hic, nec alibi Paul.de Caſt. in l.ſi marito.ff.ſolu.matrimonio.videtur ſimpliciter cū Bartol.hic & vide conſilium Barto.quod incipit, ſtatuto cauetur quòd vir.vbi tenet quòd ſi promittens fuit in mora habeat locū ſtatutū: quia ad damnum moroſi dos debet haberi pro ſoluta.l.Labeo ſcribit ſi bibliothecam.ff.de contrahen.empt.l.in executione.§.ſi.de verbo.obliga. Itē ſequitur Bald.in l.fin.j.de do.promiſſ.per illum tex.iuncta glo. ibidem Paul.de Ca.& Roge.in d.l.ſi donaturus. Et hanc opinionem tenet Ang. per illum textum cum gloſſ.in autentic.de nup. Et ita conſuluit. Angel. in conſil.cxj.quia mora irregularis contrahitur in dote.l.fin.§.ſi.de iure do.& quod ſecus ſit, ſi maritus ſit in mora tenet Bald.in l.ſi pater.C.de iure dotium. Et hoc idem concludit Nico.de Neapo.in rubri.ff.ſolu.matr. & idem tenet Mar.& ſic Nico.tenet argu.l.ſi.j.ad legē fal.cuius authoritas fuit excellens, & ſumma.ſecundùm Alberi.in l.vbi adhuc.j.de iure do.opi.tamen Bald.ſequitur ibi Bartol.& Ro.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorē.ff.ſolu.matr. Et an dictū ſtatutum de dote lucrãda habeat locū ante traductionē vxoris ad domum viri, vel ante conſeruationem matrimonij, vnde per Bar.in l.nihil.ff.rerū amo.per Bal.in l.Deo nobis.j.de epi.& cleri.& in l.non ſine.j.de bo.quę lib.l.pleniſsimè.per Sal.in l.cū te.j.de dona.añ nup.per Roma.in d.§.ſi vir vxorem.in l.ij.§.j.ff.de condi.ob cau. Et dicit ꝙ eſt caſus in authen.vt exactio.inſtant do.§.ſi.colla.vij.& not.in authen.de non eligen.ſecun.nuben.§.pen.in gl.magna.aliàs eſſet melioris conditionis moroſus, contra l.non ſolum.de noxa.

a alienauit admittatur ad rem vendicandam [a]. Glo.
iſtam quæſtionem inducit ad aliud brocardum,
vtrum quis poſsit venire conta factum ſuum, qđ
determinatur in l.poſt mortem de adopti. Sed fi-
10 naliter ſcias † ꝙ in hoc paſſu iſta eſt veritas. Quan
doq; illud quod fit, reuocatur ratione publicę vti
litatis: & tunc poteſt quis venire contra factum
ſuum: vt l.j.de lib.cauſa.& l.iuris gentium.§.ſi
paciſcar.ff.de pactis. Vnde cū hæc reuocatio fiat
ratione publicæ vtilitatis, ipſe idē œconom⁹ face
b re poterit.& vide gl.¶ Quęro [b] vlteri⁹ in ver.œco
11 nomus.vtrū priuetur ab adminiſtratione † ipſo iu
c re, an per ſententiam. [c] Gloſſ. dicit ꝙ per ſenten-
tiam.dicit enim, priueť.non ꝙ priuatus ſit.& vide
glo.tuam not.& ſigna eam.¶ Quando lex impo-
12 nit † pœnam amiſsionis vel rei.vel actionis.ſi ex-
primatur in ea ipſo iure, vel per ſentētiã: certè ſta
mus dicto: vt l.cõmiſſa.ff.de publi. Vel diſtingue
vt hic. Aut vtitur verbo præteriti vel præſentis
d tēporis. [d] vt, priuat⁹ ſit, [e] & intelligitur ipſo iure.
e Aut verbo futuri tēporis: & intelligitur p ſentē-
tiam: vt hic, niſi addatur dictio mox, vel ſtatim:
quia tūc intelligitur ipſo iure: aliàs ſecus, cùm nō
eſſet ſtatim: vt in auť.de inceſt. nupt.§.j.colla.ij.
& ꝙ no.dixi plenè in l. Imperator.de iure fiſci.&
dixi in auť.q ſemel.quomodo, & quãdo iudex.&
auť.nouo iure.de pœ.iud.qui malè iud. Videbitis
in l.in criminali.de iuriſ.om.iud.& l.ſi qs maior.
13 de tranſac.¶ † Venio ad tertiam partem. quæro,
f vtrū iudex ipſe poſsit ſcribere [f] acta, quę fiunt co-
ram ſe: vt ipſe ſit iudex, & notarius. Tex hic cum
gl.videtur velle ꝙ ſic.& vide gl.quã nota. Cōtra-
rium tenet Inn.in c.cū à nobis.extra, de teſti. qđ
probatur per c.qm̄ contra falſam.extra, de prob.
Gul.dicit, quędã fiũt à iudice nō in forma iudicij:
vt puta, facit aliquas literas teſtimoniales: tunc
ipſemet hoc pōt ſcribere: vt l.diuus, de offi.pręſi.
& l.ſi publicanus.§.j.ff.de pub. Facit de procur. l.
ſi ꝓcurator. Sed ſi ſint alia acta, quę fiũt in forma
iudicij: nō poſſunt ſcribi ab ipſomet iudice: vt l.ne
in arbitris.j.de ar.& d.c.qm̄ cōtra falſam. Nō ob-
ſtat hęc lex: qa debes ĩtelligere ꝙ ipſemet idē erat
g iudex & notari⁹: [g] hoc eſt, iudex chartulari⁹: qa de
14 iuriſdictiōe † volũtaria ipſemet iudex pōt ſcribere.
Ita loqtur hic: & ita obſeruat cõſuetudo p Tuſciã.
Nã Ipſemet iudex, hoc eſt notarius iuriſdictionē
habēs facit p̄ceptū guarētigię: & ſcribit ipſemet de
p̄cepto qđ ipſe facit. Idē videtis in iſtis iudicib⁹ or
dinarijs, qđ ipſimet interponũt authoritatē, & ſcri
15 būt.¶ Itē p̄dicta intelligo vera, etiã in cauſis † bre
h uioribus [h] q̄ poſſunt agitari ſine ſcriptis: vt in auť.
niſi breuiores.de ſentē.ex breuic.reci. Cū eñ ſibi
iudici crederet, vt ibi dixi: credať & eius ſcripturę.
16 & ita obſeruat conſuetudo. Nã iſti vicarij, † q ſunt

a ¶ Admittatur ad rem vendicandam. An poſsit quis venire cōtra factum ſuum, vide per Bar.in l.iuſiurandum.quod ex conuentione.§.procurator.ff.de iureiuran.vbi pleniſsimè.

b ☙ *P. P Æ V. P.* ¶ Quæro. Vide quæ ſcripſi in l.tranſactionis.C. de tranſactio.

c ¶ An per ſententiam. Vide Bart.in dicta l.Imperatores. Et pro limitatione iſtorū, ſi teſtator piuat aliquem per verba futuri temporis: vt ſi hæres fecerit tale quid, priuetur hæreditate, & c.induciť priuatio ipſo iure. Ita not.dicit Bal.in l.prima.C.de his quæ pœnæ nomine.in x.colum. ¶ Item not.quòd verbum careat, importat priuationem ipſo iure: vt eſt glo.& ibi Angel.in l.prouidendum.C.de poſtulando. Quid ſi per verba præſentis temporis vtrum intelligatur, ipſo iure, vide gloſ, in l.ſi quis in tantam.circa mediū.j.vnde vi.quæ dicit quòd intelligitur, & eam ſequitur Bartol.ibi.& Bartol.in authenti.qui ſemel.ad finem.C.quomodo & quando iudex. Imo.verò format hoc dubium in c.ſi diligenti.de foro cōpetenti.& quia non vidit gl.illam vel Barto.in locis præalleg.dixi: puto ꝙ p ſententiã: quia in pœnis debet fieri ſtricta, alibi larga ĩterp̄tatio, &c.

d ☙ *P. P Æ V. P.* ¶ Temporis. Vide de materia Roma.ſing.iij.ſcripſi in l.criminali.infrà de iuriſdi.omni.iud. Et limita iſtud ꝙ per verba futuri temporis non inducatur priuatio ipſo iure, niſi eſſent verba geminata caſſa & irrita, vt ſcripſi ſuprà, in authentica, caſſa. in principio ſuprà eod.titul.

e ☙ POMATES. ¶ Vt priuatus ſit. Et intellige.l.ventrē verbo præſentis tpis vel præteriti intelligitur ipſo iure.de quo vide Mathe.notabili cxij.incipiente. Notatur quòd vbicunque per legem. vbi multa adducit de ipſis dictionib⁹ mox, ſtatim, omnimode, omnino, omnibus modis, & ſimilibus. Vide tamen tex.qui vtitur verbo futuri temporis: & intelligitur ipſo iure, in l.improbum.j.ex quibus cau. infa.irroga. Et vide tex.& ibi gl.in l.j.C.ne lite penden.& vide Roma.in ſing.ſuis tribus primis. Et vide text.in l.quoties. in verbo, ſpoliatur, & in verbo, ſeruatos. iuncta gloſ.de dig. lib.xij.& vide glo. in verbo, meritū. in c.dilecta.de reſcript.& vide tex. in c.auditis.in verbo, irrita ipſo iure.& ibi glo.extra, de elect.in ca.ſcriptū. in verbo, priuari. in ſi.& ibi gl.eod.titu.& text.in auť. adhuc iuncta gloſ. in verbo, cadať.de vſur.& gl.in verbo, cōdemnatum. in c.reperiuntur.j.q.j.& in c.infamis. in verbo, irritum. extra, de reſtitutio.ſpoliato. Vide etiam gl.in c.cùm Bertoldus.in verbo irritãda.extra, de re iudicata.& in l.j.in verbo, confirmabitur.ff.de ſer.& Alex.in l.j.col. iiij.j.de eden.& gl. in l.j.j.de reſcin.vend.in verbo, irrita.& in l.cùm omnia.ff.de mino.& l.quod dictum.ff.de pac. Vide etiam Feli.in c.j.col.v.de reſcript.& Cepo.conſi.xij.& Barba.conſi.xij.col.ij.volu.j.& conſi.xxiiij.in iij.col.& vide glo.in l.ſi quis aduocatus.in verbo, arceantur.j.de poſtulan.& Barba.cōſilio xj.col.x.volu.ij.& col.xvj.& col.xij.& Anto.de Butr.conſil.iiij.& conſil.xxij.col.j.& Roma.ccxij.col.fina.& Felin.plenè in c.Rodulphus.col.xvij.& vj.ſeq.de reſcript. Panor.in c.ij.in fine.& ibi ſcribentes, de foro compet.& Cardinal.conſil.cxxviij.in fine.& Panor.in ca.ſi diligenti.colum.vj.in fine.de foro competen. Anna.conſil.xxxiij.in j.dubio.& ibi addi.aliquid per Felin.in c.ij.col.ij.de reſcript.& iij.& Panormi.in c.ij.col.ij.in glo.in c.ſi quis ex clericis.in verbo, ſit anathema.xxiij.diſtinctio.de vita & honeſta.cleric.in verbo, ſit anathema.& text.in c.ne captandæ.de conceſ.præben.in vj.Feli.in c.ex tenore.col.antepe.de reſcrip.& Panor.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.col.iij.eo.tit.& in c.quiſquis.col.iij.de ele.& Gemini.in c.j.in fine.de iureiur.in vj.& Panormi.in c.clericis.xij.& xiij.col.ne cle.vel mona.& Feli.in c.ſi.in prin.de offi.deleg.

f ¶ Scribere. Et an iudex poſsit ſcribere acta.& ex hoc dicit Imo.in c.cum à nobis.ꝙ licet credatur priuatæ ſcriptutæ, per ſubſcriptionem teſtium, vel comparationem literarum. Fallit in literis iudicis, ac etiam ita limita & intellige vt pulchrè per Bar.in l.ſeruus communis.l.ij.de ſtipulatio.ſeruorum. Et iſta faciunt, an citatio poſsit committi notario, & ipſe idē poſſit ſcribere relationem propriam. De quo per dominum Anto.in ca.j.de iudi.nec videtur hoc poſſe tolerari in cauſis breuioribus: per not.per Bar. hoc tenet Imol.in c.primo. Tu adde quod not.Bart.& quod ibi dixi in l. ex ſententia.C.de teſta.tute. Et ad hoc vide quod not.dicit Bar.in l.comperimus.in fine.C.de proxi.ſacrorum ſcrini.libro xij.& Bal.in l.ſi conſul.ff.de adoptio.quod not.Canoni.in cap.quoniam.extra de probatio.dicit Bald.in auť.niſi breuiores.ꝙ iſti iudices villarum, maximè in breuioribus cauſis.poſſunt eſſe iudices, & notarij. Ita dicit in d.auť.niſi breuiores.de ſenten.ex breui.reci.& ponit etiam Bartolus hic, & dicit Bal.etiam in l.cùm ſententiam.infrà, de ſenten.ꝙ iudex poteſt ſcribere & legere ſententiam.j.de ſenten.quod intelligo vt ibi. Et hic adde do.Ant.& Abbatem in c.iij.de probatio.

g ¶ Iudex & notarius. Vide Bar.in l.poſſeſsio.§.& ſi poſſeſsio.de acquir.poſſeſ.& in l.non fatetur.in titu.de confeſſ.& in l.error.C.de iuris & facti ignoran. Aduertendum tamen, quòd ſi notarius habeat authoritatem à ſtatuto, non poterit facere præceptum guarentigiæ: vt not.Bald.in l.adopti.j.de adopti.per Angel.& Imol.in l.ait prætor.in princip.ff.de re iudic.

h ¶ Cauſis breuioribus. Et iſtud tenet etiã do.Matheſil.in ſuis not.in j.no. Et ita dicit limitari debere no.per Inn.in d.c.cum à nobis. Quando autem dicatur eſſe plenè probatum in iſtis breuioribus cauſis,: vide per eundem do.Mathe.in ij.no.& dixi poſt Bar.in auť.niſi breuiores.j.de ſenten.

h ☙ POMATES. ¶ Breuioribus. Iſtam doctrinam Bartoli reprobat Matheſil.not.ſuo primo.& Barba.conſilio lix.columna ſeptima.volumine j.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Poteſt concedi. Et an iſte contractus ſit nominatus: vide Bal. in rub. C. de rerum permu. Et dum textus hic in fine dicit, ꝙ ab eccleſiaſticis perſonis poteſt vendicari.

ADDE in ſimili tex. in c. ſi qs preſbyterorū. extra, de re. eccl. nō ali. & habet locū hoc in reb⁹ eccleſiaſticis. In re verò fiſci, eſſet ſecus: qa nō poſſet niſi habēs authoritatē agēdi à ciuitate: vt voluit Bar. in l. prouinciali. §. j. ff. de ope. no. nun.

b ¶Aedificare. Si autē pactū nō interueniſſet, melioramenta ſpectarēt ad emphyteutam: vt no. Bald. in rubr. j. de iur. emph. circa prin. cū cōcordan.

※ *P. P A V. P.*

c ¶Hoc ius porrectū. Circa materiā huius auẗ. vide Alex. conſi. iiij. in iij. vo. Quid aūt ſi eſſet aliqs p̄latus nō habēs capitulum, qualiter debeat ſolēniter alienare: vide Ro. cōſi. xxxvj. Qn̄ autē in dubio p̄ſumaẗ contractus factus in vtilitatē eccleſię: vide Bald. in c. j. ī ij. col. q feu. da. poſ. de quo etiā infra. Item an iſta auẗ. ſit canonizata, an & qn̄ cōſuetudo poſſit alterare ſolēnitatē in alienatione rei eccleſiaſticæ: vide p Fel. in c. cū cauſam. in iij. & ſequē. col. extra, de re iudi. Deci. in c. j. col. j. de cōſuet. Itē an ſubſiſtēte maxima neceſſitate poſſit prelat⁹ alienare bona eccleſię prohibita alienari ſine debitis ſolēnitatibus: vide Paul. de Elea. ī v. q. inci. In Chriſti noīe in iiij. col. ī prin. & in pe. col. & poſtea ī fine illi⁹ queſtiōis, vbi ponit concluſionē. Et an conſuetudo poſſit alterare ſolēnitates requiſitas in alienatiōe rei eccleſię: vide latè Iaſonē in l. de qbus. in xvij. & xviij. col. ff. de legib. Item ꝙ vbi interuenerunt debitę ſolēnitates, p̄ſumatur cōtract⁹ factus in vtilitatē eccleſiæ: vide Alc. cōſi. lxxix. ī iiij. co. Iaſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis. in ij. col. Item vno caſu pōt p̄lat⁹ ſine ſolēnitate locare ad xxxix. annos, videlicet quādo locaſſet ad tēpus, & cōductor feciſſet plura melioramēta, quæ eccleſia non poſſit ſoluere quia finito primo tempore poſſet relocare ad annos xxix. Vide Bal. conſi. xlvij. inci. quidam v. Abbas in ij. col. vol. j. per text. in auẗ. de alien. & emphy. in §. locationes. Item ad aliud dictū eſt preſumi cōtractum in vtilitatē eccleſiæ quādo interuenerūt, debitæ ſolēnitates: vide Iaſ. in c. j. in ij. col. & ſeq. qui feu. da. poſ. An autem cōtractus alienatiōis fact⁹ cū ſolenitatibus debitis ſit validus mero iure, ſi nō ſubſit cauſa legitima, vide Fel. in c. quæ in eccleſiarum. in j. colum. de conſtitu. Barb. conſil. xl. vol. j.

※ *P. P A V. P.*

d ¶Abbatis. Vide Barba. in c. j. in j. & ij. col. de reb. eccle. non alien. Gloſſ. in Clem. j. in verbo, pro primo. de reb. eccl. non alien. vbi Car. Imo. & Abb. Vide aliquid per Bal. hic, & Alc. in apoſtil. Pau. de Ca. hic, Abb. in c. ſtatuimus. in j. co. extra, de tranſac. poſt Inn. ibi vide Angelicam in verbo alienatio. in verſ. xiij. incipi. quia dicitur ſuperior. Vide Barba. in cōſil. xl. in iij. & iiij. col. vol. j. qui diſcrepat à concluſione, quam firmat cōtra communem in d. c. j. de reb. ecc. non alien.

e ¶Solicitudinē iudicis. Adde ꝙ eo caſu, quo p̄hibita eſt alienatio, eo caſu erit prohibita tranſactio. Tex. eſt no. in l. non ſolū. j. de prædijs minorum. no. Bart. poſt gloſſ. ibi in l. j. C. ſi aduer. tranſac. Et adde ꝙ iſtę ſolēnitates non requiruntur in vēdicatione facta à mendicātibus, ſecūdū Bal. in auẗ. ſi qua mulier. §. eo. & hic, in pen. col. ſed Abb. Siculus poſt alios in c. nulli. de rebus ecc. nō ali. tenet quòd iſtę ſolennitates requiſitæ in eccleſia, habeant locum in omni loco pio. & etiā Bal. hic. Adde quid ſi nō fuit adhibita cognitio, tamen alienatio fiat ex cauſa vera: an valeat? Vide Fede. conſi. cxlij.

per comitatū habēt iuriſdictionē in cauſis modicis: & ipſi præcipiunt & ſcribunt. Tene mēti: iſta enim quotidiana ſunt. ¶Itē quęro, iſta bona cui applicantur. In gloſſ. ſunt opiniones. & finaliter
17 †tenet, ꝙ applicantur fiſco. & hoc placet. Quod examina vt dixi in l. agraria. de termi. mo. & eſt eadem glo. quam nota & tene menti &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Vſusfructus rei eccleſiaſticę ad certum tēpus, vel ad vitam recipientis poteſt alienari.
2 Pactum ꝙ res conceſſa in emphyteuſim, cum melioramentis reuertatur ad eccleſiam, valet.
3 Poſſeſsio transfertur ex inutili contractu.

Sanè ne omnis. Hic incipit tertia pars principalis legis, breuiter. h. d. Vſusfructus rei eccleſiaſticæ ad
1 certū tēpus, †vel ad vitā recipiētis, poteſt cōcedi[a]
a hoc pacto, ꝙ vſufructu finito reddatur res,: aliàs tātundem reddatur. h. d. vſq; ad fi. ¶Nota caſum, in quo permittitur eccleſię ꝙ alienet vſumfructū. ¶Hoc anno allegaui hunc tex. pro caſu in vna q. tali. Eccleſia ſanctæ crucis de porta ſancti Petri cōceſsit caſalena quæ ſunt in emphyteuſim hoc pa-
b cto, ꝙ liceat ibi ędificare[b] domū. & ſubijciebaẗ in inſtrumēto, ꝙ caſalena cū domibus reuertātur ad
2 eccleſiā. † Certè valet hoc pactū: vt videbitis per hāc legē. ¶Quęro vtrū ex inutili cōtractu trāsferatur poſſeſsio. Tex. hic in fi. videtur velle ꝙ nō.
3 Contrariū †eſt veritas: vt l. j. §. ſi vir. de acqr. poſſ. Non obſtat ꝙ hic accipitur poſſeſsio pro re ipſa, ſeu p̄prietate rei: vt l. interdū. de verb. ſign. ¶An autē ex inutili cōtractu trāsferatur poſſeſsio & dominiū: dicemus in l. nō dubium. j. de leg. ¶Quęrit gl. dicitur hic: reliquit qūo debet relinqre. Et dic vt in glo. & bene. ¶Vltimò ſcias, ꝙ ſicut hæc lex habet tres partes. Prima eſt prohibitoria. Secunda eſt punitoria. Tertia eſt permiſſoria. Ita hic ponūtur multæ auẗ. & primò debemus videre prohibitorias: ſecundò punitorias; tertiò permiſſorias. ideo incipiamus ad auẗ. hoc ius porrectum, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Actio, id eſt, actus pius.
2 Res eccleſiarū pn̄t pignorari abſque traditione.
3 Sex caſus qbus res eccleſiæ prohibentur alienari.
4 Fructus ꝙ primò cōputentur in vſuras. & poſtea in ſortem.
5 Ordo ſcripturæ ꝙ attendatur quādo mens eſt incerta: ſecus ſi certa.
6 Quarta centeſimæ quæ dicatur.
7 Authoritas ſuperioris ordinantis rectorem in eccleſia, requiritur in alienatione rerum eccleſiæ.
8 Authoritas Abbatis ſola ſufficit, quādo alienantur res eccleſiæ ſibi ſubiectæ.
9 In alienatione rerumq; eccleſiæ omnes conſentire debent, & ſubſcribere.
10 Monachi pręſentes debēt cōſentire in alienatione rerum eccleſiæ: & abſentes non vocantur.
11 Monachi iurāt debitū ſubeſſe vt alienatio teneat.
12 Creditor debet probare debitum conuerſum in vtilitatem eccleſiæ. & nu. 14.
13 Quod pretium fuerit ſolutum, pertinet ad iudicis ſolicitudinem.
15 Creditor fauore eccleſię cogitur rem eccleſię etiā mediocrem accipere inſolutum.
16 Pro modico debito non debet vendi res magna.
17 Pecuniam fuiſſe conuerſam in vtilitatem eccleſiæ, duobus modis probatur.
18 Cōſuetudo, q̄ eſt cōtra libertatē eccleſię, nō valet.
19 Solennitas huius auẗ. ꝙ non requiratur in alienatione rerum eccleſiæ: ſed illa, quæ ponitur xij. q. ij. in c. ſine.
20 Nomina debitorum eccleſiæ ꝙ prius vendi debeant, quàm mobilia.
21 Creditor poteſt vēdere rem eccleſiæ ſibi licitè pignoratam abſque ſolennitate.
22 Nomina debitorum quando computentur inter mobilia vel immobilia. remiſsiuè.
23 Diſpoſitio huius auẗ. an habeat locū in creditore, quo ad probandū cōuerſionē in vtilitatē eccleſiæ.

c
## Hoc ius porrectū.[c]

Iſta auẗ. diuidiẗ in partes ſeptē. Primò legē extēdit. Secūdò p̄hibet alienationē ſimpliciter. Tertiò p̄mittit pignorationē in caſu neceſsitatis. Quartò p̄mittit vēditionē, ſi creditor nō reperiaẗ. Quintò p̄mittit dationē inſolutū ſi nō reperiẗ emptor. Sextò declarat q̄ res debeant vēdi. Septimò qs intelligaẗ creditor. Secūda ibi: vt nec. Tertia ibi: īcertis. Quarta ibi: qđ ſi nolit. Quīta ibi: emptor. Sexta ibi: ſi tn̄. Septima ibi: & is creditor. Notabilia patēt p ſe. ¶Opp. ad primā partē: diciẗ hic, actio pia cōſtituit. Contra, actio eſt ius p̄ſequēdi in iudicio, &c. vt Inſti. de act. in prin. & ſic actio nō cōſtituiẗ. Hāc ſol. expone, actio. i. act⁹
1 †pius: vt dicit gl. & bn̄. ¶Secūdo opp. ad ſecundā partē, hic p̄hibet obligari. Cōtra ī auẗ. de nō alie. in §. ſi aūt creditor. Sol. Dicit gl. nō pōt pignorari ſpecialiter, vt hic: ſed gn̄aliter ſic, vt ibi. Pet. dicit, & melius iudicio meo, ꝙ poſſit pignorari: hoc eſt,
2 obligari abſq; traditiōe, vt in cōtrario: †ſed obligari & tradi creditori, hoc non pōt fieri. ita loqtur hic. ¶Opp. & videẗ ꝙ ſit ali⁹ caſus, ī quo perpetuo p̄hibeẗ alienatio: vt in auẗ. de alie. & emphy. §. ſan
3 ctiſsimas. So. gl. fateẗ cōtrariū, †& ponit ſex caſus in qb⁹ indiſtinctè alienatio eſt p̄hibita. & vide gl. ¶Venio ad tertiā partē. diciẗ hic ꝙ debet cōputare fruct⁹ in ſortē, & in vſuras. Cōtrà, imò principa
4 liter, ſeu prius in vſuras, † poſtea in ſortē: vt j. de pig. ac. l. j. & ij. & j. de ſol. l. j. Gl. hic fateẗ cōtrariū: vt ſic nō attendaẗ ordo ſcripturę: licet in cōtrariū faciat l. cū pater. §. pe. ff. de leg. ij. Sed reſpōdeo, hic
5 mēs legis †eſt certa: ibi mēs teſtatoris incerta: vt l. nec em̄. ff. de ſolu. & qđ ibi no. Alij dicūt ꝙ hic eſt ſpeciale fauore eccleſię: vt prius cōputētur in ſortē, quàm in vſuras. tene primū. ¶Procedo vlteri⁹ hic: q̄ro qd eſt hoc dictū qđ hic diciẗ, vſq; ad quar
6 tam cēteſimæ. Gl. dicit †vt in fine anni nō habeat p̄ vſuris, niſi inquātū eſt quarta pars ſortis. ¶Venio ad quartā particulā. diciẗ hic: & no. ex hac par
7 te ꝙ in alienatiōe rei eccleſię reqriẗ †authoritas ſuperioris, hoc eſt ei⁹, q in dicta eccleſia ordinat rectorem. ¶Et per hoc habes ꝙ ſi eccleſia ſubeſt vni
8 Abbati, † ſufficit authoritas illius Abbatis,[d] nec
d reqriẗ authoritas Ep̄i. Hoc tenet Io. And. in ti. de reb⁹ eccl. nō alie. c. hoc cōſultiſsimo. in vj. qđ tene mēti, & nota. ¶Nota etiā aliud, ꝙ debēt cōſentire
9 †oēs per modū ſubſcriptionis. ¶Circa iſtā partē quęro: dicitur hic, ꝙ debet iurare maiorq; pars ibidē ſeruiētiū: vtrū reqritur cōſenſus omniū familiariū, & omniū conuerſorū, qui ſunt in domo: Glo. videtur intelligere ꝙ reqritur cōſenſus ordinario
10 rū tātū: †hoc eſt, monachorū. Itē reqritur cōſenſus pręſentiū: nō em̄ debēt vocari abſentes. Ita tenet gl. hic, & in corpore de alie. & emphy. videtur velle idē: & vide hāc gl. quā nota. ¶Quęro vlterius: diciẗ hic ꝙ iurēt debitū exiſtere. Quid ſi ignorāt? qa ſunt aliq, monachi in domo q hoc ignorāt. gl. dicit, ꝙ illi iurare nō cogūtur. Itē dicit ꝙ illud,
11 qđ hic dicit. debēt iurare ſubeſſe †, debitū: hoc eſt,
12 ſolutū nō eſſe. Nam debitū †cōuerſum eſſe in vtilitatem eccleſię creditor habet probare: vt hic, in fi. auẗ. & vide gl. quā nota. ¶Quęro: dicitur hic, pretium modis omnibus dādo pro debito: nunquid hoc debeat fieri per emptorem, adeò ꝙ ſi non ap-
13 pareat pretiū ſolutū creditorib⁹ eſſe, †non valeat vēditio. Doct. noſtri nō tāgunt. Inn. extra, de depo. c. j. intelligit hāc auẗ. ꝙ hoc pertinet ad ſolici-
e tudinē iudicis,[e] qui interponit authoritatē, & cōſenſum

ſenſum huic alienatiõi, ſicut intelligitur de reb. e.
l. magis puto. §. nõ paſsim. & §. ne tñ. Ad ſolicitu
dinẽ enim emptoris nõ ſpectat ſed ſufficit ꝙ ſol-
uat de ſuperioris mãdato. ſicut dicimꝰ in eo q ſol-
uit minori: vt l. ait prętor. §. ꝑmittit̃. ff. de mi. tene
14 ergo † mẽti ꝙ ſolũ in creditore reperit̃, ꝙ debet ꝓ
bare cõuerſum in vtilitatẽ creditoris, vt in fi. huiꝰ
aut̃. ¶ Quęro nunqd ſint alij caſus, in qbꝰ ꝑmittit̃
alienatio. gl. enumerat. & vide & no. eã. ¶ Venio
ad quintã partẽ. dicit̃ hic, ꝙ inuito creditore datur
ſibi inſolutũ. Cõtra: aliud ꝓ alio inuito creditore
ſolui nõ põt: vt l. ij. §. j. ff. ſi cer. pe. & j. de ſolu. aut̃.
15 hoc niſi debitor. So. ſpeciale. † eſt in eccleſia, ꝙ co-
gitur creditor ad recipiẽdũ inuitꝰ. Itẽ eſt aliud ſpe
ciale, ꝙ cogit̃ recipere rem mediocrẽ. ¶ Venio ad
ſextã partẽ. Dicit̃ hic ꝙ debet vendi res mediocris
inſpecta illiꝰ qualitate, quãtitate, & onere. ¶ Quę
ro qd eſt hoc dictũ. Gl. intelligit ꝙ ꝓ modico de-
16 bito nõ vẽdit̃ † magna res. Simile no. de diſtr. pi. l.
quãdiu. qđ facit ad q̃ſtionẽ de executoribus vlti-
marũ volũtatũ: an poſsint ꝓ modico debito vẽde
re rẽ magni pretij qđ dic vt dixi plenè in l. alio. de
ali. le. ¶ Venio ad vltimã partẽ. dicitur hic, ꝙ ille
intelligat̃ creditor, q ꝓbat id qđ, credit cõuerſum
a in vtilitatẽ eccleſię. Quęro qualiter hoc ꝓbabit.[a]
Gl. ponit hic duo remedia. Primò ꝙ ꝓbabit ꝑ cõ-
iecturas: vt qa Prælatus eſt diligẽs, & eccleſia tũc
indigebat. ar. ad hoc ff. de exer. l. ſi. vide gl. iſtã no.
valde. Gl. in aut̃. de ali. & emphy. §. ſi verò qs. vn-
de partim ſumit̃ iſta aut̃. videt̃ tenere cõtrariũ, ꝙ
iſtæ p̄ſumptiones nõ ſufficiant. ¶ Quid dicemus?
17 † Vos debetis ſcire ꝙ qñque aliqs habet mãdatũ
ad recipiendũ pecuniã ꝓ alio mutuo ad certã cau-
ſam: tũc ſufficit ꝙ ille, q recipit, confiteatur ad illã
cauſam ſe recepiſſe, licet mẽtiat̃: vt ff. de exer. l. j. §.
nõ aũt. ver. ſed & ſi in p̄ſentis. aliàs, ꝙ ſi in pretijs.
Quãdoq; habet mãdatũ gñale: tũc nõ ſufficit eius
cõfeſsio ad obligandũ dñm: ſed reqrit̃ ꝓbatio per
p̄ſumptiones. Ita loqtur d. l. j. de exer. Qñq; nullũ
habet ab eo, cuiꝰ noĩe pecuniã recipit: & tũc videt̃
ꝙ reqratur, ꝙ exp̄ſsè ꝓbet̃ pecuniã eſſe cõuerſam
in eius vtilitatẽ: nec ſufficiat cõfeſsio recipiẽtis: vt
ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed ſi ſic accepit. & ff. ſi cer.
pe. l. ciuitas. & ſic videt̃ ꝙ meliꝰ dicat gl. quę eſt in
corpore, quàm iſta. ¶ Secũdũ modũ ꝓbãdi dat gl.
qa pecunia mutuata fuit p̄lato toto capi. p̄ſente:
ar. ſ. e. l. iubemꝰ nulli. §. ſane oĩs. vide gl. iſtã & no.
eã. Iſtud dictũ videt̃ cõtra hãc l. iubemus nullã. in
prĩ. ver. ſciẽter. ibi: nec etiã ſi cẽs cũ religioſo, &c.
Sol. Ibi loqtur in alienanda re immobili: hic verò
pecunia mutuo accipiẽda. ¶ Quęrit gl. qd ſi eſt cõ-
ſuetudo in cõtrariũ, qa nõ ſeruãtur iſtę ſolennita-
tes. Dicit gl. ꝙ iſta cõſuetudo valet. Idẽ tenet in l.
de qbus. circa fin. & l. ſeq. ff. de legi. Puto ꝙ nõ va
18 leat cõſuetudo q̃ eſt cõtra libertatẽ eccleſię: † vt di
xi ſ. e. aut̃. caſſa. Nã cũ ſit cõceſſum eccleſijs in pri-
uilegiũ, vt nõ poſsint alienare ſine hac ſolẽnitate:
cõſuetudo, q̃ eſſet cõtra hoc priuilegiũ, eſſet cõtra
19 libertatẽ eccleſię, vt dixi ſ. eo. aut̃. caſſa. Fateor † tñ
ꝙ iſta ſolẽnitas iſtiꝰ aut̃. nõ eſt neceſſaria in aliena
tione rerũ eccleſię: qa eccleſia iſtud priuilegiũ ſibi
cõceſſum nõ acceptauit: ſed ſtatuit aliã ſolẽnitatẽ,
in alienatione rerũ quæ ponit̃ xij. q. ij. ſine exce. &
habetis etiã hoc no. extra, de rebus eccle. nõ alie. c.
j. lib. vj. ¶ Extra gl. videt̃ aliqd quærendũ. Primò
quæro, qd ſi eccleſia habet noĩa debitorũ: an prius
debeãt vẽdi quàm immobilia? Videt̃ ꝙ nõ: qa vl-
timo loco ꝑuenitur ad nomina, vt l. à diuo. §. in vẽ
20 ditione. ff. de re iu. Cõtrariũ † eſt verũ: arg. l. magis
puto. §. ne autẽ. de rebus eorũ. Et iſtud tenẽt doct.
Nõ ob. §. in vẽditione. qa loqtur ibi quãdo fit exe
cutio ſentẽtiæ: quo caſu capi debẽt ea quæ habent
faciliorẽ expeditionem. ¶ Quæro: pone ꝙ eccleſia
pignorauit fundũ, eo caſu quo ſibi licet, vnde cre-
ditor ex l. vult vẽdere pignus: vtrũ debebit ſerua
re ſolẽnitatem huius l. vel decretaliũ in venditio-
21 ne? † Reſpon. nõ: imò liberè poteriꝰ vendere, ſicut
rem minoris, vel alterius priuati. Tex. eſt no. in l. ſi
b pupillorũ. [b] §. j. de rebus eorũ. ¶ Quæro quando
alienantur nomina debitorũ, vtrũ debeat ſeruari
illa ſolennitas, quæ ponitur in hac aut̃. Iſta quæ-
22 ſtio vertitur in hoc, an nomina debitorũ † cõpu-
tẽtur inter mobilia, an inter immobilia. Glo. tãgit
in aut̃. de nõ alie. in §. j. dicam in l. j. & ij. j. ſi aduer.
c tranſact. ¶ Quęro circa fi.[c] huius aut̃. dicitur hic ꝙ
creditor debet ꝓbare cõuerſum in vtilitatẽ eccle
23 ſiæ: vtrũ † hoc habeat locũ in quolibet creditore.
Pet. ĩtelligit ſtrictè in creditore fœneratitio tãtũ,
vt hic, & in l. fin. ſi aduer. cre. Inn. videtur intelli-
gere ſimpliciter in quolibet creditore mutuante.
ſecus ſi ex alio contractu efficeretur creditor. Nec
diſtinguit vtrum fuerit creditor ex contractu fœ
neratitio vel non: vt in d. c. j. extra, de depo. &c.

## SIcut alienatio.

Iſta addit ad legem C. &c.

## d MVlto magis.

[d] Propter vnũ quodque tale, & illud magis, &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ Prohibitus alienari in ſuos conſanguineos, an
prohibeatur accipere.
2 Adminiſtrator qñ palam & publicè poſsit emere
de bonis illius, cuius eſt adminiſtrator. & nu. 3.
4 Prælatus alienat res eccleſiæ in coniunctos ad tẽ-
pus, non tamen ad perpetuum.
5 Prælatus alienat res eccleſiæ in perpetuum in
conſanguineos pauperes.

## e QVibuſcũque.

[e] Iſta reſpicit ſecũdã partẽ legis prohibitoriam, & eſt breuiſsima in
ſe. ¶ No. mirabilẽ aut̃. ꝙ in caſibus, in qbus alicui
1 ꝑmittit̃ alienare † ſuis cõſanguineis, & ipſe ꝓhi-
betur accipere. Cõtra hoc videt̃ j. de cõtrahẽ. emp.
l. cũ ipſe. Pe. dicit no. ſatis. ibi loquitur in admini-
ſtratore pupilli vel adulti, cui ſperatur in admini
ſtratione ſuccedere, cũ ipſe principalis factus erit
ætatis legitimę: hic loquitur qñ adminiſtrat bona
eccleſiæ, q nũquã ꝑuenit ad ætatẽ legitimã. Et ita
generaliter intelligit in quocunq; adminiſtratore
eiꝰ, q ad ætatẽ legitimã nõ ꝑuenit. hoc licet ſit no
tabile in ſe, tñ eſt cõtra opi. gl. noſtrarũ poſitarũ in
l. ſi emptiõe. §. ſi. de cõtrahẽ. emp. Dicẽdũ eſt ergo,
2 ꝙ ipſe adminiſtrator põt emere † palã, & bona fi-
3 de de rebus eius, cuius bona adminiſtrat. fallit † in
adminiſtratore eccleſię: vt hic videtis. Cõtra hoc
videt̃ in aut̃. de ſan. epiſ. §. ſi autẽ eccleſijs. Gl. ſol
uit, & eſt not. ſol. Quædã eſt alienatio ꝑpetua: &
iſta ꝓhibetur fieri iſtis cõiunctis ꝑſonis: ita loqui
4 tur hic. Quædã eſt conceſsio † ad tẽpus: & iſta non
prohibetur: vt lege cõtraria. quod tene mẽti pro
f Abbatibus & Prælatis, [f] qui nota die res emphy-
teuticas ad ſe reuerſas cõcedũt ſuis conſanguineis.
Nã ſi qdẽ cõceſsit ad tẽpus vſq; ad ſecũdã, vel ter-
tiã generationẽ, valet: ſecus ſi concederet ꝑpetuò,
5 per hãc aut̃. quod no. & vide gl. Sũt tñ quidã † qui
g cõſanguineis ſuis[g] pauperibus poſſent concedere
emphyteuſim perpetuam, vel feudum perpetuũ.
Ita not. dicit Iaco. de Bel. in prima conſtit. feu. in
prin. & allegat quædam decreta, quæ vide.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dolus cum dolo quando compenſetur.
2 Quomodo ſuccurratur emptori rerũ eccleſię, qui
emit ſine ſolennitate.

## QVi res iã dictas.

Vidimꝰ aut̃. prohibitorias. modò ſeqtur videre aut̃. puni
torias. ¶ Opp. dicit̃ hic ꝙ emptor repetit ab œco-
nomo, nõ ab eccleſia. In cõtrarium, dolus cũ dolo
debet cõpenſari. ff. de eo per quẽ fac. erit. l. iij. §. fi.
1 & in l. fi. in prin. & de dolo. l. ſi duo. Dicit gl. † cer
tè hic dolus œconomi vẽdentis præpõderat dolo
emptoris. Et vide gl. intellige ꝙ præpõderat dolo
emptoris p̄ſumptꝰ. ex eo quod cõtra legẽ contra-
hit: vt l. quẽadmodũ. de agri. & cenſ. lib. xj. & in
c. q cõtra iura. extra, de reg. iur. lib. vj. Sed in veri-
tate, iſte emptor erat in bona fide. ſ. ſciens ſe nullã
actionẽ habere cõtra eccleſiã, ſed cõtra œconomũ.
Ita tenet gl. in corpore vnde ſumit̃ iſta aut̃. & idẽ
tenet gl. in c. ad audiẽtiã. extra, de reb. eccl. nõ alie.

a ¶ Probabit. Et ad hoc vide Bart. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pe.

b ¶ In l. ſi pupillorũ. Adde gl. & Bar. in l. à diuo pio. §. in executione. ff. de re iudic.

P. P A V. P.

c ¶ Circa fi. Cautela ad faciẽdum ꝙ creditor nõ habeat neceſſe probare verſum in vtilitatem eccleſiæ, vide per Cepol. ccxxxvj. Et in qbus caſibus requirat̃ hæc probatio, vide Ro. conſi. cccclxvj.

P. P A V. P.

d ¶ Multo magis. Non procedit vbi eſt diuerſa ratio, vide Ro. conſil. cccc-xxx. in fine.

P. P A V. P.

e ¶ Quibuſcunque. Circa iſtã materiã ꝙ iſtę formę & ſolennitates requiſitæ in locationibus rerũ eccleſię de cõſuetudine non ſeruantur Spe. in ti. de locato §. nunc aliqua. in ver. vj. Alc. conſil. lxxix. incip. circa primũ de quo quærimus. in ix. colum. & eſt de mẽte Bar. & Fulg. in aut̃. qui rem. j. eo. Ang. in aut̃. de nõ alie. in §. ſcire autem. Vide an talis cõſuetudo valeat apoſtillã factam ſ. in aut̃. hoc ius porrectum. in prin. Item de veritate eius quod hic no. an poſsit prælatus ſuis conſanguineis infeudare vel dare in emphyteuſim, vide latè Iaſo. in cap. j. qui feu. da. poſ. in v. & vj. col. in v. fal. Vide do. Fran. in tra. feud. in ij. parte q. vij. Barb. conſi. xvij. in iij. parte & in c. vt ſuper. de reb. eccl. nõ alienã. vbi Abb. tenuit contrariũ. Et idem Abb. conſil. iiij. colum. penul.

f ¶ Et pręlatis. Et facit an prælati poſſint infeudare agnatis, gl. fin. ſecũdũm Bal. ĩ c. j. ſi de inueſti. lis oriatur inter do. & vaſal. dicit, ꝙ de iure nõ poteſt: licet de conſuetudine ſic, quæ pręualet. Sed Bald. ibi dicit, ꝙ etiã de iure poſſunt, qñ agnati ſunt idonei: ſicut quãdo prælati ſunt executores pauperum, poſſunt bona diſtribuere conſanguineis, ſi ſint pauperes: aliàs ſecus, iuxta gl. in l. illud. j. eo. tit. Adde quod no. Bart. in l. cũ quidam. de leg. ij. vide Fed. in conſi. & latè per do. Abb. in c. vt ſup. de re. eccl. nõ ali. qui tenet cõtra opi. legiſtarum. Et ꝙ indiſtictè prælatus poſsit cõtrahere cum conſanguineo. ſecꝰ in œconomo, & hic Bart. vide etiam Petr. de Ancha. in cle. j. de exceſ. præla. adde an prælatus poſsit dare cõſanguineis rẽ paruã in emphyteuſim, ſi primò iurauit non alienare inconſulto ſummo Põtifice, vide Fed. cõſi. ccx. Et an poſſit cõſtituere vſum fructum ad vitam conſanguineo: vide per eundem in cõſil. lij. & clxxxv.

POMATES.

g ¶ Conſanguineis ſuis. vide Pañ. conſil. xlj. in ij. & iij. col. volu. j. & Fede. de Se. cõſi. lij. & aliqua ꝑ Prępo. Alc. in c. decẽter. lxxxix. di. & Fel. in c. ad audiẽtiam. colũ. j. & ſeq. de reſcript. & vide Bar. cõſil. xliiij. col. iij. volu. ij. & Imol. in cõſi. lxix. & Pañ. in ca. vt ſuper & ibi Bart. col. pe. & ſeq. de re. eccle. non ali. & Ale. hic in apoſtil. & Paul. de Ca. ccxcv. & do. Cardi. Alexã. in c. j. in vj. col. ad fin. & ſequẽ. qui feud. dare poſ. in prin.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. P. AV. P.

a ¶Si prælatus. De hoc, quomodo eccleſia teneatur emẽti ab œconomo, & an debeat pretium reſtituere, vide q̃ ſcripſi ſ. in l. iubemus. §. ſanè. in verſicu. ad primum opponitur ad Bart.

b ¶Fieri pluries. Vide per Cano. in ca. nulli. & in c. ad audientiam. de reb. eccle. non alie.

c ¶Si quas. Vide hic per Bal. de materia renouationis, & aliqua per Cano. in c. j. de preca. & inquã tum Bal. hic quærit, quid importãt hęc verba: cõcedo tibi in tertiã generationem. cũ opin. Bald. tranſit Pe. de Ancha. in cle. j. de pœ.

a ¶Quæro quid ſi prælatus[a] vel cõcedẽs non habet
aliqd, q̃a erat vnus de monachis: vtrũ iſte emptor
2 poſsit regredi cõtra eccleſiã †Gl. dicit ꝙ ſic, ſi ec-
cleſia eſt locupletior. Et vide gl. no. valde. & eã te
nẽt Canoniſtę in d. c. ad audiẽtiã. ꝙ intellige verũ
qñ cõtrahẽs erat bonę fidei in veritate: aliàs non
haberet regreſſum cõtra eccleſiã, nec cõtra œcono
mũ, vt ego ſ. dixi: & ſecundum hoc vidi fieri plu-
b ries.[b] cũ qdã hoĩes ꝑmutaſſent cũ quadam ecclia,
nõ ſeruata forma iuris: & eccleſia poſtea vendica
ret ea quę alienauit. Dixi ꝙ debebat reſtituere: &
ipſa idem: qđ accipit, ſi haberet: et ſic eſt locuple-
tior. ꝑ hãc gl. quã tene mẽti. ¶ Vltimò eſſet vidẽ
dũ, quo modo procedũt cõtract⁹ emphyteutici, q
quotidie fiunt ab eccleſijs: cũ hic oĩno prohibeã-
tur. Dicam in auť. qui rem. j. eo. incontinenti &c.

c Si quas. [c] Hic incipit Imperator ponere auť. ꝑmiſſorias.
& ſic cadit ſuper tertia parte legis, &
ſunt difficiles auth. iſtę. & legã ſimul
hãc auť. & auť. ꝑpetua. q̃a ſibi inuicẽ cõtradicunt.
Diuidiť in partes duas. Primò loquiť qñ ille, q re
cipit domum ruinoſam in emphyteuſim, ſtatim
vult ſoluere pẽſionẽ. Secũdò qñ prius vult reædi
ficare, & poſtea ſoluere. Secũda ibi: aut pri⁹ eorũ.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Diſpoſitio §. emphyteuſim in authenti. de nõ
alie. ꝙ corrigatur per hanc auť.
2 Verbum perpetua, ꝙ intelligatur donec penſio
ſoluatur.
3 Emphyteuta nunquam præſcribit contra domi-
num directum.
4 Res eccleſiæ quando concedantur in emphyteu-
ſim, cum diminutione penſionis: & vſq; ad ſextã
partem. & nume. 5.
6 Res eccleſię Conſtantinopolitanę ꝙ propinquis
ciuitatibus non poſsint alienari.

d Perpetua. [d] Iſta auť. diuidiť in tres partes. Pri-
mò loquiť qñ res eſt talis, qualis erat
qñ ꝑuenit ad eccleſiã, & eſt fructifera.
Secđò loquiť, qñ reditus rei ſunt diminuti ob cla-
dẽ. Tertiò loquiť qñ res eſt cara & modicũ fructi-
fera: vt turris. Secũda ibi: at ſi ob cladẽ. Tertia ibi:
ꝙ ſi res. ¶ Oppo. diciť hic, ꝙ dať in emphyteuſim
e ꝑpetuã[e] Cõtra in auť. de nõ alie. §. emphyteuſim.
vbi non permittit emphyteuſim. niſi in tres perſo
nas. ſ. accipientem filios ſuos. & ſuos nepotes. Hu
ius timore ſunt hic opi. Veritas eſt ꝙ ille §. em-
1 phyteuſim. †corrigitur per iſtã auť. quę eſt de alie
& emphy. vnde ſumitur iſta. & ſic hodie permit-
tiť emphyteuſis ꝑpetua, ſecundũ formã huius au
2 thenticæ. & debet intelligi †perpetua: hoc eſt, do
nec pẽſio ſoluať. Inſti. eo. §. adeo. & j. eo. auť. qui
rẽ ¶ Sed ad hoc opp. quia ſecũdũ hoc ius eccleſiæ
minueť. nã poſsidẽdo xxx. annis p̃ſcribitur domi
nio eccleſiæ: vt j. eo. auť. quas actiões. & ideo qdã
dicũt, ꝙ omni tpe xxx. annorũ eccleſia trahat rẽ
ab emphyteuta ne ille dicat ſe ſcripſiſſe. Tu dic ꝙ
3 †emphyteuta nunquã p̃ſcribit cõtra eũ, quẽ reco
gnoſcit in dñm directò: vt l. malè agiť. de præſcri.
xxx. annorũ. ¶ Secũdò opp. & iſtud contrariũ eſt
multũ difficile. Diciť in auť. ſi quas ꝙ qñ res ruino
ſa cõcediť in emphyteuſim, fit diminutio merce-
dis. ſed in auť. perpetua. ver. qd ſi ob cladẽ. diciť cõ
trariũ, ꝙ nulla debet fieri diminutio. Huius con-
trarij timore ſunt in gl. opi. Vna eſt, ꝙ auť. perpe-
tua. determineť per auť. ſi quas. vt qđ ibi diciť, ꝙ
det vere pẽſionẽ: determineť ſecũdum dictũ huius
auť. aut ſoluere vult ante, aut poſt. Nã iſta auť. in
corpore, eſt poſt illã: licet ĩ C. ſit poſita prior. Alij
dicũt ꝙ in iſta opi. erat Mar. Syl. ꝙ hic loquitur in
domib⁹ ruinoſis. auť. ꝑpetua. loqtur ĩ nõ ruinoſis,
ſed q̃ patiũtur aliã cladẽ, vel aliũ defectũ: vt quia
ſunt aliquę dom⁹ pulcherrimæ: in qb⁹ null⁹ vult
habitare: q̃a diciť ꝙ ꝑ domũ vadũt ſpũs de nocte,
vel diciť infortunata. Iſta opi. do. Mar. ſatis appro
pinquat veritati. Gl. tñ alibi dicit melius, & latius
quàm in aliqua parte iſtarũ auť. in auť. de nõ alie.
§, q̃a verò Leonis. in l. j. vbi gl. diſtinguit plenifsi

P. P. AV. P.

d ¶Perpetua. Vide Alex. conſi. lxxix. in iiij. & v. col. ad fi. vbi dicit ꝙ ſolennitas huius auť. non ſeruatur conſuetudine.

e ¶Perpetuã. Quia Bar. alle. cõtrarius: vide quod dixi l. iuriſiurandi. §. liber. ff. de ope. lib.

POMATES.

¶Pro horũ iurium declaratione, vide Ale. cõſil. ix. vol. ij. col. ij. & cum §. ſeq. & Pan. cõſi. lxxiiij. in ij. dubio. vol. j. & vide quæ poſui ad glo. in l. etiã. ff. ſol. mat. & Sozi. cõſil. cclxvj. col. xiij. vbi declarat.

4 mẽ. Tu †tamẽ quantũ pertinet ad intellectũ iſtarũ
auť. aduerte: qñq; eccleſia habet p̃dia, vel domos
ruinoſas: & tũc loqtur auť. ſi quas. qñq; habet prę
dia, vel domos nõ ruinoſas: & tũc qñq; vult in em
phyteuſim cõcedere ꝓpter debitũ imminẽs: tunc
debet cõcedere ꝓ tãta mercede, quãta reperitur ſa
cta ſubhaſtatiõe, ſecũdũ formã auť. hoc ius porre-
ctum. ¶ Qñq; vult cõcedere in emphyteuſim ꝑpe
tuam ꝓpter aliquã vtilitatẽ eccleſiæ: & tunc ſi res
eſt in eodẽ ſtatu, in quo erat qñ ꝑuenit ad eccleſiã
vel modicũ plus, vel modicũ minus excreuit quo
ad fructus: põt cõcedi in emphyteuſim facta dimi
f nutione ſextę partis pẽſionis, [f] ad plus vt hac auť.
perpetua. in prin. ſeruata ſolennitate q̃ hic habeť.
qđ intellige ſecũdũ auť. q rẽ. j. e. ĩ ſi. & hic in prin.
Ratio quare fit iſta diminutio: eſt: q̃a qñ res cõce-
ditur colono ſimpliciter, ſit diminutio ꝓpter ſte-
rilitatẽ: vt j. locat. l. licet. ff. eo. l. ſi vno. §. j. emphy
teutæ verò nulla fit diminutio: vt j. de iure em-
phyt. l. j. & ideo fit illa diminutio ꝓpter caſum ſte
rilitatis, q poſſet occurrere. ¶ Qñque res nõ eſt in
eodẽ ſtatu, in quo erat qñ ꝑuenit ad eccleſiã: ſed
eſt diminutiua, vel reditus diminuti ob aliquã cla
dem: vel ꝓpter peſtẽ aeris, vel ꝓpter aliũ caſum:
tũc põt cõcedi in emphyteuſim pro extãte pẽſio-
ne, cõſiderato tẽpore, quo cõcediť abſq; alia dimi
nutione. Ita loqtur iſta pars ſecũdà huius auť. per
petua. Ratio, q̃a cũ fructus ſint modo diminuti ob
aliquẽ peſtẽ: & eſt ſpes ꝙ redeãt ad priſtinũ ſtatũ:
ideo amplius diminui nõ debent. ¶ Qñq; eccleſia
habet rem p̃tioſam modici pretij: tũc loqtur finis
huius auť. ꝑpetua. Modo habetis intellectũ huius
materiæ. ¶ Opp. diciť hic, perpetua qñq; &c. Con
tra, iſta auť. ſumiť in corpore de nõ alie. ſed ibi nõ
permittitur alienatio perpetua. ergo &c. Sol. Di-
cas, ꝙ iſtud nomẽ eſt additũ ex auť. de alie. & em-
phyt. ¶ Secũdò opp. ꝙ hoc ſit cõtra vtilitatẽ eccle
ſiæ euidẽter: q̃a fit diminutio mercedis in ſextam
partẽ. Sol. dicit gl. bene & rectè intelligẽdo. Ego
fateor, ꝙ pręlatus põt concedere in emphyteuſim
pro maiori pẽſione ſi reperiret accipiẽtem: tamen
5 permittitur ꝙ fiat †diminutio ſextæ partis: aliter
nõ inueniretur. Et hoc fit ꝓpter ſterilitatẽ, pro-
pter quã de cætero poterit fieri, vt ſ. dixi. Ita ſen-
tit gl. & bene. ¶ Opp. in auť. de alie. & emphy. §. j.
6 Sol. Ibi ſpeciale †eſt in rebus eccleſiæ Cõſtãtino-
politanæ propinquis ciuitati, quę nõ poſſunt da-
ri aliquo modo. ¶ Opp. ad fi. huius auť. de alie. &
emphyt. §. ſanctiſsimas. Sol. Speciale eſt in rebus
eccleſiæ Hieroſolimitanæ, de qua diciť ibi. Modò
circa iſtas auth. eſt videre quomodo eccleſię cõce-
dunt tota die ſub penſione vnius denarij: nec ſer-
uant ſolennitates, de quibus hic dicitur. ſtatim
dicam in authen. qui rem. vbi glo. tangit.

g Item ſibi. [g] Iſta eſt alia authẽ. quæ permittit rem
eccleſiæ alienare, ſeu permutare, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Eccleſia pro re tributaria, quæ ad eam perue-
nit, tenetur ad tributum.

Item prædiũ. Opp. & videť ꝙ
eccleſia nõ ſuſtineat onus fiſcale: vt in
auť. itẽ nulla cõitas. j. ti. j. Sol. glo. q̃ eſt
1 ſ. eo. auť. ſicut alienatio dicit †ꝙ hoc intelligiť qñ
res erat obligata pro oneribus prętenitis, antequã
eſſet eccleſiæ. Tu dic tributa realia ſubire eccleſiã,
ſecundum ea quæ dixi in l. placet. ſ. eo. &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Emphyteuta eccleſię ceſſans in ſolutiõe canonis biẽnio, priuati verò triẽnio, cadit à iure ſuo: &
non tamen ipſo iure, ſed ſi dominus vult. nu. 3.
2 Colonus priuati ob non ſolutionem, quando ca-
dat à iure.
4 Contractus emphyteutici ab eccleſia celebrati for
ma non ſeruata, quando valeant.
5 Si debet ſoluere vnum denarium pro penſione rei
emphyteuticæ, ſi non ſoluit, cadit à iure ſuo.
6 Res eccleſiæ ſolita concedi vno pretio, ſi conceda
tur pro minori, ꝙ conceſsio non valet.

Res eccleſiæ

POMATES.

f ¶Sextę partis penſionis. Vide Alex. cõſil. lxxix. col. iiij. in v. dub. vol. j. vbi limitat hoc non habere locum in feudo eccleſiæ: & ibi etiam ad fi. dicit ꝙ diſpoſitio huius authen. non ſeruatur de conſuetudine.

P. P. AV. P.

g ¶Item ſibi. Vide Barba. in c. j. extra, de rerum permuta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Qui rem. Et adde ꝙ quatuor ſunt caſus, in qbus permittitur alienatio
rei eccleſiaſticę, q no.xij.q.ij.in ſum.& ſi in inſtrumēto vēditionis, quā fa
cit eccleſia, cōtinētur p̃cedētibus legitimis tractatibꝰ &c. vide Bar.in auẽ.
ſi qs in aliquo. Sed pone ꝙ res eccleſiaſtica incidat in eccleſiaſticū, vel mo
naſterium, & ipſam retinuit ꝑ annū: an dicaẽ incorporari eccleſię adeò ꝙ
non poſsit in em-
phyteuſim dari vel
alienari, ſine hac ſo
lennitate. Ang. ve
rò in l.ſi vacātia.in
iiij.col.dicit, ꝙ po-
terit dari in emphy
teuſim, ſine ſolen-
nitate niſi prius fue
rit incorporata per
officiales ad hoc de
putatos. ſequitur
Rich.ibi per illam
l.licet Archi.tenue
rit cōtrariū in c.ni-
ſi.de re.ecc.non ali.
adde qđ not. Pau.
de Elia.in cle.j. de
hære.in gloſſ.alios
adde, an tractatus
prẹſumatur prẹceſ
ſiſſe in alienatione
rei eccleſiaſticẹ: vi-
de Bald.conſi. ccc-
xcix.lib.iij.

❧ P. P A V. P.
a ¶Qui rem. An au-
tem ſolutio facta
per tertiū excuſet
emphyteutā, quo
minus cadat, vide
Ro.ſin.lviij. inci. ſi
emphy. Itē an em-
phyteuta eccleſiæ
finita gn̄atiōe ꝑdat
melioramēta vide
Pau.de Caſt.conſi.
cxxxix.in iiij.vol.
vbi per totū multa
ſimilia ponit in ma
teria melioramen-
torum. Vide etiam
Bal.in c.j.§. ſi quis
de māſo.col.iiij. de
controuer. inueſt.
Et illud quod dici-
tur hic de emphy-
teuta eccleſię ꝙ ha
beat beneficiū, limi
ta ſing. niſi eccleſia
citaſſet emphyteu
tam vt veniret ad
ſoluēdum quia tūc
ſufficit lapſus ſex
mēſium, ſecundum
Ange.in addi.ad Bar.in l.locorum.C.de omni agro deſer.lib.xj. Itē dum
dicitur hic ꝙ ſi emphyteuta deteriorauit, priuetur: quid ſi ex alio latere
meliorauit? Vide Moder.hic, in ij.char. Vide etiam Barba.conſil.xxxvj.
col.viij.in ij.vol. Adde ad ea quæ adducunt hic Moder.tex.in l.ſi negotia.
in fi.& quod ibi dicit Bar.ff.de nego.geſt. Et contra dictum Ange.in d.l.
locorum.vide Barba.in c.potuit.in j.col.extra locati.

7 Res eccleſiæ ſi cōcedatur in perpetuum, vel vſque
in tertiam generationem maſculinam, & fœmini
nam, ꝙ conceſsio non valeat.
8 Conſuetudo & præſcriptio. ꝙ non extendatur
vltra id quod agitur.
9 Res eccleſiæ quæ dicantur de menſa remiſsiuè.

a QVi rem. [a] Iſta auẽ.eſt, vlti.ſeu
pe.tranſpoſita in hac
.quę determinat vnū dubiū circa prę
miſſa in alijs auẽ. Cōtra hanc auẽ. opp.
de iure emphy.l.ij.vbi habet triēniū. Dicit gl. di-
1 ſtinguę tres caſus. † aut eſt emphyteuta eccleſię, &
habet biēniū, vt hic. Aut eſt priuati, & habet triē-
2 niū vt ibi. Aut eſt ſimplex † colonus priuati. & ha
bet biēniū vt l.q̃ro.§.inter locatore.ff.lo. Vnde
vltimū eſt verū, qñ eſt actū vt non poſsit expelli:
vt d.l.q̃ro.§.inter loca. Aut eſt ſimplex cōductor:
& ſtatim cū nō ſoluit pēſionē, pōt expelli: vt l.iij.
C.lo. ¶ Opp. eccleſia nō debet locupletari cū alie-
na iactura: vt l.nā hoc natura.ff.de cōd.inde.dicit
gl. hoc cōtingit ꝓpter delictū partis. & bene dixi
in auẽ. q res iā dictas.s.e. ¶ Quero qñ qs nō ſoluit
3 pēſionē, vtrū cadat à iure ſuo ipo iure. † Certè hic
b eſt tex. ꝙ nō ſed ita demū, ſi vult dñs. [b] & vide tex.
ibi repelli pt. & qđ no.i l.j.i fi.cū l.ſe.ſi ager vecti.
vel emphy.petaẽ. ¶ Querit gl. pone ꝙ aliqs acce-
pit ab eccleſia in emphyteuſim rē valētẽ quinqua
ginta ꝓ pēſione vnius denarij pro quolibet anno
q̃ro ſi nō ſoluit vnū denariū ꝑ bienniū, an cadat à
iure ſuo. gl. alle. ꝓ & cōtra: & nō determinat ali-
quid. ¶ Antequā determinē iſtā quęſtionē, primò
expedit videre qūo valeāt iſti cōtractꝰ emphyteu
4 tici, qui † celebrātur ab eccleſijs, nō ſeruata forma
iſtarū auẽ. Ad qđ rñdeo breuiter, ꝙ auẽ. iſtę loquā
tur qñ qs vellet in emphyteuſim dare vel in feudū
res q̃ ſunt de mēſa eccleſię ſeu monaſterij, nō con
ſuetas dari in emphyteuſim, vel in feudū. Si verò
ſunt res cōſuetę dari in emphyteuſim vel in feu-
dū, tunc ceſſat forma iſtarū auẽ. ſeu iſtorū iuriū. &
pōt liberè cōcedi in feudū, ſeu emphyteuſim.tex.
eſt extra, de feu.c.j.& x.col.epiſc.vel abb.c.j.ha-
bes ergo ꝙ iſti cōtractus valēt quia res nō ſunt de
mēſa: & ſic ad illas res prohibitio ſe nō extendit.
5 ¶ † Nūc ad q̃ſtionē gl. dico ꝙ ſi qs omiſerit ſoluere
illā modi.pēſionē ꝑ biēniū, cadit à iure ſuo. Et ita
tenēt oēs doc. nā iſta auẽ. loqtur in oībus caſibꝰ in
qbus emphyteuſis eſt ꝓmiſſa. ¶ Quero iuxta prę
dicta, qd ſi eccleſia cōſueuerat illā rē nō dare ꝓ mi
c nori pēſione: & tūc dat ꝓ minori: an valeat. [c] Vi-
detur ꝙ cōtractꝰ valeat ſed & eccleſia poſſet reſti-
6 tui: extra, de reſti.in inte.c.j. Cōtrariū † videẽ: qa
ſecūdū hoc annui reditus alienātur. & minuūtur.
qđ nō pōt fieri vt ſ.co.l.iubemus.in prin.& iſtud

b ❧ P. P A V. P. ¶ Si vult dominus. Et ſic procedit etiam hoc in ec-
cleſia. Idem Sali.in l.fin.C.de iure emphy. Imo.in c.fi.in xxxij.col.extra,
de præſcrip. Alex.conſi.dlxxxix.inci.viſis themate. Imò plus Bald.in l.
fin.C.de reuo.dona.dixit ꝙ vbicunque lex dicit ipſo iure reuerti ad do-
minū, intelligitur ſemper ſi dominus voluerit, & petierit. Sequitur Alc.
conſil.cccxiij.incipien.viſo themate.in vlti.col. vide ad Bar.in l.fi.C.de
iure emphy.
c ¶ An valeat. vtrum autem ſi ipſa eccleſia non ſoluat canonem cadat à iu-
re ſuo, gl. hic ꝙ ſic.& Bal.in l.placet.s.co.
d ❧ P O M A T E S. ¶ Dari in emphy. Vide Alex.conſil.ix.in iij.vol.&
vnū verbū Alex.in cōſi.j.in j.col.in iiij.vol.& cōſi.v.col.iiij.in fi.vol.v.&
Fel.in c.auditis.col.vij.& maximè in ſeq.verſi.conſuetudo.de præſcri. &
Adde Anna.conſi.lxxxiiij.& vide pro confirmatione tex.in c.poſſeſsio-
nes.& ibi Barb.in ij.nota.de rebus eccl.non alie.& Barba.in c.cum ſuper.
col.vij.de offic.deleg.& Alex.conſi.xxxviij.col.ij.vol.ij.vbi conſuluit in
pulchro caſu: & ibi innuit ꝙ valeret ſaltem vſque ad tertiam generatio-
nem.& do.Præpo.in tit.qui feu.da.poſ.in prin.col.pen.in fin.vide etiam
do.Alex.conſi.clxxxviij.vol.ij.col.penul.
d ❧ P. P A V. P. ¶ In emphyteuſim. Vide Alc.cōſi.lvj.in antepe.col.

ego puto verū, ſalua meliori deliberatiōe. Nō ob-
ſtat.c.j.de reſti.in integr. qa ibi loqtur de locatiōe
ad tēpus modicum. vel ſi intelligas in locatione ad
tempus magnū: intelligas ꝙ fecit in caſu licito: ta
mē fuit decepta eccleſia. Dixi vobis modo in auẽ.
ꝑpetua. ꝙ res pōt in emphyteuſim cōcedi facta di
minutiōe ſextę partis. tñ ſi inueniret eū, qui daret
plꝰ, nō deberet facere illā diminutionē. Pone er-
go, ꝙ cōceſsit in emphyteuſim facta diminutione
ſextę partis: cū potuiſſet ſine diminutiōe, ſi bene
perquiſiuiſſet: certè poterit petere reſtitutionē.d.
c.j. ¶ Quero, qd ſi res eſt cōſueta dari in emphyteu
d ſim [d] vſq; ad tertiā gn̄ationē [e] maſculinā: & eccleſia
e dat vſq; ad tertiā † generatione maſculinā & fœmi
7 ninā: vel qd ſi cōſueuit dare in emphyteuſim tēpo
ralē, & cōceſsit in ꝑpetuū: an cōtractꝰ iſte valeat?
dubito: tñ prima facie videẽ ꝙ ipſo iure nō teneat.
f Pro hoc videẽ caſus [f] x.col.de l.Corradi.c.j.§.pen.
Hoc ꝓbo ꝑ rationē emphyteuſis ꝑpetua nō per-
mittiẽ niſi ſeruata auth. iſtarū forma fallit propter
8 cōſuetudinē. ſed in iſtis non eſt conſuetudo. † ergo
&c. Nam conſuetudo & præſcriptio nō extendit
g ſe vltra id qđ agitur [g] vt ff.de iti.actuꝗ pri.l.j.§.iij.
ſed hic eſt conſuetudo vt certo modo detur: ergo
9 alio modo dari nō pōt. ¶ † Quero, quę res dicatur
de menſa, & quę non. Dic vt extra, de rebus eccl.
nō alie.c.vt ſuper.per Inn. Prędicta, quę dixi, in-
telligas ſalua meliori deliberatione. fortè dicam j.
de iur.emphyt.l.j. Hoc ideo dico, quia iſta dubia
non tangunt doct.in aliqua parte.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Facta tempore tyranni, vero domino ſuperue
niente caſſantur.

DEcernimus. Iſtā legē ha
buiſtis in l.
omni innouatiōe, s.e. ceſſatis oībus fa-
h ctis tēpore tyrānidis [h] priuilegia eccle
ſiarū in omni ſuo robore perſeuerent. h.d. ¶ Nota
1 de verbo, funditus. ¶ † Nota ꝙ omnia facta tem-
pore tyrannidis ſuperueniente iuſto domino de-
bent caſſari, & irritari. quod not. Sed Deus ſcit,
quando ſuperuenit iuſtus dominus, &c.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Acta dicuntur, quæ fiunt coram iudice.
2 Lex & ſtatutū, qñ extēdaẽ ad caſus ſimiles. & nu.3.
4 Donatio facta eccleſiæ vltra quingentos aureos, ꝙ
valeat ſine inſinuatione. & nu.5.
6 Donatio facta pauperibus, ꝙ requirat pręſentiam
alicuius ſtipulantis nomine ipſorum, vel eorum.

ILlud quod. Eccleſię & ci-
uitati pt dona
ri vſq; ad quīgētos aureos ſine inſinua
i tiōe. [i] h.d. ¶ Nota gl. ſuꝑ verbo, actorū

e ¶ Generationem.
Bene facit. l.ſi quis
aliā.ff.de ſol. Bald.
tenet cōtra. in auẽ.
ſi quas ruinas, & ibi
dixi s.eod. pro qua
eſt text.in §.neq;.
in auẽ. de non alie.
Et ibi etiam vide
Bald. quid impor-
tet, & qualiter ſu-
matur tertia gene-
ratio.
f ¶ Videtur caſus.
Et ibi vide Bal. re-
miſsiuè loquētem.
Bal.i l.etiā.i prin.
ff.ſol.mat. videtur
tenere quod Bar.
g ¶ Quod agitur. Et
ꝙ Bart. eſt contra-
rius, vide q̃ dixi in
obligatio naturalis quia debetis ſcire ꝙ in vltimis
voluntatibus quædam eſt forma ſubſtantialis:&
iſta eſt voluntas defuncti:& iſta adeſt in q. propo
ſita:& de illa loquiť ratio facta in cõtrarium,quã-
do ceſſat:ſed hic nõ ceſſat.Quędã eſt forma proba
tionis:vt ꝙ ſint ibi ſeptẽ teſtes,& ſimilia: iſta for
ma licet ceſſet,non ceſſat obligatio naturalis: ſed
ceſſat probatio.quãtũ eſt ad obligationẽ ciuilẽ.&
propterea dico ꝙ vbicunq; teſtamẽtũ cẽſetur nõ
ſolenne,propter voluntatẽ defuncti:vt quia pu-
pillus vel furioſus:tũc nõ oritur obligatio natura
lis,nec ciuilis:quia ceſſat forma ſubſtantialis. nec
de iure gentium hoc æquũ eſt quod debeatur: vt
j.de teſta.mili.l.ſi.vbi miles pupillus nõ põt teſta
ri:licet ei ſit remiſſa omnis iuris ciuilis ſolẽnitas:
vt ſit in ſtatu iuris gentiũ repoſitus. Idem dico,ſi
teſtamentũ deficit ex cauſa præteritionis filij,quã
teſtator ignorabat:quia tũc præſumitur ꝙ deficit
a voluntas[a] teſtatoris:vt l.ſicut certi.& l.ſi cũ vel in
12 vtero,j.de teſt.mili. Et ex hoc etiam † apparet,ꝙ
illud quod reſecatur per Falcidiam & Trebelliani
b cã:vt s.dixi,debetur naturaliter:[b] quia de iure gẽ
tiũ remanet debitũ.& ſic apparet ꝙ glo.noſtra eſt
13 bene ſuſtentata.¶Tertiũ exemplum ponit†glo.
ff.de cõdict.indebiti.l.j.in vero debitore abſolu-
to per ſententiã:tunc enim ciuilis tollitur,& na-
turalis remanet:vt l. Iulianus.in prin.de cõdi.in-
debiti. Ita dicit gl.Petr.contra,imò tunc remanet
vtroque iure debitum:nam contra actorem ob-
ſtat exceptio rei iudicatæ:ſed exceptio præſuppo

nit actionem:vt in toto ti.ff.de exceptio.rei iudic.l.ij.de except. ergo re-
manet ciuilis obligatio:quia naturalis ſola nõ eſt ſufficiẽs ad producendã
actionẽ:vt l.naturalis.ff.de actio. & oblig. & l.fideiuſſor. §. fideiuſſor.ff.
de fideiuſſori.& l.iuris gentium,§.quinimo.ff.de pactis.Præterea, actus
agentium nõ operantur vltra intẽtionẽ eorũ:vt l.non omnis.ff. ſi cer.pe.
& l.ſi.j.ne filius pro patre.ſed iudex abſoluens non intendit aliquem li-
berare,ſed oſtendere liberatum eſſe:ergo non inducitur obligatio. Non
ſunt plures ſuæ rationes. ¶ Contrarium puto.text.videtur expreſſus in
d.l. Iulianus.in prin.Præterea,ſicut ſententia condẽnatoria inducit obli
gationẽ,ex qua oritur actio:vt l.iij.§.idem ſcribit.ff.de pecu.eadem ratio
ne abſolutoria debet tollere ciuilem obligationem.Pet.nititur reſponde
re ad iſtam rationem:de qua reſpõſione non curo. Ad rationes Pet. reſpõ
14 deo ſic,primò cõtra eum,ex dictis eius ipſe tenet †quod exceptio rei iudi
catæ ſit exceptio facti,& intẽtionis,nõ iuris:vt no.per eum in l.exceptio-
nes.j.de excep.Sed poſito ꝙ ſit exceptio iuris ſecundũ quod eſt verũ:non
ſequitur:ergo ciuilis obligatio remanet. Ad probationẽ cũ dicit, natura-
lis ſola nõ eſt ſufficiens ad producendum actionẽ.concedo iſtam. Sed hoc
15 †eſt verum in naturali,quæ nunquã habuit ſecum ciuilem: ſed ea quę ab
initio habuit ciuilem,& ſic produxit actionem:adhuc poteſt eam conſer
uare ſublata ciuili:vt s.in ſimili not.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de
pactis.& probatur in exẽplo de muliere & viro.Mulier enim quæ nun-
quam fuit nupta viro,nõ põt parere filiũ:ſed nupta põt parere & conſer-
uare etiã viro extincto.Ita in propoſito,obligatio ciuilis habet ſe ad obli
gationem naturalẽ vt cauſa agẽs:obligatio naturalis habet ſe ad ciuilem
vt patiens,ſeu materia ex qua ius ciuile producit actionem. Vnde ſubla-
ta ciuili quę producit actionem,põt obligatio naturalis remanere.¶Non
obſtat qñ ipſe dicit,ꝙ actus gentiũ non operãtur vltra intentionẽ agen-
tis.concedo iſtam.& cum ſubdit,iudex non intendit eum abſoluere. iſtã
nego.imò intendit eum abſoluere,& imponere finem liti, & facere quòd
huic ius ciuile amplius non obſtet: quinimo ſi iudex hoc non exprimat,
intelligitur.Caſus eſt ff.de arbit.l.quid tamen.§.j.&c.¶His ergo viſis de
16 bes ſcire†ꝙ iudex quandoq; abſoluit reũ,quia actor non probauit:& tũc
fateor ꝙ tollitur ciuilis,& remanet naturalis. Ita loquitur l. Iulianus.in
prin.Quandoq; iudex abſoluit reũ,quia nullo modo debitũ:& tũc idem
quia naturalis nõ tolliť:quia iudex nõ põt eã tollere:vt Inſti.de iure nat.
§.ſed naturalia.quia tñ res iudicata inter partes habeť pro veritate. l. res
iudicata.& ibi no.ff.de re.iu. Iſtam naturalem obligationẽ pars cõtra reũ
nõ poterit allegare de cætero. Idẽ ſi iudex abſoluiſſet tanquã debitũ,non
eſſet cõtractum.arg.l.ſi.ff.de iureiu.l.ſi duo.§.ſi qui iurauerit. eo. tit.Sed
ſi iudex abſoluiſſet tanquã indebitũ:nec adieciſſet nullo modo debitum:
tunc intelligitur quaſi non debitũ:ſcilicet ciuiliter.ſufficit enim ꝙ actio-
nẽ excludat.arg.d.l. Iulianus.in prin.de cõdi.inde.Et hoc videtur ſentire
do. Ia.But.Remanet ergo ꝙ vera eſt gl. noſtra. ¶Sunt alia exẽpla de de-
bito naturaliter tantũ,quæ ſunt indubitata:vt ſi quis promiſit pacto nu-
do:vt l.iuris gẽtium.§.quinimo.de pact.l.in his.§.Imperator.de ſol. Itẽ
in pupillo ſecũdũ ea quę plenè no.in l.j.ff.de noua.& de reg.iur.l.pupil-
17 lum.¶His præmiſsis,pro declaratiõe noſtræ materiæ, quæro†vtrũ iſtud
indebitũ ciuiliter, & naturaliter tantũ debitũ,ſi ſoluitur per errorem,an
poſsit repeti. In hoc reperio tres opi. Vna fuit gl.noſtrarũ, vt diſtingua-
mus,an ſoluatur per errorẽ iuris: & nõ poſsit repeti.an per errorem facti:
& poſsit repeti.Caſus eſt hic, & j.ad l.Falc.l.error.ff.de cõdi.inde.l. fidei
commiſſum.& j.eo.ti.de cõdi.inde.l.fideicõmiſſum. ꝗ leges propriè hoc
probãt in teſtamẽto nõ ſolẽni,vel in eo quod reſecať per Falcidiam.alle.
etiã gl.ff.ad Mace.l.ſi.ſed illa lex nõ propriè facit:ſed facit in arg. loquiť
enim ibi de eo quod eſt omni iure debitũ,ſed ope exceptiõis indebitum.
Fallit,dicit gl.in muliere,& in minore,qui ſoluentes per iuris ignorãtiam
repetũt:vt j.ad Velleia.l.quãuis.§.interdũ,de cõdi.inde.l.interdũ.habes
opi.gl.¶ Pla.fuit in cõtraria opi.ſimpliciter dicẽs,ꝙ tale debitũ quocũq;
errore ſolutũ nõ repetiť.Fallit in minore,vt d.l.interdũ.de cõdi.inde. Iſtã
opi.Pla.tenet Pet.& Ia.de Rau.& probant ſic,cõtra glo.noſtrã. Speciale
eſt in minore,ꝙ ſoluẽdo tale indebitũ repetit,in d.l.interdũ.ergo in con-
trariũ eſt ius cõe.Præterea,cõdictio indebiti eſt inducta ex æquitate na-
turali:vt ff.de cõd.inde.l.nã hoc natura.ſed æquitas naturalis nõ eſt,ꝙ ab
eo,qui habet debitũ naturaliter,illud repetatur.ergo &c.Præterea, debi
tum naturale inducit cõpenſationẽ:ergo etiã cũ quis aget cõdictione in-
debiti ad tale debitũ opponiť cõpenſatio.& in hoc reſidet do.Cy.Gul.de
Cug.idem probat ſic: In pari cauſa melior eſt cõditio poſsidẽtis:vt l.ſi ſer
uum.§.de illo ſequiť.de verb.oblig.Sed poſito ꝙ ſit æquitas naturalis ex
parte repetẽtis:eſt etiã æquitas naturalis ex parte eius,cui eſt ſolutũ inde
bitum:quia ſibi naturaliter debeť:ergo eius conditio eſt potior. Præterea
ego video ꝙ ſolutũ indebitè põt pro alio debito retineri:vt l.ſi non fortẽ.
§.ſi cẽtũ.ff.de cõdi.inde.ergo multò magis pro ſeipſo. Vnde Gul. nõ te-
net opi.gl.noſtrarũ.¶ Itẽ opi.Pla.& Pet.nõ tenet ſimpliciter. & probat
ſic: Ego video,ꝙ per præſcriptionẽ tolliť ciuilis, & remanet naturalis:&
tamen tale debitum ſolutũ per errorẽ repetitur:vt l.ſi quis poſtquam.ff.
de fideiuſſo.ergo dictum Petri ſimpliciter non eſt verum. Ideo diſtinguit
ipſe ſic:Quoddam eſt debitum naturale tantum, quod nunquam habuit
communionem cum ciuili:& iſtud quocunque errore ſolutũ non repeti-
tur,per rationes prædictas s.per Pet.& per eum,contra gl.arg.l.etiam.ff.
de compen.Quoddam eſt debitũ naturaliter,quod ab initio fuit miſtum
cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cũ ciuili. Et hic aduerte: quia qñq; ciuilis obligatio fuit ſublata facto ho-
minis: & tũc idẽ, quia quocunq; errore ſolutũ nõ repetit̃: vt l. Iulianus. in
prin. de cõdi. inde. l. ſi pœnæ cauſa. in prin. eo. ti. quod quiſq; iuris. l. iij. in
fi. quæ leges nõ diſtinguũt. Ratio. ſecũdũ eũ, quia qñq; ciuilis tollit̃ & na
turalis facto hominis potuit eſſe ꝙ fuit ſublata iniuſte: ideo lex voluit ꝙ
quocũq; errore ſolutũ nõ repetat̃. Qñq; illa ciuilis tollit̃ ex legis diſpõne
& tunc diſtinguit̃: aut ſoluit̃ ꝑ errorẽ facti, & repetit̃: vt l. ſi qs poſtquã. ff.
de fideiuſ. aľs nõ repeteret̃: vt l. ſi. rẽ ra. hab. Ratio: qa qñ lex tollit ciuilẽ,
tollit eã ſuadẽte aliqua æquitate, & ideo fuit adhibẽda ꝑdicta diſtinctio.
¶ Iſta verba Gul. nõ placẽt in aliquo mẽbro. Nã in primo mẽbro, dũ di-
cit, ꝙ qñ ab initio fuit naturalis ſola ſine ciuili, quocũq; errore ſolutũ nõ
repetit̃. Dicit cõtra caſum in l. error. j. ad l. Fal. etiã ſecũdũ opi. ſuã. Itẽ ſe-
cũdũ, & tertiũ mẽbrũ, nõ placẽt, ꝙ ciuilis tollat̃ facto hominis: vel hoc ſit
à iudice: vt d. l. Iulianus. & iudex hoc facit authoritate legis. vñ lex ipſa
videt̃ facere: vt l. ſanctio legũ. ff. de pœnis. Et ſic eſt eadẽ rõ, ꝙ qñ tollit̃ ꝑ
legẽ, vel tollit̃ ſola ciuilis per hominẽ, hoc eſt per principẽ, vt d. l. iij. in fi.
quod quiſq; iur. tũc cũ princeps ſit lex animata, eſt eadẽ rõ, quæ eſt in le-
ge. vnde nõ placet. Breuiter tene opin. gl. noſtrę, ꝙ tale indebitũ ſolutũ ꝑ
ignorãtiã facti repeti poſsit. Ita intelligo l. Iulianus, & l. ſi pœnæ. de cõd.
inde. quod quiſq; iur. l. iij. in fi. Quod dixi de errore facti, intelligo proba
bili. Nã ſi ſolueret per errorẽ facti improbabilẽ, eſſet idẽ quod in errore iu
ris: vt l. error. & l. regula. & l. nec ſupina. ff. eo. ¶ Reſpondeamus ad rõnes
eorũ. dicũt ipſi. Speciale eſt in minore: ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune: er
go &c. Reſpõ. ſpeciale eſt in minore hic, ꝙ ſoluẽs per ignorãtiã iuris repe
tit: ſecꝰ eſt in maiore. ¶ Itẽ dicũt, cõdictio indebiti nitit̃ æquitate: ſed nõ
18 eſt æquũ hic ꝙ repetatur &c. † Reſpõ. tit. de cõdi. inde. cõtinet in ſe quan
dam reſtitutiõis cauſam: vt ſicut minor reſtituitur propter ætatẽ: ita errãs
errore facti probabili reſtituatur propter errorẽ ex illo tit. de cõd. inde. &
ſic apparet ꝙ æquitas adeſt: ſcilicet iniuſta cauſa reſtitutionis. ¶ Præter-
ea, dicũt ipſi: poſſet opponi cõpẽſatio: ergo &c. vt l. etiã. ff. de cõpen. Rñ.
19 opponi poteſt cõpenſatio † pro debito naturali cõtra petentem, nõ contra
repetentẽ. Ita videtur velle gl. in l. interdum. de condi. indeb. expreſsius
in l. cùm is. §. j. eo. ti. vbi gl. Ratio: quia cùm iſta cauſa quãdam reſtitutio-
nẽ contineat: ante omnia iſte, qui propter ſuũ errorẽ probabilem eſt ex-
poliatus, debet reſtitui in priſtinũ ſtatũ. quę ratio in petente ceſſat. ¶ Prę
terea, dicunt ipſi, in pari cauſa potior eſt cõditio poſsidentis. concedo: ſed
hic nõ eſt par cauſa. Nam ille, cui debetur naturaliter, habet ęquitatem in
genere ſuo: iſte qui agit condictione indebiti, habet æquitatẽ in ſpecie, vt
20 reſtituatur ante omnia, vt dictũ eſt. ſed † æquitas in ſpecie præfertur ęqui
tati in genere: vt l. j. de vſuſc. & ibi no. per Dy. & not. per eundẽ in regula,
poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. ¶ Præterea, ipſi dicũt, Solutũ indebitè poteſt
propter aliud debitũ retineri: ergo propter ſeipſum: vt l. ſi nõ ſortem. §. ſi
cẽtum. de cõdi. inde. Reſpõdeo, poteſt retineri propter aliud debitum, ſci
licet ciuiliter & naturaliter: licet propter aliud debitũ naturaliter tãtum
nõ: & ſic remanet defenſata gl. noſtra. Habemus de quatuor articulis ex-
peditum primũ articulum. ¶ Videamus de ſecũdò, ſcilicet quod eſt inde
21 bitũ naturaliter † & ciuiliter debitũ. Et primò quæramus exẽpla. Glo. ff.
de cõdi. inde. l. j. ponit multa exẽpla. Inter alia ponit de chirographo, ſeu
literarũ obligatiõe ante bienniũ. Vltramontani cõtra. dicũt enim ꝙ ante
bienniũ non eſt nata ciuilis, neq; naturalis obligatio: nã ille, qui promit-
tit ſpe futurę numerationis, promittit ſub cõditione. ergo ante cõditionẽ
nulla eſt nata obligatio: vt l. cedere diẽ. de verb. ſigni. Et iſtud dicebat Ia.
de Rau. Pet. hoc probat. & idem Gul. dicẽtes. ꝙ nec gl. dicit verũ. nec Iac.
de Rau. imò ſtatim eſt nata ciuilis, & naturalis obligatio. quod probãt ſic:
Contra obligationẽ legitimã literarũ, dat̃ exceptio nõ numeratę pecunię
vt l. ſi ex cautione. & l. in cõtractibus. j. de nõ nu. pecu. & Inſti. de lit. obli
gat. ergo prę ſupponit actionẽ: quia exceptio eſt excluſio actionis: ſed ſi
eſt actio: ergo orit̃ exceptio ex naturali & ciuili obligatione. Inſti. de obl.
in prin. Præterea, lex dicit, ꝙ condicit liberationẽ: ergo erat obligatus: vt
j. de cõdi. ob cau. l. ſi cũ exiguã. de nõ nu. pecu. l. ſi quaſi. Præterea, ſi cõtra-
ctus nõ impleat̃, non impeditur obligatio ciuilis, & naturalis, licet obſtet
exceptio: vt l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. Præterea, ſi cõtractus ha-
bet debitã formã in ſe, licet cauſa nõ ſit iuſta, parit ciuilẽ & naturalẽ obli
gationẽ. Exẽplũ patet in cõtractu celebrato dolo, vel metu. Ita propoſi-
to, talis cõtractus habet debitam ſui formã. ergo &c. ¶ Dominus Ia. But.
tenebat gl. noſtrã: tamẽ pertrãſibat multũ ſub nube. Dico gl. noſtrã dice
22 re veritatẽ: & ad hoc oſtendendũ præmitto illud, quod ſupra dixi: Is † na
turaliter eſt obligatus, qui iure gẽtium tenetur, poſtpoſitis præceptis iu-
ris ciuilis: vt l. cum amplius. §. j. de regu. iur. Sed ſi ego promitto tibi dare
centũ, ſpe futuræ numerationis, credens ꝙ tu mihi mutues: antequã mu-
tues ceſſat æquitas quare debebã tibi teneri naturaliter: ergo nõ teneor.
ꝙ hoc ſit verũ, do tres tex. ff. ſi ce. pe. l. qui pecuniã. & lex parua eſt: vbi di
citur, ꝙ habet in poteſtate, ne accipiẽdo ſe obliget. Apparet ergo ꝙ nõ eſt
obligatus. intellige ſcilicet naturaliter. nam ciuiliter nõ eſt dubium ꝙ eſt
obligatus. Ad idẽ ff. quæ res pigno. oblig. poſſunt. l. penul. qui potio. in pi
gno. habean. l. j. in fi. ¶ Ad contraria reſpondeo breuiter. Ad primũ dum
dicit: promittit ſub conditione. nego: imò purè promittit confidens de
numeratione futura. Ad idem quod dicunt, ex eo ꝙ cõpetit exceptio: er-
go & actio: ergo vterq; obligatus: nego iſtam cõſequentiã. quid enim re-
pugnat, ꝙ ex ciuili obligatione ſola oriat̃ actio? Certè nihil. dices tu: imò
repugnat exemplum quod dediſti, ꝙ ciuilis obli-
a gatio habet ſe vt pater: naturalis vt mater,[a] actio
vt filia. ergo ſequitur ꝙ filia deſcenderet ex patre
ſolo abſq; matre: quia ex ciuili ſola. Reſpon. non
eſt repugnantia aliqua. Sicut enim Deus conditor
omniũ creauit vnũ hominẽ abſq; patre & matre,
vt Adam: creauit aliũ hominẽ ex viro abſq; mu-
liere, vt Euam: creauit aliũ ex muliere abſq; viro,
23 & hic fuit Chriſtus: ita Imperator cõditor † actio
num, quaſdã actiones producit abſq; aliqua obli-
gatione de mundo: & iſtæ ſunt actiones datiuæ,
quæ nullã habẽt matrem nec patrem: de quibus
per glo. in l. cũ mota. de tranſac. de acti. & obli. l. j.
Eodẽ modo hic introducit actionẽ ex patre abſq;
matre: vt ex obligatione ciuili abſq; naturali. nõ
video repugnantiã, maximè cũ tex. Inſti. de obli-
ga. in prin. dum diffinit obligationẽ, ſe referat ad
ciuilem in eo quod dicit, ſecundũ noſtræ ciuitatis
iura. ergo ſecũdũ ius ciuile. Item dicunt ipſi. cùm
dicitur obligatio: ergo erat obligatus. iſtam nego:
quia cùm dicitur liberatio de facto, hoc eſt inſtru
mentorũ caſſatio: vt l. diſſoluta. j. de condic. ſine
cauſa. multò magis hic, vbi eſt aliqua alia obliga-
tio, ſcilicet ciuilis. Item dicunt, licet cõtractus nõ
impleatur, tamen oritur ciuilis & naturalis obli-
gatio: vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. em. Rñ. in
contractu emptiõis, & vẽditionis, & in ſimilibus
non contrahitur obligatio principaliter ſpe futu-
ræ traditionis: ita ꝙ iſta ſit cauſa proxima obliga
tionis: ſed ſpe obligatiõis correlatiuæ. ideo enim
promitto tibi pretiũ, quia promittis mihi rem. &
ideo obligor tibi, quia obligaris mihi. & iſta eſt
cauſa proxima obligationis. & ideo vna ſublata
nõ naſceretur alia: vt, l. ſi. de accepti. ff. de reſcind.
vendi. l. cũ emptor. Nec obſtat ſi opponeres de pu
pillo emente. Nam potes videre per te: ſed in quę
ſtione propoſita cauſa proxima quare tibi promit
to, eſt ſpes numerationis, licet enim tibi promit-
tam purè incõtinẽti, & hoc agitur cũ ſolẽnitate ci
uili, tibi teneor: tñ etiã iſtud agit̃ inter nos, ſcilicet
ſi nõ accepero, vel ſi nõ mutuabis, nõ teneor vnde
de æquitate naturali nõ teneor. Dices tu. Iſta obli
gatio ciuilis, quæ cõtrahitur literis, vel ſtipulatio
ne, cõtrahitur cõſenſu: vt l. j. ff. de pact. ergo eodẽ
momẽto cõſentio ꝙ obliger, & ꝙ non obliger: &
ſic eſt contradictio: vt l. vbi repugnãtia. de reg. iu.
Rñ. dico ꝙ iſte cõſenſus & diſſenſus ſunt diuerſis
reſpectibus. cõſentio enim ꝙ obliger ſolennitate
ciuili: cõſentimus etiam inuicem, ꝙ non tenear in
veritate, niſi in numeratione ſecuta. Hoc probãt
dictæ leges allegatæ. l. qui pecuniã. præal. & d. l. j.
in fi. Itẽ dicunt ipſi, ſi cõtractus habet debitã for-
mam, oritur obligatio ciuilis & naturalis: vt in cõ
tractibus celebratis dolo, vel metu. Rñ. in illis cõ
tractibus eſt cõſenſus coactus: licet contractus nõ
habeat iuſtã cauſam in ſe: ſed in iſto nõ eſt conſen
ſus, vt dictũ eſt. Concludo ergo ꝙ exemplũ gl. eſt
bonũ. ¶ Aliud exemplum ponit gl. qñ præceſsit
obligatio ciuilis, & naturalis, & poſtea ſecutũ eſt
24 pactum † de nõ petẽdo: quia per pactũ tollitur na
turalis, & remanet ciuilis: vt l. ſtichũ. §. naturalis.
ff. de ſol. Guli. de Cug. in hoc dicit, ꝙ eſt aduerten
dũ qualiter forma pacti fiat. Aut enim facio pactũ
de non petẽdo: & nõ tollitur naturalis: quia iſtud
pactũ nõ apponitur ad tollendũ obligationẽ, ſed
ad impediendã petitionẽ. Aut libero te per pactũ
& tunc tollitur naturalis. Ita dicit in §. pactus ne
✻ peteret. ideo modo omitto: ſed dicã aliàs. Poſſe-
b mus etiã ponere exemplũ in ſentẽtia condẽnato-
25 ria[b], ex qua oritur obligatio ciuilis, † & nõ natu-
ralis: licet quidam cõtradicant: vt dixi in l. ab eo. j.
quomodo & qñ iudex. tenendo iſtã opi. ꝙ ex ſen-
tẽtia cõdemnatoria nõ oriat̃ niſi ciuilis obligatio:
tñ lex dat ei fomẽtũ, & auxiliũ in tantũ, vt cõtra
eam nulla oriatur exceptio: & tunc haberet vim
ciuilis & naturalis ꝑſumptæ, vt dixi in d. l. ab eo.
& idem in obligatione literarũ poſt biẽniũ: nam
poſt bienniũ lex præſumit naturalẽ obligationẽ.
Vnde eſt ibi naturalis ſolum præſumpta ſine ex-
ceptionis obſtaculo. ¶ Expeditis exemplis venio

a ¶ Naturalis vt ma-
ter. Contrarium te
net Bar. in l. etiã. ff.
de mino. Bart. in l.
ſi. j. in quib. cau. in
integ. reſti. non eſt
neceſ.

✻ ¶ Pro concordia
Aduerte ꝙ ſenten
tia condemnatoria
parit ſolum actio-
nem ciuilem, nõ na
turalem. Ita Bar. in
hac l. cùm quis. ver
ſic. poſſemus etiam
ponere exemplũ.
& in l. j. in ix. co. ff.
de cõdi. indeb. Idẽ
Bart. in l. ab eo. C.
quomodo & quan
do iud. do. Alex. in
ſua apoſtilla in hac
l. cũ quis alleg. Bar.
ſibi contrariũ in l.
Iulianus verũ debi
torẽ. x. colũ. & ſeq.
ff. de condic. inde.
verſi. itẽ dubitatur
vtrũ res iudicata.
Tu dic, fortè eſt cõ
trariũ: ſed ſubtili-
ter põt ſaluari Bar.
quia in d. l. Iulianꝰ
nõ ſimpliciter dicit
oriri obligationem
naturalem ex ſen-
tẽtia, ſcilicet ex eo
fonte vbi regulari-
ter oriuntur obliga
tiones naturales: ſ.
ex conſenſu. l. con
ſenſu. cum ſi. ff. de
acti. & obliga. Sed
dicit Bart. ꝙ oritur
obligatio natura-
lis ex ſentẽtia, quę
inſurgit ex natura
li æquitate iuris, q̃
eſt vt maioribus pa
reamus. l. veluti. ff.
de iuſtit. & iur. Eſt
enim æquitas natu
ralis, quæ aſtringit
vt obſeruetur qđ
præcipit dominus,
& maior. Et in le-
ge diuina, quod ius
naturale dicit̃: qui
non obedierit prin
cipi, morte moria-
tur. c. ij. de maio. &
obe. & ita ſeipſum
declarat Bar. in d. l.
Iulianus. quaſi ſen
tiat de alia obliga-
tione naturali, quã
de illa, de qua in
hac l. cùm quis. &
in iuribus prꝏlle.

b ¶ Condemnatoria.
Adde Bart. in d. l.
ab eo. & in l. iij. in
viij. col. ff. de cond.
inde. ſed Bar. tenet
contrarium in l. Iu
lianus. in x. col. de
condi. indebi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶ Interuſurio. Sed aduerte: quia Bartol. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matrimo. videtur voluiſſe ita demum dari repetitionem huic indebitè ſoluto ante tempus, ſcilicet propter interuſurium medij tẽporis tantum. Cuius contrarium hic voluit. & in l. prima. ff. de conditio. indebit. videlicet, quod etiam ſi nullum eſſet interuſurium medij temporis: tamen reputatur. Ita videtur ſenſiſſe gloſſ. in l. ſi fideiuſſor. & l. quãuis. ff. man. & not. Imol. in dicto. §. Lucius. dixi aliqua verba pro concordantijs. vide ibi per eum.

P. P. AV. P.

b ¶ Quoties. Vide circa hanc legẽ Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. colũ. xviij. extra, de conſtituti. Et ꝙ in poſſeſſorio Princeps poſsit prædicare, tanquam ſit modici præiudicij, vide Bartol. in authoritatem. vnde vi. Facit dictum Bart. in l. admonendi. colũ. viij. dum tãgit quæ dicatur cauſa magna. & ibi addidi. Sed in contrarium vide Salicetum in d. l. authoritatẽ. Et ad Bart. in l. item ſi verberatum. ff. de rei vendicatio.

P. P. AV. P.

c ¶ Vt actiones. Super hoc vide omnino quæ habes ad Bartol. in l. ex hoc iure. ĩ vlt. col. ff. de iuſt. & iure. An aũt & quomodo poſſit princeps tollere exceptiones peremptorias, vide Iaſo. in l. iij. §. ſi is pro quo. in ij. colum. ff. qd̃ quiſque iuris.

d ¶ Et dixi. Aduerte tamen: quia ſi ſtatutum diceret, reus habeat tantam dilationẽ: maius dubium eſſet: quia appellatione rei venit fideiuſſor, ſecũdum gloſ. not. in l. Stichũ. §. quod vulgo. ff. de ſol. ſed an ſit vera, ibi dixi. Et facit hoc ad not. in

26 ad quæſtiones. Quæro, † vtrũ indebitũ naturali-
ter, & ciuiliter debitũ, ſolutũ ꝑ errorẽ poſsit repe-
ti. Glo. dicit hic, ꝙ regulariter ſic, Fallit in caſibꝰ,
vt habes in ea. Tu verò, licet glo. bene dicat, dic ꝑ
alia verba, & meliꝰ intelligemꝰ: quãdoq; eſt inde
bitũ naturaliter: ſed ciuiliter debitũ, tñ eſt ibi na-
turalis præſumpta, ita ꝙ nulla oſtat exceptio: &
tũc ſolutũ nõ põt repeti: vt puta ſolutũ authori-
tate rei iudicatę, vel in obligatiõe literarum poſt
biẽniũ: vt l. j. j. de cõd. ind. & mãdati, l. ſi fideiuſſor.
§. in oĩbus. Qñq; eſt debitũ ciuiliter tãtũ, cui ob-
ſtat exceptio: & tũc ſolutũ quocũq; errore poteſt
repeti: vt l. ſi nõ fortẽ. §. indebitũ. & §. adeo. de cõ
di. inde. Fallit ſi ſoluaꝛ ex cauſa trãſactionis veræ
vel pręſumptę. verę, j. de cõd. ind e. l. ij. & ff. de cõ
di. inde. l. in ſumma. in prin. pręſumptæ, vt in illis
cauſis, quę per inficiationẽ creſcũt. Nã tũc ſoluẽdo
videor ſoluere animo cõpẽſandi, ne negãdo inci-
dã in duplũ: vt j. de cõdi. inde. l. ea quæ. & Inſt. de
obl. quæ ex quaſi cõtractu. §. fi. Expeditus eſt ſe-
27 cũdus artic. Tertiꝰ articulꝰ eſt, qñ eſt vtroq; † iu-
re indebitũ: in hoc nõ egemꝰ exemplis: vt quãdo
nullo modo eſt promiſſum, vel debitũ, ſed qs pu-
tabat ſe teneri, vel fuit debitũ, & eſt liberatꝰ ſolu
tione, vel acceptilatione, vel alio modo, de his qui
ponũtur Inſti. qui. mo. tol. oblig. iſto caſu ſolutũ
quocũq; errore repetitur: vt l. ſed & ſi me putẽ. in
princ. ff. de cõdi. inde. Fallit in caſibus ſi ſoluatur
authoritate rei iudicatæ: vt l. j. de cõdi. inde & l. ſi
fideiuſ. §. in oĩbus. ff. mãd. & l. ſi ſine. §. j. rẽ rat. ha.
Item ſi ſoluatur ex cauſa tranſactionis: vt l. ij. j. de
condi. inde. & l. in ſumma. in prin. de cond. ind. ff.
Item fallit in cauſis, quę creſcunt ꝑ inficiationẽ,
vt dictum eſt. & hoc not. plenius in l. eleganter. in
fi. de cõdi. inde. & eſt expeditus articulus tertius.
¶ Quartus articulus eſt, quãdo eſt vtroq; iure de
bitũ, ſed ope exceptionis indebitum. Exemplum
ponit gl. in Macedoniano & Velleiano. ¶ Ante-
quã vadã vlterius, quæro quę eſt ratio, ꝙ iſtæ ex-
ceptiões Macedoniani, & Velleiani, nõ tollũt ob
28 ligationẽ naturalẽ. Reſpõdeo, † qa nõ ſunt indu-
ctę æqtate naturali: ſed magis ex moribꝰ ciuitatis
noſtrę Romanę. Vnde de iure ciuili ideo non tol
lit naturalẽ: vt Inſti. de legi. agna. tut. §. fi. Sedqua
re nõ tollit ciuilem obligationem? Reſpõdeo, qa
verba legis inducentis has exceptiões, non tẽdũt
ad perimendũ obligationẽ, ſed ad impediendum
petitionẽ. dicũt enim: ne actio petitione videreꝛ:
nõ aũt dicũt, ꝙ mulier intercedẽdo nõ obligetur:
vt l. j. in prin. ff. ad Mace. & ad Velleian. l. ij. §. j. &
ideo dicit hic gl. qd̃ eſt debitũ ciuiliter, & natura
liter: ſed ope exceptiõis indebitũ. & iõqcquid lex
dicat nõ habet locũ in exceptionibꝰ q̃ procederẽt
ab æquitate naturali: qa tũc naturalẽ obligationẽ
tollerẽt, & remaneret ciuilis. & de iſto mẽbro di-
ctũ eſt ſ. ¶ An aũt tale indebitũ per errorẽ ſolutũ
29 poſsit repeti, Gl. facit † quatuor mẽbra. ¶ Primũ,
qñq; quis eſt tutus exceptione dilatoria: tũc ſolu
tũ quocũq; errore nõ repetitur: vt l. in diem. & l.
nã ſi cũ moriar. ff. eo. licet quidã contrarium dixe
rint. & vide glo. quæ dicit veritatẽ. Dices tu: Dies
ſolutionis eſt ſumma pars obligationis: & ideo q
ante diem ſoluit, videtur ꝙ poſsit repetere: ſicut il
le, qui plus in quantitate ſoluit: vt j. dicam. Reſpõ
deo, illud plus propter diem conſiſtit in interuſu-
rio[a] medij temporis, quod poſſet lucrari. iſta autẽ
ratio lucri inducit retentionem. & etiã actionẽ cõ
uentione partiũ, ſeu ex volũtate teſtatoris. Et ita
loquũꝛ oĩa iura, q̃ſiuenies ad hoc. Actiões verò, q̃
introducũtur ex poteſtate legis, nõ danꝛ propter
iſtud lucrũ, ſeu cõtẽplatione huius lucri: vt l. ſi ſte
rilis. §. cũ ꝑ vẽditorẽ de act. empt. ¶ Secũdũ mem
brum eſt: quia iſta exceptio quãdoq; eſt ꝑpetua,
& fauorabilis: tũc ſolutũ quocunq; errore repeti
tur: vt l. qui exceptionẽ. ff. eo. vide glo. ¶ Contra
iſtud opp. exceptio, quæ induciꝛ ab epiſtola diui
Adriani, eſt fauorabilis: qa fauore fideiuſſorũ ĩdu
cta eſt. quod apparet: qa ei põt renũtiari: ſed tutus
30 † illa exceptione per errorem ſoluens non repe-
tit: vt l. ſi teſtamento. §. penu. ff. de fideiuſſo, ergo
tutus exceptione fauorabili ſoluẽs per errorẽ nõ repetit. Gl. voluit ſolue
re Inſti. de fideiuſſo. §. ſi plures. nec bene dicit. Dy. voluit ſoluere in lege
contraria, & ſoluit peius. Ego dico ꝙ exceptio procedens ex epiſtola diui
Adriani eſt de exceptionibꝰ quæ inducũtur ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ, vt
j. dicã: ideo nõ cadit ſub iſto mẽbro. ¶ Tertiũ mẽbrũ eſt, qñ exceptio ꝑpe
tua, & odioſa, vt Macedoniani: tũc diſtinguo ſic: Aut eſt ſolutũ ꝑ errorẽ
iuris: & nõ põt repeti. Aut ꝑ errorem facti: & tũc ſic: vt l. q exceptionẽ. de
cõdi. inde. & l. vlti. ff. ad Macedonianũ. & vid̃ gl. In hoc nihil eſt dicẽdũ:
quia gl. dicit optimè. Quartũ mẽbrũ eſt, qñ eſt exceptio dubia: tũc exce-
ptio dubia iudicaꝛ ꝑpetua: vt l. ſufficit. de cõdi. inde. & vide gl. ¶ Quintũ
& vltimũ mẽbrũ eſt, qñ aliqs eſt tutus exceptione aliqua, inducta ad rigo
rẽ iuris cõſeruãdũ: tũc ſolutũ quocũq; errore nõ repetiꝛ. ff. de cõdi. inde. l.
Iulianus. & j. de cõdi. inde. l. j. vide gl. Aduerte: qd vult dicere gl. de exce
ptione inducta ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ. ſi velles intelligere de exceptio
ne rei iudicatę, nõ diceret bene: quia ille cadit ſub primo mẽbro, ſecũdũ
opi. gl. noſtrę, qñ eſt indebitũ ciuiliter, ſed naturaliter debitũ. ideo cũ alle
31 gat j. de cõdi. inde. l. j. non bene cadit hic. Sed ego † intelligo exceptiones
inductas ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ, de exceptione litis pẽdẽtis, de qua lo-
quitur d. l. Iulianꝰ. in prin. de cõdi. inde. Itẽ ſi ſim tutus exceptiõe fori: &
idem in ſimilibus, quæ non recipiunt obligationem, neq; actionem, ſed
ſolùm conueniendi facultatem. & ideo dico ꝙ exceptio epiſtolæ diui A-
driani, & exceptio, quam habent fideiuſſores hodie per auꝛ. de fideiuſ. &
duo rei per auꝛ. de duobus reis. ſunt de illis exceptionibus quę ſunt indu-
ctæ ad rigorem iuris conſeruandum. non enim tendunt ad perimendam
obligationem, vel actionẽ principaliter: ſed tẽdunt ad hoc, vt alius prius
conueniatur: licet per quandam conſequentiã poſsit euenire, vt ille prius
conuentus ſoluat, & alius liberetur. illa liberatio erit propter ſolutionẽ,
non vigore illius exceptionis: ideo tutus hac exceptione ſoluens non re-
petit: vt l. ſi teſtamento. §. ij. de fideiuſ.

## *De precibus imper. offer.* Rubrica.

¶ Continua vt in gloſſa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Seruus admittitur ad accuſandum de nece domini. & nu. 3.
2 Multa aliàs prohibita propter bonum exemplum permittuntur.

LEX I.

1 Licet ſeruilis. Seruus admittitur † ad publicã
dum, & ad accuſandũ de nece
domini. h. d. ¶ No. ꝙ dixi in ſummario. Secundò nota. ꝙ
2 multa † quæ aliàs ſunt prohibita, propter bonum exem
plum permittuntur: vt hic, & l. exemplo. j. de proba. &
l. aut facta. in fine, de pœnis. ¶ Tertiò not. ꝙ ſeruus ad-
mittitur ad accuſandum de nece domini: quandoq; etiam in alijs: vt j. ad
l. Iuliam maieſta. l. nullus. & ff. ad l. Iuliam maieſta. l. famoſi. &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ Quod differtur, non aufertur.
2 Beneficium principis debet concedi ſine graui iniuria alterius.
3 Princeps ex certa ſcientia poteſt auferre quę ſunt iuris ciuilis, non quæ ſunt iuris gentium.
4 Dilatio conceſſa principali, an porrigatur ad fideiuſſorem, remiſsiuè.

LEX II.

b Quoties. [b]Duas habet lect. in gl. tamen ad idem ten-
dunt. Petitio tantùm, per quam dilatio con
ceditur vel remittitur, poteſt produci: ſecus ſi peremptoria ex
ceptio concedi, vel remitti poſtuleꝛ. hoc dicit ſecundũ, vtrãq;
1 lecturam. Nota primò quod dixi in ſummario. Item † quod differtur, nõ
2 aufertur. ¶ Secundò nota † ꝙ beneficia principum debent cõcedi ſine gra
ui iniuria alterius. Venio ad apparatum. ¶ Opp. j. de pac. inter emp. l. an-
tepe. Sol. Ibi petebatur auferri dilatio magna: & ſic magum præiudicium
afferebat &c. ¶ Item opp. j. de reſcindenda vendi. l. ratan. Sol. Dicit gl. &
3 tu dic, vt in ea. ¶ Quęrit gl. an † ex certa ſcientia princeps poſsit per ſuum
reſcriptum ius alteri auferre. Gloſ. hic diſtinguit, ꝙ quædam ſunt de iurę
c ciuili, vt actiones[c]: & iſtæ poſſunt auferri per principem. Quædam ſunt
de iure gentium, vt dominium: & iſtud non poteſt auferri. Ita dicit gloſſ.
tua quam nota. quod dicam in l. fi. j. ſi contra ius vel vtili. pub. & ſigna gl.
4 ¶ Cyn. hic format vnam quæſtionem, vtrum † dilatio conceſſa principa
li corrigatur ad fideiuſſorẽ. Finaliter reducit eam ad examinationẽ illius
quæſtionis, quæ examinatur in l. cùm filius. §. j. ff. de verb. oblig. quæ eſt
d multùm prolixa. & dixi[d] in d. l. cùm filius, &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ Qui habet dilationẽ ad ſoluendũ beneficio ſpeciali, tenetur ſatiſdare.
2 Cautela quando dantur per ſtatuta dilationes ad ſoluendum mercatoribus vel ſocietatibus, ꝙ non teneantur ſatiſdare.
3 Verbum, non valeat, quando importet ipſo iure. & numero 5.
4 Satiſdatio, quæ debet præſtari ab eo, qui habet dilationem ad ſoluẽdum beneficio ſpeciali quando præſtetur.
6 Si ſtatutum dicit, ꝙ de quolibet contractu ſoluantur decem pro gabella ſi gabella non ſoluatur, an contractus ſit nullus ipſo iure.
7 Teſtamentum quod ex forma ſtatuti debet inſinuari certis menſibus, ſi non inſinuetur an ſit nullum ipſo iure.

Vniuerſa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. i.

l. exceptio. §. rei. ff. de excep. & hic adde Bal. in l. tā mādatori. C. de nō nu. pecu. vbi etiam ponit ea quæ hic dixi. & ibi etiā in pe. col. ponit quid ecō tra, an exceptio competens fideiuſſori cōpetat reo. Et vide etiā ibi in vlti. col. an factū rei noceat fideiuſſori, & econtra. Ex his dictis per Barto. adde φ illud quod dicit Bart. in d. l. cùm filius. §. j. in fi. φ quoties nos eſſemus in dote: tūc fideiuſſor pōt conueniri. & hic illud priuilegium ſibi non ꝓdeſſet. intelligas niſi debitor principalis ſuſciperet iudicium in ſe, & diceret, nolo conuenias fideiuſſorem: quia mea intereſt ne conueniaꝛ: quia ageret incōtinenti cōtra me. argu. l. fi. de vſu. rei iudic. Et de hoc eſt text. ſingu. ſecūdū Imo. in l. idēꝗ. §. generaliter. ver. ſuo noīe. & fuit dictū Bar. in l. verum. in princ. ff. ꝓ ſocio. & Bar. in l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iud. & in l. Stichū. §. qđ vulgo. ff. de ſol. & fuit dictum Cy. hic, in fi. Sed imò cū reuerētia, ſi vidiſſet verba Cy. nō ibi indefinitè dixiſſet. Qđ autem hic dicedat. aut iſte habet priuilegiū cōtra quoſcunq; : & tunc dico φ non poteſt accipere iudiciū, cùm ſua nō intereſt: qa habet etiā contra fideiuſſorem. & ſic illud quod dicebat ad intelligentiam Bar. in d. l. ſi filius. §. j. non procedit, eò maximè: qa ibi competebat contra quoſcunq;. Aut non competit contra quoſcunque: & tunc procedit opi. illorum. ſ. allegata. Alex.

## LEX III.

a Vniuerſa. [a]Qui habet dilatio-
nē à principe, teneꝛ
ſatiſdare de ſoluendo in termino. h. d.
1 ¶ No. † φ qui habet dilationē ex bene
ficio ſpeciali, teneꝛ ſatiſdare de ſoluendo in termi
no: aliàs vtrū iſte qui habet dilationē, poſsit cogi
ad ſatiſdandū: eſt materia l. in omnibus. ff. de iud.
& l. ſi debitores. ff. de priui. credi. do. Cy. ponit in
l. j. j. vt leg. no. caue. & hoc tāgit aliqualiter. ¶ Et
2 ideo† quādo per ſtatuta terrarū, concedūtur dila
tiones aliquibus mercatoribꝰ, vel ſocietatibus: ſis
cautus φ in reformatione ponatur, ne ſatiſdatio
poſsit peti: aliàs nō poſſent vti illo beneficio. Ita
videtur hic in gl. quę dicit, id eſt, ſortiaꝛ effectū.
3 ¶ Nota ergo φ illud verbum, nō† valeat [b], innuit
b ſ. in effectu, nō ipſo iure. quod an ſit verū, dicā in-
continēti præmiſſa quæſtione quam facit gloſſa.
¶ Quęro, qñ iſta ſatiſdatio debeat pręſtari. Rñd.
4 † quidā dicūt, φ antequā reſcriptum petaꝛ. Alij di
cūt, φ poſt nō pōt vti beneficio reſcripti, niſi ſatiſ
det nec teneꝛ ab initio ſatiſdare. & vide gl. vtrum
5 † ergo nō valeat, intelligiꝛ ī effectu, vt ibi. Cōtra:
imò videꝛ φ factū cōtra legē ſit ipſo iure nullū: vt
ſ. de legi. l. nō dubiū. Dicas no. qñq; lex iubet φ ali
qua ſolēnitas adhibeaꝛ tēpore contractus: & tunc
ſi aliter fiat, non valet ipſo iure: vt vidiſtis in auꝛ.
hoc ius porrectū. ſ. de ſacro. eccl. & j. de tranſac. l.
cū hi. j. de teſt. l. hac cōſultiſsima. circa prin. Qñq;
c lex iubet [c] aliquā ſolennitatem adhiberi poſt con
d tractū, vel alium actū [d] perfectū: & tunc ſi illa ſo-
lennitas nō ſeruetur, tunc contractus non eſt nul
lus ipſo iure: ſed non valet, ſcilicet in effectu. niſi
e per legē aliter exprimereꝛ expreſsè [e]. ¶ Pone, di-
f cit ſtatutū [f], de quolibet cōtractu ſoluaꝛ† gabella
6 decē ſolidorū pro libra: aliàs nō valeat. Certè iſta
g ſolutio ſi fit poſt contractum factū [g], licet aliàs nō
valeat, nō facit cōtractū nullū ipſo iure, niſi expſ-
ſe dicaꝛ in ſtatuto: vt hic vides. & poſſet qñcunq;
ſolui, niſi cōtractꝰ eſſet limitatꝰ: vt hic. ¶ Itē dicit
7 hic ſtatutū† φ teſtamentū debeat inſinuari certis
menſibꝰ: & ſi nō fiat, nō valeat. Certè nō debet in
telligi ipſo iure: ſed nō valeat in effectu. Hoc di-

a ✥ P. P A V. P. ¶ Vniuerſa. Nota φ iſta exceptio, tu nō debes gaudere exceptione, niſi primò ſatiſdes: eſt dilatoria, & debet opponi ante litem conteſtatā. Vide do. Fran. conſi. cxxxvij. circa fi. Et circa hanc ſatiſdationē, quæ non debet præſtari, vide omnino Alex. cōſi. cccxlvj. & cōſi. cccclxxxv. in prin. Ang. conſi. lxj. in pe. col. Ro. cōſil. cccxxiij. vbi idem dicit in ſtatuto, quod in reſcripto: & idem in alijs exceptionibus, quod in dilatorijs.

a ¶ Vniuerſa. Hæc lex canonizata eſt xxv. q. ij.

a ✥ POMATES. ¶ Vniuerſa. Ad iſtam l. pro declaratione vide etiā Alex. conſi. xxxviij. vol. iij. in ij. dubio. vbi dicit, φ non haberet locū quoties debitū, ſuper quo petitur dilatio, deberetur ex contractu iurato: & φ tales impetrationes ſunt reſtringendæ.

b ✥ P. P A V. P. ¶ Non valeat. De hoc vide latè Feli. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. in ver. fallit tertiò. de excep.

c ¶ Qñq; lex iubet. Iſta verba ſunt aurea. & vide Bal. in rub. j. de reſcin. vē. & plenè per Bar. in l. ſi ita quis. §. ea. ff. de ver. obli. & omnino vide quod voluit Bart. in l. vt iuriſiurandi. in prin. de ope. libe. per illam gl. no. Nec omittas videre Bar. in l. his cōſequēter. ff. fa. er. vbi pulchrè, & vide quod no. Bar. in l. filio prǽterito. in fi. ff. de iniuſto teſt, & ad no. hic adde Bart. in l. fi. C. de ca. lar. lib. x. & ibi etiā qñ lex vel ſtatutū dicit, contractus nō valeat. tūc ſecundū ipſum bene intelligiꝛ ipſo iure. l. non dubiū. ſ. de legi. & ibi oīno vide Bal. maximè in pe. col. & Bar. in l. cum lex. de fideiuſ. Ad hoc glo. no. in Cle. j. de iure patro. vbi formæ pręfixio tunc vitiat actum cùm tradiꝛ forma à prin. attributiuè iuris: vbi aūt tradiꝛ poſt iuriſdictionem cōceſſam aliquid in eius exercitio ſeruandū, omiſsio eius nō reddit id, quod agitur, nullū. Et ita alleg. no. Pet. de Anc. in Cle. j. in fi. de ſeque. poſ. & fruc. & quod dixi in l. cū lege. de fideiuſ. ex oppoſito: an ex tali cōtractu trāſferatur dñium: vide per Bar. in l. j. §. per cōem. ff. de acquir. poſ. & ibi vide apoſtillam: nunquid ex contractu ſimulato transferatur dominium? allegat caſum ſingu. φ non, quem no.

d ✥ P. P A V. P. Aliū actū. ¶ Limita ſingulariter iſtud, niſi eſſet adiectū certū tpſ, intra qđ lex reqreret poſt actū ſolēnitatē: qa tūc eſſet actꝰ ipſo iure nullus trāſacto tpe. ſecundū Ang. ſingulariter cōſi. xxxvj. inci. in Dei noīe. in pe. col. ad fin. Et vide vnā ſingularē vtilitatē huius doctrinę p Pañ. in c. qm̄ frequēter. in vj. co. extra, vt lite nō cōteſt. vide Bertachi. in trac. de Gabel. in iij. parte viij. partis principalis. in viij. col. & ſeq. Vide latiſsimè Feli. de hac materia in d. c. qm̄ frequēter. in iij. co. aliàs eſt ī. §. qm̄ frequēter. & eundem in ij. & iij. colū. extra, de teſtib.

xi ff. de ver. obl. l. ſi ita qs. §. ea lege. & feci tibi mētionem de hac l. in quęſtione de vſurario manifeſto: vt dixi in l. filio pręterito. ff. de iniuſt. teſta.

SI quis aduerſus. Aduerſus ſententiam præfecti ꝑtorio pōt ſupplicari ſemel tantū. h. d. ¶ Opp. j. ne liceat in vna eademq; cauſa tertiò prouo. l. j. Sol. gl. ibi appellauit bis. & quæ eſt ratio: vide hic Cyn. ideo nulla admittitur ſupplicatio. hic nūquā appellauit. Hic habetis auꝛ. quæ ſupplicatio. ideo ſequitur &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Libellus. exceptio, acta, & inſtrumēta poſſunt coram ipſo notario produci.

h Væ ſupplicatio. [h]
Primò poniꝛ intra quod tēpus debeat
ſupplicari. Secūdò de ſupplicatiōis ef-
fectu. Tertiò quid ſi nō ſit ſeruata forma in ſuppli
cādo. Partes videbitis in tex. Secūda ibi: quo ſub-
ſecuto. Tertia ibi: niſi ſub hac. ¶ Opp. & videꝛ ipſe
idē nō debeat cognoſcere de iniqtate ſuæ ſenten-
i tiæ: vt l. eos. in prin. j. de app. Sol. [i] aliud in ſuppli
catiōe, vt hic: aliud in appellatiōe, vt ibi. ¶ Secūdò
k [k] opp. minor iudex ſñiam ſuperioris nō retractat:
vt l. pręfecti. & l. ſeq. ff. de mino. Sed hic innuitur
cōtrarium, dū dicit, φ cōtra ſententiā pręfecti daꝛ
ſupplicatio eius officialibus. Sol. gl. fateor φ ſup-
plicatio datur ipſis officialibus: nō vt ipſi cogno-
ſcant, ſed vt offerant ipſi præfecto, vt cognoſcat.
l ¶ Nota ergo [l] ex hac auꝛ. cū gl. † φ libellus & alia
1 acta, & inſtrumenta, & exceptio, poſſunt produ-
ci corā ipſis notarijs: licet nō producātur corā ipſo
iudice principali: & de hoc etiā videbitis in l. eos.
j. de app. ¶ Opp. de principio ad fi. huiꝰ auꝛ. nā in
principio dicitur, φ intra decē dies debet ſuppli-
care. In fine dicitur, φ poſtea etiam pōt retractari
ſentētia. So. Dicūt quidā, quod in fine dicitur, lo-
quitur de retractatiōe, quę fit ipſo iure: vt quan-
do ſententia eſt lata contra legē, & ſenatuſconſul
tum: nō de ea quæ retractaꝛ per viā ſuppplicatio-
nis. Alia opinio eſt melior, φ ille q nō ſupplicauit
intra decē dies, nō pōt à victore impedire execu-

c ✥ P. P A V. P. e ¶ Expreſsè. Qđ idē ſit etiā ſi lex exprimeret φ ſit nullus, vide ſingulꝛ Paulū de Caſ. cōſi. ccxc. in iij. colum.

f ¶ Pone, dicit ſtatutum. Quid ſi ſtatutū annullat ipſo iure gabella nō ſoluta, & an cōtractus dicaꝛ valere, & qd opereꝛ annullatio, vide per Bald. in l. cū mulier. ff. ſo. ma. in x. col. cū ſequen.

✥ P. P A V. P. g ¶ Contractū factū. Imò etiā ſi conueniatur in iudicio, poterit ſemꝑ antè ſñiam ſoluere, vidē Bar. conſi. lxviij.

✥ P. P A V. P. h ¶ Quę ſupplicatio. Circa materiā huius auꝛ. φ in dubio via ſupplicādi nunquā intelligaꝛ periculoſa, vide Alex. conſi. lxxxviij. volu. iiij. in j. & ij. col. Et vide de materia iſtius ſupplicationis multa per Cardi. Alex. in c. ex ratione. in pen. & vlt col. extra, de appel.

i ¶ Sol. Aliud in ſupplicatione. Et eſt ratio, quia in appellatione contineꝛ iniquitas ſumma: ſed per ſupplicationē potius quandā miſericordiā implorat. Facit l. pręfec. præto. in fi. de mino. Et vidē de materia iſtius auꝛ. Ang. de Are. in l. ex cōſenſu. de app. q dicit φ in caſibꝰ, in quibus non pōt appellari, pōt ſupplicari. illud eſt verū, qñ nullo modo poteſt appellari.

k ¶ Secundò opp. Et adde qñ aliqd cōmittitur appellatione remota, debet intelligi de iniuſta. l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & vide ibi Bar. in l. diuus. ff. de teſt. mili. & Bal. in l. j. ff. de offi. pręfec. pręto. & tex. & quod ibi no. in c. paſtoralis. extra, de appel. Sed nunqd peti poterit reſtitutio in integrū, vide Bar. & Bal. poſt gl. in j. j. ſi de momē. poſ. fue. appel. & Bal. in l. ij. C. de app. Nūquid aūt poterit recuſatio porrigi, vide Bal. in l. fi. C. de ſent. Nunquid autē remota querela poſsit appellari, vide Bal. in l. j. ff. de offi. præfec. pręto. Sed nūquid ciuitas poſsit facere ſtatutū φ nō liceat appellare: vide Bal. & doc. in l. is cuius. ff. de aqua plu. arcen. & no. in c. fi. de app. in vj. & ibi Io. And. in nouel. & Cy. in l. ſi appellationē. C. de app. & Bal. in l. j. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. Sed nunquid à ſtatuto dicente, φ de nullitate ſentētiæ non poſſet opponi: quomodo debeat intelligi, vide gl. fi. in Cle. j. de ſeq. poſ. & fruc. & in c. j. de re iud. & Bart. in l. diuus. & in d. l. j. §. & parui. & per Imo. in l. ij. §. interdū. ff. à quibꝰ app. nō licet. Et an ſi ſtatuto caueꝛ. φ à ſentētia nō poſsit appellari: an poſsit ſupplicari vide Bal. in l. fi. §. fi. C. de tēp. appel. in fi. & vide gl. Bal. in l. j. de offi. præfec. pręto. & vide in ſimi. Ang. de Are. in l. ſi ſer. in fi. de appel.

l ¶ No. ergo ex hac auꝛ. Et ad hoc vide Barto. in l. ſi finita. §. Iulianus. in v. col. de dam. infec. & per Bar. in d. l. eos. §. ſuper his. & in l. pręcipimus. §. in his. eo. tit. ſed Bal. hic dicit, φ non credit verū dictum Bar. in inſtrumētis, quæ producuntur ad probandum: quia debet fieri iudici, non fabel-

f

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lioni:vt legitur & no.in l.iubemus,j.de lib.cau.& j.de teſta.l.hac cōſul-
tiſsima.§.pe.vide omnino Bal.hic.
a ¶V niuerſis.Defectus perſonæ impetrantis an vitiet reſcriptum:dic la-
tius vt per Bal.in l.j.j.de cad.tol.& quia hic dicit de excommunicato,vi-
de quid poſsit facere excōmunicatus, per Bal.in l.j.ſ.de iur.& fac. igno.

tionem , & petere fideiuſſorē:bene tamen poteſt
petere ꝙ ſentētia retractetur. Vel dic,ꝙ intra de-
cem dies poteſt porrigi ſupplicatio ipſi pręfecto.
Præterea poſt decem dies poteſt porrigi princi-
pi.Ita dicit glo.in l.j.de ſen.præfec.præto. &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Reſcriptum ab excommunicato impetratum,
eſt nullum ipſo iure.
2 Defectus pſonæ impetrātis non vitiat reſcriptū.
3 Diſpoſitio huius legis an habeat locum,ſiue quis
impetrauerit pro ſe ſiue pro alio.
4 Quando eſt facta reformatio in cōſilio , non de-
bet quæri de perſona rogantis.

a V Niuerſis. [a]Non eſt quęrē-
dū à quo aliquid
fuerit impetratū.h.d.Cōtra iſtā opp.
extra de reſcript.c.j.li.vj.vbi dicitur,
1 ꝙ eſt†ipſo iure nullū reſcriptū ab excōmunicato
impetratū,& ſic quærit̃ de pſona impetrātis.Sol.
Speciale eſt in excōicato,cum quo participare nō
licet.Cōtra hoc opp.extra,de reſcrip.c.nōnulli.§.
j.& c.ex parte.el.ij.vbi dicitur, ꝙ nō valet reſcri
ptū impetratū à falſo procuratore.& ſic inquirit̃
perſona impetrantis.Sol.Illæ decre.hodie nō ſer
2 uantur,vt ibi nota.Vel aliter:defectus†perſonæ
impetrātis nō vitiat reſcriptū : ita loquit̃ hic. ſed
mendacium ſeu falſitas eius:vt ſi aſſerit ſe procu-
ratorem,tamen non eſt:illud habet vitiare reſcri-
ptum:hic verò impetrās in nullo mētitus eſt : ibi
ſecus.¶ Quærit glo.vtrū hęc lex habeat locū ſiue
3 impetrauerit†pro ſe,ſiue pro alio.Gl.dicit,ſi im-
petrat pro ſe,debet diſtingui an Imperator fuerit
ſciens cōditionis eius, aut nō. & bene dicit. argu.
ꝓ hoc in l.qdā cōſulebat.ff.de re iud.ſed ſi impe-
trat pro alio,habet locum hęc lex.Et intelligas ꝙ
impetrabat pro alio nō aſſerendo ſe procuratorē
falsò:quia tūc vitiaretur reſcriptū propter mēda
cium,vt ſ.dixi.¶ Vltimò nota ꝙ qñ eſt facta re-
4 formatio in conſilio,†non debet quæri de perſo-
na rogantis ſeu conſulentis:ſufficit enim ꝙ conſi
lium hanc mentem habens hoc reformauerit.qđ
b nota & perpetuò tene menti.[b] Bar.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Reſcriptum contra ius,quando nemini nocet,
& prodeſt petenti,an valeat.

c R Eſcripta. [c]Ponit dictum &
duas exceptiones.
Breuis eſt:& de materia huius l.dicam
in l.fi.ſi cōtra ius vel vtil.pub.¶ Opp.
j.ſi nuptiæ ex reſcri.pe.per totum tit.vbi reſcri-
1 pta,quæ nemini† nocent,& proſunt petenti,non
admittuntur.Huius timore dicit glo.ꝙ quædam
ſunt reſcripta prohibita impetranti ſpecialiter,&
expreſsè:& illa impetrata non valēt,etiam ſi ne-
mini noceant.Ita dicunt contraria.Quædā ſunt
reſcripta nō ꝓhibita ſpecialiter impetrari:& tūc
loquitur hęc lex:vt ſi reſcriptū cōtinet aliquid cō
tra legē ſcriptam,nō valet.Fallit in duobus caſib⁹
poſitis hic in tex.Exemplū potes ponere in hac
lege:Aliquis impetrauit ꝙ minori quatuordecim
annis liceat facere teſtamētum:vel ꝙ liceat appel-
lare poſt decē dies:vt in contractibus emptionis,
& vēditiōis,nō teneat̃ de euictiōe.Certè iſta non
valent:quia cōtra ius.¶ Cōtra iſtā lect.opponunt
Vltramōtani ꝙ tale reſcriptū nō videt̃ contra le
gē:vt ff.de pac.l.paciſci.Vnde dicūt,ꝙ licet reſcri
ptū ſit cōtra tenorē legis,nō tamē eſt cōtra legem.
Bar.tenet opi.gl.noſtrę.Nā in reſcriptis eſt quæ-
dā lex generalis derogatoria quæ dicit ꝙ nō licet
impetrare reſcripta iuri contraria:vt l.nec dāno-
ſa.ſ.eo.ideo ſemper cùm impetrātur contra legē,
impetrantur contra illā clauſulam derogatoriā l.
nec damnoſa.ſ.eod.¶Opp.ſ.eo.l.quoties.Solu.
Illud ibi quando alium modicè lædit,& dilatio

b ¶Tene mēti. Adde Bar.in l.ij.C.de decur.li.x.& quod ipſe no.in l.obſeruare.eod.tit.

*P.PAV.P.*

c ¶Reſcripta.Adde inquantū dicit̃ in tex.ꝙ valet reſcriptum,per quod crimen indulgetur,vt non procedat, niſi ſupplicās exprimeret cauſam cōdēnationis , & quālibet facti qualitatē. alĩs ſecus,ſcd̃m Bal.in l.præſcriptione.in xj.col.ver.ad concordādas iſtas opiniones. j.ſi contra ius vel vtil. publi.

c ¶Reſcripta.In prī. hæc lex eſt canonizata xxv. quæſtione ſecunda.

d ¶Inſtrumentorū. Adde Bar.in l. inciuile.C.de furtis.& ibi dicit,ꝙ debet edi totum ſtatutum. Andre.Barba.

d ¶Inſtrumentorū. Vide in l.fi.§.pe.j.de appel.& p Bal. in l.j.ff.quēad.teſt. ape.& vide etiā p Bal.in l.oēs populi.in fi.ff.de iuſti.& iure.& vide Bald. hic omnino.& Barto.in l.argentarius. ff.de eden.

e ¶Quod no.Bar.in l.j. in fi.ff.de cura. bon . dan. & in l.j. de tabu.exhib.

*P.PAV.P.*

f ¶Principi datus . No.ꝙ ad hoc vt reſcriptum cū ſupplicatiōe habeat vim libelli requiritur ꝙ ſit facta cōmiſsio ſine figura iudicij: aliàs ſecus.Ita Bal. & alij hic,& Salic. Bal . in l.ne quicquā.§.vbi decretū. de offic.procon.& leg.in l.j.ſ.de prec. Impe. offe.in l.elegaanter.§.ſi qs poſt

de codic.inde.Imo.in c.pręterea.extra,de dilatio.Imò neceſſe eſt ꝙ ꝓ-
ducat reſcriptū cū ſupplicatione vt obtineat vim libelli do. Anto.in d.c.
pręterea.extra,de dila.Imola in l.ſi qs filius.§.eius.ff.de iureiu.Et ꝙ ne-
ceſſe ſit reſcriptū cū ſupplicatiōe,vide etiā Bal.in d.l.elegāter.§.ſi qs poſt.
& in c.dilectus.de ordi.cogni.Ita declarātes dicta Imolę in c.dudum.el

poteſt facilè impetrari à principe:alias nō.Et hoc
dicam plenè in l.fi.j.tit.ij.&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Quando aliquis petit copiam inſtrumenti,an
ſolùm particula,quæ ad ipſum pertinet,ſit ei dan
da,an totum inſtrumentum? remiſsiuè.

d I Nſtrumētorum. [d]
In ſupplicationibus,debet poni effe-
ctus inſtrumentorū,vel verba,ſup qui
bus dubitat̃,nō totus tenor eorū.h.d.¶ Opp.j.de
tranſac.l.vt reſpōſum.Sol.Illa intelligitur ſecūdū
1 iſtā.¶†Vltimò no.ex hac l.argu.ꝙ quādo aliquis
petit copiam inſtrumenti,debet ſibi dari illa tātū
particula,quæ ſpectat ad eum,non totū inſtrumē
tum:vt hic vides.Ad idem facit ff.de eden.l.argē
tarius.§.edi.In cōtrarium facit fortiter l.inciuile.
de legi.cum ſua glo.De hoc conſueui dicere ſuper
e rub.ff.de noui.ope.nun.quod no.[e]Bart.

f *Quando libellus principi datus.* [f]*Rub.*

¶Continua vt in glo.& adde ſuper tex.rubricæ
dum dicit ꝙ libellus principi datus,ſubaudi & ad
eum reſcriptum eſt:vt j.eo.l.ij.Bar.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Libellus eſt duplex:alius cōuentionalis:alius
ſupplicatorius.
2 Libellus,quando datur principi in actionibus an
nalibus,inducit litis conteſtationem.

LEX I.

g D Vbium nō eſt.[g]
Breuiter dicit totus titu.Libel-
lus datus principi,ſi ad eū eſt re-
ſcriptū,interrūpit ꝑſcriptionē:
& facit actiones trāſitorias in hę
redem in actionibus prætorijs,& annalibus. h.d.
¶Opp.& videtur ꝙ reqratur executoris miſsio:
vt l.cū notiſsimi.in prin.j.de præſcrip.xxx.ann.
1 Rñ.debes ſcire,†ꝙ duplex eſt libell⁹:qdā eſt con-
uētionalis:de quo loqtur aut̃.offeratur.de lit.con
teſt.& per illum nō inducitur interruptio pręſcri
ptionis,niſi citatione ſecuta:vt l.contra,quod dic
vt ibi.Quidā eſt libellus ſupplicatorius:& p iſtū
2 inducitur litis† cōteſtatio,ſi offeratur principi tan
tū,ſecus ſi alij iudici:& ad eū princeps reſcribit:&
intellige ī actionib⁹ prętorijs & annalib⁹,vt dixi.
¶Opp.de l.vt perfectius.de anna.excep.Solu.ſpe
ciale eſt in illis quatuor caſibus.Non habetis alia.

h *Vt lite pendente.*[h] *Rubrica.*

¶Iſtā rubricā ſic apoſtillate,vt lite pēdēte,ſcilicet
principali per li.conte.ibi vel poſt prouocationē:
ſcilicet pēdēte cauſa appellatiōis.ibi ante diffiniti
uā,ſcilicet q̄ nō pōt retractari per appellationē.Et
ex his apparet,ꝙ quædā gl.ſuper verbo prouoca-
tione.nō bene dicit:& ſecūdū hoc ꝙ ſeqtur in ru-
brica:aut diffinitiuam ſententiam: nihil adhæret
ad præcedens.Ita intelligit Azo.in ſumma.

LEX I.

L Icet poſtquam.
Breuiter dicit.Sentētia lata poſt
ſupplicationē datā añquā prin-
ceps rñdeat, valet.h.d. Lex iſta
duob⁹ modis pōt intelligi:vel ꝙ
ſupplicatio erat data:qa petebat aliqđ priuilegiū:
vt puta ne aliqs poſſet eū corā aliquo iudice cōue
nire:vel petebat̃ aliqđ reſcriptū,ſ.iudex delegat⁹.
¶Opp.ī aut̃.vt diffe.iud.§.ſi verò.& de mā.prī.§.
& neq; ꝑmittere.Dicit gl.intelligo ꝙ iſta ſuppli-
catio

ij.extra de dila.& in c.ſuper eo.extra,de appel.Itē ꝙ in ſummarijs reſcriptū cū ſupplicatiōe habeat vim petitionis & libelli , vide Alex.in conſil.cc j. in prin.in ij.vol.

g ¶Dubium non. eſt . Ad materiam huius legis vide quod not.in c.ſignificauit.extra,de reſcript.

*P.PAV.P.*

h ¶Pendente. Circa iſtam rubricam ꝙ lite pendente nihil debeat innouari,vide Rom . Ponentem vnum ſingularem caſum in ſingulari.cccccii j. incip.accuſatus.

h ¶Pendente.Quando dicatur lis pendere,vltra hic not. vide per gloſſ.in c. ij. vt lite pend. per Angel.in rub.ſ.de in ius voc.per glo. ibi poſitam . & vide quæ dixi in l. cum notiſsimi. j. de præſcript.xxx. anno.& vide in lege vbi cœptum. ff. de iudicijs.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ✥POMATES.¶Supplicare. Ad materiam iſtius legis quando ſuperuenit priuilegiū, vel ſtatutū, lite pendente quid operetur, vide Bald. in l.tutor petitus.ff.de excu.tut. Vide Anch.in c.pe.de offi.leg.in vj. Vide in c.fi.vt lit.pen. Et an ſi pendet coram arbitratore debet fieri mentio litis pendentis, vide do.Pet.in cōſi.cxlix.in fi.

catio fuit porrecta, poſtquā preſes fuerat reqſit⁹. Denegabat facere iuſtitiā: aľs iſta ſupplicatio non permittereť. Ita dicit gl.j.in fi.¶ Itē iſte fi.gl. non bene cōcordat cū prin. Nā qđ in fi.diciť, habet locum qñ impetratur reſcriptū ad obſeruantiā iuris communis. ſed hic in prin. loquitur quando impetratur priuilegiū. quod pōt indiſtinctè quandocūq; impetrari: vt dicā j.l.prox.& vbi videbitis.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Quando quis poſsit ſupplicare ante li.cōteſt. & poſt.

2 Quando poſt ſententiam quis poſsit ſupplicare.

3 Priuilegium contra cauſam lite pendente quando quis impetrare poſsit.

LEX II.

Supplicare. [a]diuidiť in duas partes. Prima loquiť qñ aliqs ſupplicat lite pēdēte. Secūda qñ poſt ſnīam[b]. Scđa ibi: qui aūt. Item prima ſubdiuidiť: q̄a priò ponit dictū: ſcđò exceptionē. ¶ Opp.& videtur q ante lit.cōteſt. ſupplicare nō liceat. in auť.vt diff.iudi.§.ſi vero.& de ma. prin.§.& neq; pmittere. Sol. Fateor, q nō licet ſupplicare pro delegādo iudice, niſi iudex ordinari⁹ requiſitus deneget facere iuſtitiā. ¶ Oppo.ne quid in loco pub.l.ij.§.meritò.& §.ſi qs à principe. So. Ibi impetrabatur aliud priuilegiū ſuper eo q cauſam nō tangebat.& ſic pōt indiſtinctè impetrari. ¶ Opp.in auť.in medio litis.§.ſuper hoc. Sol. qđ hic deficit ſuppletur p illā legē. Et ideo ad declarationē totius materię diſtingue ſic: Aut qs vult impetrare ſup aliqua cā reſcriptū: aut priuilegiū. Primo caſu † aut ante lit.cōteſt.& nō pōt niſi ordinarius requiſitus deneget facere iuſtitiā: vt in auť.vt diffe.iud.§.ſi verò. & de mand.princ.§. & neq; permittere. Aut poſt li.cōte.& tūc licet ſupplicare de quatuor. Primò vt ſibi fiat copia actorum. Secundò vt ſibi fiat copia pronūtiationis: vt hic. Tertiò q præcipiať iudici q procedat ſi erat negligēs. Quartò q alijs aſſocietur ſi eſt ſuſpect⁹: vt in auť.in medio litis.§.ſuper hoc.¶ Aut † vult ſupplicare poſt ſententiā: & tunc aut ſententia eſt appellatione ſuſpenſa: & tunc idē ac ſi nō eſſet iudicatū.ar.l.j.in fi.ff.ad Turpil.& ita loquitur nr̄a rubrica. Aut non erat appellatione ſuſpenſa: ſed trāſierat in rē iudicatā: & nullo m°. licet ſupplicare: vt hac l.in ff.& j.eo.l.vl.¶ Si verò † vult impetrare priuilegiū aliquod ſi quidē vult illud impetrare ſup cauſa quę agitatur: nullo modo licet: vt in auť.in medio litis.in prin. Si circa alia ī diſtinctè licet: vt ff.ne quid in loco publi.l.ij.§.merito.& §.ſi quis à principe. Non habetis hic alia, &c.

## *Si contra ius, uel utilitatē publicā. Ru.*

¶Cōtinua vt in gloſſ. Iſte titu. habet quinq; leges primas, quę videntur ſibi inuicem cōtradicere, ideo primò legem omnes: poſtea recitabo apparatum ſuper qualibet per ſe.&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Reſcriptum valet, licet in precibus aliquid omittatur.

2 Si alicui mandatur cognitio alicuius cauſæ, an videatur mandata diffinitio.

LEX I.

c Non idcirco. [c]Nota q licet in precibus † aliquid omittatur. nihilòminus valet reſcriptū.h.d. iſta lex.¶ Oppo.j.eo.l.& ſi legibus. Solue vt dicam in l. proxi. ¶ Vltimò, hic videtur eſſe caſus contra gloſ. quæ eſt ff.de procu.l.qui procuratorē. quæ dicit, q cui mandatur cognitio, non videtur mandata diffinitio.† hic videtur tex.in cōtrariū. Breuiter, intelligo hanc legē, q verba reſcripti fuerunt ſimpliciter prolata: vt puta talē cauſam tibi cōmittimus: nec reſtrinxit ſe ad cognitionē: q̄a tūc procederet gl. Cōtrariū dixi in l.a diuo pio.§.j.ff.de re iud.& q ſic debeat intelligi, videť hic ſentire prima glo.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Priuilegium cōceſſum per mendaciū nō valet.

2 Clauſula, ſi preces veritate nitantur, quando tacitè intelligatur in reſcripto vt valeat: & ibi reſcriptum ad obſeruantiam iuris communis q duob⁹ modis conceditur.

3 Si contra reſcriptum opponitur exceptio falſitatis, quæ falſitas impediat cognitionem.

4 Reſcriptum dolo impetratum quando valeat.

5 Reſcriptum impetratum per obreptionem, quando tribuat iuriſdictionem.

6 Reſcriptū oīno falſum ex eo q nunquā emanauit ex cancellaria, qñ ſit q tribuat iuriſdictionem.

7 Si contra reſcriptū opponitur exceptio mēdaciorum: quomodo ſuper tali exceptione procedetur.

8 Exceptio dilatoria, vt puta, nō eſt is meus iudex. quia hic non contraxi: vel quod reſcriptum ſit falſum, quando debeat probari ante lit.conteſt.

9 Si Florentinus conuenitur, quia promiſit dare centum in caſtro Cluſino comitatus Peruſij: & opponit q illud caſtrum ſit comitatus Cortonæ, iudex poterit ſuper hoc cognoſcere & pronuntiare.

10 Probatio facta q aliquis locus ſit de iuriſdictione, puta Peruſina cùm non ſit q non præiudicet iuriſdictioni iudicis cuius eſt locus.

11 Princeps poteſt ignorare ius conſuetudinarium. & ita omnis iudex.

12 Ius non ſcriptum debet allegari & probari: ſecus eſt in iure ſcripto.

13 Statutum factum alibi, ſi allegatur vbi cauſa agitatur, debet in cauſa produci.

14 Teſtis pōt dicere falſum, etiam tacēdo id quod eſt.

LEX II.

d Præſcriptione. [d]Glo.legit hāc legem quinq; modis. verè tñ intelligendo non ſunt niſi duo modi principaliter: licet vnus diui-

b ¶Poſt ſent. Vide hic Bal. et dicit Bal. in l.præſcriptione. in xj.col.j.ti.j.q in vanū impetrať qcquid cōtra ſententiā impetratur, quę tranſiuit in rē iudicatā. Allegat Inno. in c.lator.de re iud. Adde ſecūdū. Pau. de Caſ. mirabile in fi.l.q ille, qui ſupplicat principi, vt retractet ſentētia, quæ tranſiuit in rē iudicatam, incurrit infamiam. & ſic ſi produciť in teſtē, poterit obijci q nō eſt habilis. dicit ēt q patiť aliā pœnā, de qua in l.pręcedēti. ſed q illud non vidit practicari, ſed menti tenendum: quia facere poſſet honorē: quia pauci ſciunt.

c ¶Non idcirco. Vide no. per Bal. in l. pręſcriptione. maximè ī xij.co. j.eo.

d ¶Pręſcriptiōe. Circa materiā adde q impetrās debet pbare vera eſſe oīa, quę narrat: vide do.Pe.ī cōſi.xxxj. Andre.Barba.

d ¶ Pręſcriptiōe. In hac l.dicit, q nō ſolum inimicus à teſtimonio repelliť. l.ſi quis teſtib⁹. C. de teſti. Sed etiam ille, cū quo proximè eſt facta pax. et vide Inn.in c. cum Ioānes.& Ant. extra de re iud.& eūdē Inno. in c. cum oporteat. in gl. inimicus. vbi melius de accu.& quæ dixi in l.poſt legatū.§.is verò.ff. de his quib. vt indig. Ex oppoſito de impugnatione priuilegij, vide Spe.in tit.de inſtru.edi.§.nunc autem videndum.de impugnatione priuilegij, &c.

d ✥P. PAV. P.¶Pręſcriptiōe. Circa iſtā materiā ſubreptiōis, adde q op⁹ eſt oīa ſpāliter exprimere, q̄ remouere poſsint principē, vel cōcedētē à conceſsiōe, vel ipſum reddere difficiliorē: nec ſufficit ſub gñalitate, & in iudicio verborū exprimere: vide ſingu. Ro.cōſi.ccxxvj. incip. in pręſenti cōſultatiōe. per totū. & maximè circa fi. dū loquiť de iuramento contrauenīēte cōtractui & à tali iuramento nō petere habitationē: & ſi petierit: nō vti: quia ad habitationē, quam petit, opus eſt oīa iſta pūctaliter exprimere. Vide ibi.& illud cōſiliū ſequiť & cōmēdat Fel.in c.conſtitutus. in prin. in ver. limita quadrupliciter, extra, de reſcri. vbi ampli⁹ dico. & vide oīno Ro.cōſi.ſeq. illud de quo ſuprà. Itē pro limitatione & declaratione regulæ, quæ ſemper allegať q taciturnitas eorū quibus expreſsè princeps nō ita cōceſsiſſet faciliter, vitiet, vide Fel.ī c.poſtulaſti. in ij.col. ext. de reſcrip. An aūt & qñ reſcriptū ſubreptitiū ſit illo iure nullū an verò ſit annullandū, vide Feli.in c.ad audientiā. el ij. in ver. itē ad lites. extra de reſcript. Item q neceſſe ſit exprimere quare, quomodo, quid, & qualiter ſit actū: nec ſufficit ſimpliciter dicere q ſit factū, vide Feli.in c. dilectus. el ij. in pe.col. de reſcri. Pro quo facit qđ ſupra ſcripſi in prin. ſecundū Ro.in d.conſi.cccxxvj. Nota tñ q vbi plures cauſæ exprimūtur in reſcripto, vel rationes, nō eſt neceſſe oēs probare: ſed ſatis eſt probare vnā, quæ ſit ſufficiens ad impetrationem, vide Fel.in c.ij. verſicu. copula. extra, de reſcrip. in ij.col. Ro.in conſil.ccix. in pe.colū. Item an & qñ ſubreptio in parte, vitiet ī totū, vide Feli.in c.ſedes apoſtolica. in verſi. ſubreptio. & in c. ſuper literis. extra. de reſcript. vbi ponit latiſsimè quæ ſunt illa, quę vitiāt reſcriptū ſubreptitium, vide Feli.in c.cōſtitutus. extra, de reſcrip. in princ. Item an de literis renūciatis ſit faciēda mētio in reſcripto, vide Feli.in c. ad audiētiā. in princi. el ij. extra, de reſcrip. Quid autē in beneficialib⁹ an ſit exprimendum ad euitādū ſubreptionem, vide latiſsimè Feli.in c.in noſtra. extra, de reſcri. vbi pōit corollaria. Vide etiā in d.c.ad audientiā. el ij. de reſcrip. per eū. Quid autē de impetrante beneficiū, qui dicit ſe dotaſſe, & nō eſt verū, vide Fel.in c. fi.in j.col. extra, de præſum.& ibi etiā in ij.colū. Quid de impetrante & narrante q nō excedit certā ſummā: & ſic falſum, an vitietur reſcriptum. Itē q omiſsio cuiuſq; minimi vitiet reſcriptum exorbitans à iure cōi, vide Alex. cōſil.cclxviij. in pe.col. Nunquid autē ſit neceſſe facere mētionē de poſſeſsione euidenter iniuſta: vide Panor. poſt glo.in c.in veſtris. in iij.col. de conceſ.præb. vide Roma.conſi.ccccxcix. Item q reddať ſubreptitiū, ſi pars non fecit mentionē de termino dato ad probandū id quod petit, vide Ro.cōſi.clxxvj. ad finē. Itē q neceſſe ſit facere mētionē de appellatione interpoſita, vel de litis pendentia, vide Ro.conſi.cccxxx. in prin. Item an ſit fienda mentio de qualitate beneficij, vide Ro.conſil. ccclxij. & cōſi. ccclxxxiij. Nunquid aūt ſi faciat aliquod factū impetratū per procuratorē habentē ſpeciale mandatū inducatur per hoc reſcriptum ſubreptitiū, vide Roma.conſi.cccclxxxj. Item an ſit fiēda mētio de actu nullo vel elidibili, vide Fel. de quo j. vide Ro.conſi.ccccxxxiij. in j.colū. Iaſo. latè in l.j. huius tit. Item, de primo reſcripto ſeu literis ſubreptitijs, non eſt opus facere mentionem, vide Abb.in c.oblatæ. in vlti. volu. extra de appella.& Moder. ibi. Item quid ſi reſcriptum contineat plura capitula, & fieret obreptitium quo ad quædā, an in alijs ſit etiam nullum. vide hic Moder. poſt Ioā.Fab.in vl.charta. Et Felin. de quo ſuprà.& no-

uiſsimos in l.de pupillo.§.ſi pluribus.de ope.noui nũ.Item nota ꝙ ſubreptio vitiat,etiã ſi ſupplicatis ignoranter tacuerit illud quod ſubreptionem inducit,vide & declara,vt per Abb.in c.ſuper literis.in ij.vol.& in c.cõſtitutus. in ij.volum.extra,de reſcrip.Et vtrobiq; per Feli.& alios. Item adde in materia ꝙ ſurreptitiũ reſcriptũ non tenet,etiam ſi ille qui impetrauit ſit ſanctus,ita ꝙ nõ ſit veriſimile ꝙ ipſe malitioſè egiſſet . Ita Bald.in c.j.in fine. extra,vt lite pend. Iaſ.in l.qui iuriſdictio. in pen. col.in iij.fallen.de iuriſd. om.iudi.& in l.ſed ſi hac.§.patronũ.el ij.in ij.notabi.ff.de in ius voc.& in iſta l. præſcriptione.in fi.Item in materia adde qđ dicit Bal. hic in impetrante gratiã,vel remiſsionem ſeu compoſitionem pro aliquo delicto,nõ expreſſis oĩbus facti qualitatibus ꝙ ſit nulla.de quo vide Iaſ. hic in vlt.co.Et ſimiliter nõ expreſſo primo delicto, de quo etiã habuit gratiã .Feli.in c.poſtulaſti.in iij.co.ad fin.extra,de reſcri. Itẽ ꝙ de actu nullo nõ ſit neceſſariò fienda mentio , vide latè Feli.in c.ex tenore . in ij. & iij. col.extra,de reſcri. Iaſo.in l.cauſas.in fi. C. de tranſac.& alia,de quibus ſuprà . Item quid ſit ſubreptio & quid obreptio,vide Innoc.in c.cum dilecta. & Abb.ibi de reſcriptis . Vide Barba.conſil.lv.in prin.in iiij.vol.Itẽ ſi cauſæ expͤſſę ſint falſæ. ita ꝙ reddat concesſio ſubreptitia.an ſuſtineri poſſit.ſi ſit dictũ in cõceſsione & ex aliis cauſis animum noſtrum mouẽtibus, vide Barba.conſil. xxxiij.volu.iij.

datur in quatuor modos. Aſſumo primũ modũ legẽdi,ſcđm gl.Et ſcđm illũ breuiter intẽdit: Exceptio mẽdaciorũ impedit iuriſdictionẽ iudicis delegati:ſed debet de cauſa ſcđm veritatẽ cognoſci per eũ,ad quẽ de iure cognitio cõpetit.h.d.¶ Ad iſtã lec.opp.ſ.eo.l.j.Sol.Ibi omiſit aliqd leue:hic aliquid graue.¶ Itẽ opp.ꝙ ipſemet iudex debeat cognoſcere illa debere.& cætera.Et ſic videtur ꝙ ipſe iudex delegatus debeat cognoſcere:vt j.eo.l.& ſi nõ cognitio.Solu.qđ ibi dicit,de oĩ negotio cognoſcat: intelligo,ſ.per iudicẽ,ad quẽ ſpectat. ¶ Contra iſtud opp.de hac lege,quæ dicit iudicẽ datũ cognoſcere debere,&c.Et ſic videt ꝙ ipſe iudex delegatꝰ debeat cognoſcere.Huiꝰ timore hęc lex variat quatuor modis.Primo modo,ꝙ iudex delegatus cognoſcat de veritate precũ:& põt pronunciare ſe eſſe iudicẽ vel nõ eſſe:nõ ꝙ de negotio principali cognoſcat,ſi literæ eſſent impetratę per mendaciũ.Iſta reſpõſio nõ videtur bona,per tex.qui dicit,de cauſa cõuenit ferre ſententiã:& ſic innuit ꝙ de cauſa principali. Alij dicunt,ꝙ iudex delegatus,qui aliàs erat ordinarius illius cauſæ,bene cognoſcit,ex vi ordinariæ iuriſdictionis, non ex vi delegationis. Iſta eſt diuinatio:nec eſt veriſimile,ꝙ ei q aliàs erat ordinarius,delegaret cauſa. Tertio modo legit,ꝙ partes cõſenſerunt in iſtũ iudicẽ delegatũ:& ſic magis ex vi prorogationis cognoſcit,quã ex vi reſcripti.Iſta lec.in ſe eſt vera:nã aliqñ reſcriptũ eſt impetratũ p mẽdaciũ, & tribuit iuriſdictionẽ ſi nõ opponat,vt j.dicam: ideo de partiũ cõſenſu poſſet ꝓcedi,& ꝓnũciari. verùm quia diuinationẽ cõtinet ſicuti præcedẽs: ideo alij dicũt quarto modo,ꝙ iudex ordinarius cognoſcat,nõ delegatꝰ.Nec obſtat hic tex.q dicit datũ:qa intelligo datũ ſcilicet à lege:nõ datũ ſcilicet delegatũ.& hæc eſt lec.Pla.qa iſta lec.facit violentiã tex.ideo Azo & Io.legunt alio modo totũ ecõuerſo.Et breuiter dicit ſcđm eoſdẽ:Exceptio mẽdaciorũ nõ impedit iuriſdictionẽ iudicis delegati:ſed debet de cauſa ſcđm veritat cognoſcere & huic lec.cõcordat ſ.l.ꝓxi.& j.eo.l.& ſi nõ cognitio. ¶ Cõtra iſtã lec.opp.j.eo.l.& ſi legibꝰ.vbi dicit, ꝙ mẽdax precator careat penitꝰ impetratis. Huius timore,alia gl.ſi.huius legis iterũ recapitulat oẽs iſtas opin.ideo omitto replicare. Dic ergo breuiter ꝙ in l.& ſi legibꝰ. loquitur in priuilegio impetrato:tunc indiſtinctè mẽdax precator caret penitus impetratis.Ratio:quia illę cauſę quæ fuerunt allegatæ, fuerunt cauſę cõcedẽdi priuilegiũ.
1 †ſed hic loqtur in reſcripto,qđ dat ad obſeruãtiã iuris cõis,in quo cauſæ allegatę nõ ſunt cauſæ concedendi reſcriptũ:vt dicã j.in ſeqũẽtibꝰ cõtrariis. Glo.circa hoc nõ inſiſtit vltra.¶ Cõtra Azo.opp. fortiter:in quolibet reſcripto ineſt cõditio tacita, ſi preces veritate nitãtur:vt j.ti.j.l.vniuerſa.ſi ergo deficit iſta conditio quæ eſt de præſenti:ergo
2 reſcriptũ eſt nullũ:† vt ff.ſi cer.pet.l.cũ ad p̄ſens. Sol.reſcriptũ ad obſeruantiã iuris cõis põt cõcedi altero de duobus modis.Vno modo ſic:Expoſuit B.coram nobis,ꝙ Titius denegabat ſibi reſtituere talem fundum,quẽ dictus B.aſſerit ad ſe pertinere iure dominij : quare dictã cauſam inter eos tibi cõmiſimꝰ terminãdã.Iſto caſu licet aſſertũ ſit prin
a cipi, ꝙ ille fundus pertinet [a] ad B. iure dñij:tñ hoc nõ fuit poſitũ pro conſtati:ſed fuit poſitũ,quia de hoc erat dubiũ:ideo cãm princeps cõmiſit. Cauſa ergo finalis eſt,ſi de eo,qđ ꝓponit, lis eſt vel eſſe põt:ideo ſi dicat illud eſſe mẽdaciũ,nõ impedit iudicis cognitionẽ. Secũdo modo põt cõcedi reſcriptũ,vt dicat ſic:Conqueſtus eſt A. de B.ꝙ fundũ ad eũ pertinẽtem iure dñij detinet:quare mandamus tibi,vt dictũ fundũ ei reſtitui facias.Iſtæ literæ vnũ cõtinẽt expreſsè, aliud tacitè:expreſsè,ꝙ fundũ reſtitui faciat:& pro hoc videtur demãdata executio.j.eo.l.& ſi nõ cognitio.tacitè cõtinet,vt videat mãdata cognitio.Modo ad propoſitũ quãtũ ad cognitionẽ:tũc ineſt tacita cõditio,ſi p̄ces ve
b ritate nitãtur.[b]Sed ſi eſt dubiũ,qa dicat reſcriptũ per mẽdaciũ impetratũ:tũc iudex põt de cauſa cognoſcere ſecũdũ veritatẽ:vt ibi.& d.l.& ſi cognitio.quãtũ ad ſentẽtiã,& executionẽ ineſt illa tacita cõditio,ſi p̄ces veritate nitãtur. niſi iudex reperiat ita eſſe,nõ dabit ſentẽtiã pro impetrãte :imò dabit ſentẽtiã pro alia parte.& hoc eſt quod dicit,
c ꝙ debet cognoſci.¶ Itẽ opp.[c]ad iſtã lect.ff.de fal. .ſi qs obreſerit.vbi illud,quod aliqs impetrat per obreptionẽ nõ valet.Sol.in eo quod impetrat per cognitionẽ,nõ obrepſit principi,p̄terea ſufficit,ꝙ de hoc erat dubiũ.ſed in eo ꝙ impetrat ẽt ſentẽtiã ſecũdũ ſe:in hoc bene eſſet obreptio : ideo reqrit ꝙ cognoſcat de veritate.¶ Opp.de l.ſi verò.§.ſub uẽtũ.de fideicõ.li.Sol.eo.modo quãtũ ad cogonitionẽ reſcriptũ nõ fuit impetratũ per obretionẽ.
3 Vlteriꝰ opp.j.l.proxi.Sol.duobꝰ† modis. Quandoq; opponitur cõtra reſcriptũ ex falſitate ipſius reſcripti:vt qa dico,ꝙ illđ reſcriptũ nũquã exiuit de cãcellaria principis? & tũc impedit cognitionẽ iudicis delegati:vt j.l.ꝓx.Quãdoq; opponitur,ꝙ reſcriptũ eſt verũ in ſe,ſed cauſę in eo inſertę ſunt falſę:tũc iudex debet audire illas cauſas,nõ vt p hoc impediatur cognitio:ſed ad hoc vt ſñia feratur ſecũdũ veritatẽ.¶ Opp.illud,qđ eſt factũ ex falſa cã.debet totaliter irritari:vt in ti.ff.& j.de cõdic. ſine cã.Rñdeo eo. modo quo ſuprà,quo ad cognitionẽ nõ fuit falſa cauſa:ſufficit ẽm ꝙ ſit dubiũ de narratis.Itẽ opp.extra,de reſc.c.ſup literis.vbi dicitur ꝙ reſcriptũ impetratũ dolo,nõ valet.Hic dicitur cõtrariũ in eo qđ dicit mẽdaciũ,qđ p̄ſupponit dolũ.Itẽ ĩ eo qđ dicit mẽdaciũ,vel tacẽdo fraudẽ.Huiꝰ timore dicit Pet.illa decretalis ſeruet in foro eorũ:iſta lex in noſtro.Certè dñi,illa decretalis fuit rectè fcã ad ſoluẽdũ cõtrarietatẽ iſtarũ legũ:ideo nõ eſt aliud,imò idẽ.Puto ergo dicẽdũ ſic: Qñq; reſcriptũ mãdat alicui cognitionẽ cauſæ: tũc qa narrãdo principi p̄ſuponit hoc eſſe dubiũ, nõ põt dici cõmiſſus dolꝰ,licet verũ nõ dixerit,vel falſum ſuppreſſerit:quia ſemp hoc eẽ dubiũ prę
d ſupponit. Ita loqtur hęc lex,et ſ.l.prox.[d]Si verò nõ mãdatur cognitio ſpecialiter,ſed mãdatur executio ſecũdũ formã, quã ſuprà dixi : tũc procedit diſtinctio illius decretalis. Aut hoc fuit factũ per
4 dolũ:qa hoc eſſe dubiũ nõ ꝓponebatur:& † non valet reſcriptũ:vt j.l.ꝓx.Ita poſſet intelligi.j.e. l.& ſi legibus.ita loqtur c.ſuper literis. Sed ſi ſine dolo dixiſſet falſum hoc eſſe verũ:tũc valet reſcriptũ. & ꝓcederet ſecũdũ veritatẽ.Ita loqtur l.& ſi nõ cognitio.& d.c.ſuper literis.&c.¶ Opp.quòd quãdo verũ omittitur,indiſtinctè reſcriptũ nõ ha
e beat effectũ:[e]vt ſ.ti.proxi.p totũ.Rñdeo. iſta eſt veritas vt diſtinguamꝰ ſic.Quãdoq; reſcriptũ impetratur per dolũ,& nõ valet vt ſ.dixi.Quãdoq; impetratur expreſſa falſitate,vel tacita veritate ſine dolo:& tũc quãdoq; fuit expreſſum ſiue omiſſum aliquid,quo non expreſſo,vel nõ omiſſo,nihilominus habuiſſet reſcriptũ:& tũc reſcriptũ valet,& ꝓceditur ſecũdũ veritatẽ:vt hic,& ſ.l.ꝓx. & j.eo.l.& ſi nõ cognitio.Exẽplũ:vbicũque omittitur aliqd de his quę tãgunt merita ſeu veritatem negotij.Si verò illud,quod fuit expreſſum vel omiſſum,erat tale,quo nõ expreſſo,vel nõ omiſſo, reſcriptũ nõ habuiſſet:tũc reſcriptũ valet.Exẽplũ quãdo omittit aliqd,veluti litis pẽdẽtia,vel litis determinatio.Ita loqtur ſ.ti.j.per totũ.& iſtã diuiſionẽ ponit tex.in d.c.ſup literis.¶ Quęro,vtrũ
5 reſcriptum impetratũ per† obreptionẽ,hoc eſt expreſſa falſitate,vel tacita veritate,tribuat iuriſdi
f ctionem.[f]Pla.dicit ꝙ ſic:ſcilicet ꝙ tribuat iuriſdictionem de hoc cognoſcendi,an reſcriptũ teneat vel non

a ✠ P.P AV.P.¶ Pertinet.Et ſic mẽdacium reſpiciens merita cauſæ non vitiat,vide Comeñ.conſi.cij.in prin.

b ¶ Veritate nitãtur.Habes Bal.hic contra in iiij.col.circa prin.iij.col.

c ¶ Item oppo.Ad iſtam lec.&c.ad l.ſi quis obrepſerit.vide Bald.hic in v.columna & in l.& ſi le.j.eod.

d ¶ L. proxima. Sed reſtat reſpõdere ad text.hic,qui dicit, quòd videtur mẽdacium comprehẽdere ſecundũ diffinitionem eius : vt no.glo.in l.de ętate.§.qui tacuit.de interro. actio . Sed dic ꝙ mendacium poteſt dupliciter ſumi . ſtrictè pro eo quod dolum continet,vt in contrario.Item largè pro eo quod non eſt verum.

e ¶ Effectum.Sed an habens reſcriptum cogatur illud repreſentare iudici: dic quòd non : vt not. in c.ex cõqueſtione. de reſti.ſpol.& ibi per Io.And.in nouel.& per Bald. in l.poſtquam.j.de tranſact.vbi dixerunt ꝙ per ſolam impetrationem reſcripti non quæritur ius aduerſario, niſi fuerit productũ in iudicio.Fallit in impetratione iuris iniqui.l.iij. in prin.ibi: licet vſus non ſit.ff.quod qſque iuris. & quod ibi per Mod.Et ad prædicta facit glo. in cle.conſtitutionem.de electio . & vide Bal.in l.j.ſ.vt lit.penden.

f ¶ Tribuat iuriſdictionem.Et hoc tenet Io.de Lign.& Imol. in d.c.ſuper literis . licet domi. Ant.videatur tenere contrarium ,ſecũdum Imol.Adde quòd Bald.in l. quæ ex relationibus.in princi.ſ.de legi.videtur tenere ꝙ reſcriptum obreptitium ſit ipſo iure nullum. Tenet Bal.in l.ſi.in j.col. j.ſent.reſcind.non poſſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Omnino ſalſum. Vtrum reſcriptū omnino falſum tribuat iuriſdictio-
nem, Inn. tenet ꝙ nō, in d.c. ſuper literis. facit quod no. de excep. c. cū ve-
nerabilis. & de proba. c. licet cauſam. ipſe tamen Inn. tenuit contrarium
in c. ij. de dila. & videtur tenere hic Bar. & tenent cōmuniter Legiſtæ. &
illud etiā tenet do. Flo. in d.c. ſuper literis. reprobāt Imol. ibi: ſed d. Ant.
in d.c. ſuper literis.
tenet primā opi. ſe
quēdo Inn. & rñ-
det ad omnia obie
cta. & videtur vel-
le hic Bal. ſed opin.
Bal. & ſequaciū vi
det̃ verior. & quan
do decretū ꝑ ſub-
reptionē ſit nullū,
vide Bald. in l. j. C.
de fideiuſ. mi. & in
l. j. §. eod. & Pet. de
Anchar. in c. ſuper
literis. de reſcr. qui
tenet ꝙ teneat: ſed
venit reſcindendū.
& idem Innocē. &
Anto. de But. in c.
veniens. de fil. preſ
by. & per Bald. hic
in viij. colum.

b ¶Non in iſto ter-
ritorio. An iudex
poſſit cōtra nō ſup
poſitū cognoſcere
ſi cōtempſerit, vel
deliquerit in terri-
torio. De quo etiā
per Bart. in l. ij. ſi qs
in ius voc. nō ierit.
in ij. col. addo gl. in
l. de iure. ff. ad mu-
nicipa. Adde quod
no. in c. ſciſcitatus.
de reſcript. & in c.
præterea. de dila. &
in c. ſuper literis. &
vide do. Ant. in c.
ſi clericus laicū. de
foro cōpe. & ibi ꝑ
Imo. & alleg. Bar.
contrarium in l. ij.
ff. ſi quis in ius vo.
non ierit. & illud
quod tenet ibi, eſt
falſum, ſecūdū do.
Ant. & Imol. in d.
c. ſup literis. & cō-
tra ipſum videt̃ vel
le Inn. in c. Roma-
na. in §. cōtrahen-
tes. & vide qđ ha-
bet̃ ꝑ Guid. de Su-
za. in l. raptores. in
ver. præſcriptione.
C. de epiſc. & cleri.
Adde Bal. in l. ſi qs
ex aliena. ff. de iu-
dic. & per Io. Cal.
in repe. c. de illis. in
iiij. q. de rap. & per
Pet. de Anch. in re
peti. c. poſtulaſti.
de for. cōpe. in j. q.
& vide oīno Alex.
in d. l. ij. ſi qs in ius
vocat. non ierit. in
vj. col. cum ſeq.

c ¶Mihi videt̃. Pro
iſta queſtione vide
do. Ant. in c. ſi cle-
ricus laicū. de fo. cō
pet. allegauit Bart.
cōtrariū ſibi in l. ij. ff. ſi quis in ius voc. nō ier. & vide Moder. in præalleg.
c. ſi clericus laicum. & ibi do. Abb. & vide quæ dixi in d.c. ſi clericus la-
cum. vide Lud. Ro. in cōſi. ccvj. vbi loquit̃ ſingulariter ſi ſufficit ſola alle
gatio, an ſit neceſſaria probatio? And. Barb. Adde tu circa iſta dicta Bart.
hic. & vide do. Maria. Soci. in c. dilectus. de fo. cōpe. arti. ij. q. ix. & eundē
in c. ſi clericus la-
cum. verſi. circa x.
principalem articu
lum, col. vlti.

d ¶ Debet probare.
Opponēs exceptio
nē cōtra reſcriptū,
illud debet proba-
re. Hoc limitat In
no. in c. ſuper lite-
ris. de reſcrip. in gl.
in verſi. forſan. niſi
reſcriptum eſſet ſu
ſpectū. & vide Cy.
hic.

e ¶ Non pōt proba-
ri. Illud ſequit̃ Iac.
But. vt refert Bar.
Sed aduerte: quia
Inn. in c. Romana.
§. cōtrahētes. de fo.
cōpe. in vj. & Ioā.
Andre. in c. j. de li.
cōte. & doc. in d.c.
ſuper literis. videt̃
tenere contrarium
expreſſè. & ibi vi-
de plene.

f ¶ Aduerſario ſciē
te. Sed Imo. in d.c.
ſuper literis. videt̃
cōcludere finaliter
in hac quæſtiōe, ꝙ
etiā cōtra ſciētem.
qui verè eſt in poſ
ſeſſiōe, quo ad alia
vtit̃ ſua quaſi poſ-
ſeſſiōe, præfert̃ in
illa. Pro hoc facit
qđ no. Inn. in c. o-
lim. el. iij. de reſtit.
ſpo. vnde tūc poti⁹
dicit̃ in ſua poſſeſ-
ſione turbari: ſecus
fortè, ſi illa vteret̃
quo ad illa: nec cō-
traheret quātū in
eo eſſet: qa tūc for
te ꝓcederet opin.
Bar. & Inn. in c. ſu
per literis. antequā
ꝑdictæ opiniones
ꝑ ea quæ habētur
in d.c. olim cū dile
ct⁹. no. ī l. j. & ij. C.
de ſer. Ita videt̃ te
nere Imo. in d.c. ſu
per literis. Item ad
hoc no. ꝑ Bar. add
qđ idē no. in l. j. de
procu. ad fin. & ad
prædicta cōcorda-
re videt̃ Inno. in c.
cū dilectus. de offi.
archidia.

g ¶ Mentiri de iure.
Et no. ꝙ iſta gl. ꝓ
ſing. alleg. Ang. &
Imo. in l. ij. ff. de re
iudi. ad hoc videli-
cet: qa licet iudex
nō poſſit alterare
tpā appellādi, vt ꝑ
Bart. & doc. in d. l.
ij. tñ per ſtatutū, &

vel non. Hoc etiam colligitur ex iſto tex. qui di-
cit: præſcriptione mendaciorum, &c. dicit glo. &
bene, præſcriptione, id eſt, exceptione, ergo iuriſ-
dictionem tribuit ipſo iure ſi non apponatur. &
ſic poteſt cognoſcere vtrū reſcriptum fuerit im-
petratum per obreptionem vel non. & hoc etiam
probatur in d.c. ſuper literis. De hoc etiam ponit
multa Inno. in c. cæterum. & c. ad hæc. & melius
in c. cū dilecta. de reſcrip. ¶ Quæro vtrum reſcri-
a ptum omnino falſum[a], quod nūquā emanauit de
6 cancellaria principis, tribuat iuriſdictionē. † Doc.
hic dicunt ꝙ propter dubium poteſt ipſe de hoc
cognoſcere, an literæ ſint falſæ, vel non: ſicut dici
mus ꝙ ſententia contra ſententiam non valet. ve
rum eſt, niſi de hoc dubitetur vtrum prima deceſ-
ſerit: vt ff. quæ ſenten. ſine app. reſcin. l. j. in prin.
de tranſac. l. poſt rem. Inn. de hoc in d.c. ſuper li-
teris. multum dubitat, & multorum opin. recitat.
Breuiter, mihi videtur, ꝙ ſi quidem reſcriptū non
habet manifeſtam falſitatem: ipſe iudex, cui vide-
tur dirigi, poteſt de iſta falſitate cognoſcere, &
pronunciare ſe eſſe, vel non eſſe iudicem. Ita intel
ligo j. l. proxi. vbi coram eodem iudice poteſt op-
poni de falſitate. Ratio: quia illud reſcriptum licet
ei non det iuriſdictionem: tamen conſtituit eum
in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis: propter quod
habet initam cognitionem, & pronunciationem:
vt j. de ſenten. l. ſi arbiter. de teſt. l. j. de offi. preto.
l. Barbarius. Si verò contineret manifeſtam falſi-
tatem: tunc ipſe in quaſi poſſeſſione iuriſdictio-
nis non conſtitueretur, nec poſſet pronunciare ſe
eſſe iudicem vel non. argumen. j. de edi. diui Adr.
tollen. l. vlti. ¶ Quæro, quando iſtæ exceptiones
mendaciorum opponuntur, quæ erit practica: nā
7 videtur † quòd de ea erit his quærēdum. nam an-
te litis conteſtatio. contra reſcriptum opponitur,
quòd continet mendacia. vnde in iſta cognitio-
ne, an ſit iudex, vel non, cognoſcetur de veritate
precum. demum ſi poſtea pronunciauit ſe eſſe iu-
dicem, erit neceſſe quòd iterum de veritate nego
tij cognoſcatur: quia probationes factæ ante litis
conteſtationem non fuerunt factę in principali
negotio. Inno. videtur velle quòd ante litis con-
teſta. cognoſcatur de veritate precum ſummariè:
poſt litis conteſtationem plenariè. Et hoc idem
dicit in alio exemplo: Pone: Florentinus hic con-
uenitur ratione delicti, vel contractus: ipſe ab ini
tio opponit exceptionem dicens: Domine, non
eſtis meus iudex: quia non contraxi, vel deliqui
in territorio veſtro. Ante litis conteſtationē exa-
minabitur ſummariè vtrum contraxerit vel non
b in iſto territorio,[b] poſt litis conteſtationem exa-
minabitur plenè. Hoc idem tenet Iacob. Butri.
Adducit ſimile: in actione ad exhibendum præ-
paratoria cognoſcetur ſummatim de dominio: in
rei vendicatione cognoſcetur plenè. Idem ſi mi-
nor petit reſtitui ad allegationem omiſſam: nam
antequàm reſtituatur, cognoſcetur ſummatim,
vtrū ex illa omiſſione ſit læſus: aliàs non conce-
deretur reſtitutio ſibi: vt l. nā poſtea. §. ſi minor.
ff. de iureiuran. Poſtea cùm illa exceptio propo-
neretur in iudicio, in quo omiſerat, de cauſa co-
gnoſcetur ſummariè. Vltramontani, & Pet. dice
bant quod illa exceptio debet reſeruari poſt litis
conteſtationem. ne de eodem bis cognoſcatur.
Gui. de Cugn. in l. ſecunda. ff. de in ius vocan. tan
git iſtam quæſtionem ex dictis eius: licet non fa-
ciat mentionem. Cy. hic fecit vnam additionem.
& dicit Gul. quòd iſta exceptio, ego non contra-
xi in territorio tuo: non debet admitti: quia non
poteſt probari, non enim ſequitur, cōtraxi alibi:
ergo non contraxi in territorio tuo. Item ſi pro-
barem abſentiam meam, potuiſſem contrahere
exiſtens alibi in territorio per procuratorem: vel
potuiſſem contraxiſſe exiſtens alibi in territorio
huius ciuitatis: vt l. cōtraxiſſe. de actio. & obliga.
c Mihi videtur[c] quòd debeamus aduertere quan-
do illud, quòd opponitur per modum declinato- d
8 riæ † iudicij, tangit negotium principale, vtrum de
beat examinari ante litis cōteſtationem vel poſt.
Dico ſic: Aut ante litis cōteſtationem, & poſt, ve-
niret probandum ab eadem parte: & tunc proce-
dit dictum domini Innocen. & Iaco. But. quia an
te litis conteſtationem probatur ſummariè: poſt
litis conteſtationem plenè: vt in exemplis ſuprà
poſitis ſecundùm Iacob. But. Quandoꝙ ante litis
conteſtatio. incumbit probatio vni poſt lit. conte
ſtatio. incumbit probatio alteri: tunc ego dico, ꝙ
vtrunque perfectè examinabitur: vt in exemplo e
huius legis. Nam ille qui opponit exceptionem
d mendaciorum, illam debet probare[d]: quia ipſe di-
cit hoc ad excludendum iudicium. Vnde cùm mē
dacia ſint cauſa ſuæ intentionis: ergo ei incumbit
onus probandi, vt l. ei qui. ff. de proba. ſed poſt li-
tis conteſtationem actor debet probare veritatem
quia illa aſſertio eſt cauſa ſuæ intentionis: ergo ei
ei incumbit onus probandi: vt l. qui accuſare. j. de
eden. Sed ſi exceptio mendaciorum eſſet ita nega-
tiuè concepta, quod nullo modo probari poſſet,
tunc non admitteretur ad probandum eam. Ita lo
quitur dictum Gul. ſi enim conuenitur hic Floren
tiæ ꝙ promiſit hic dare centum, ipſe excipit ſe f
non promiſiſſe: certè cùm non ſit coarctata loco,
e vel tempore, iſta negatio non poteſt probari[e] an-
te litis conteſtatio. per eum cui incumbit onus ꝓ-
bandi: niſi probetur per confeſſionem aduerſarij:
aduerſarius iam poſuit contrarium: ergo &c. Sed
ſi quæſtio iſta reuolueretur ſuper aliquo de cohę-
rentibus ipſi promiſſioni, de qua agitur: tunc
bene poſſet examinari ante litis conteſtatio. cùm
poſt non veniret examinandum Exemplum.
9 † conuenitur Florentinus hic quòd promiſit dare
centum in caſtro Cluſino comitatus Peruſij: op-
ponit Florentinus quòd caſtrum illud non eſt co-
mitatus Peruſij, ſed eſt comitatus Cortoni. Certe
ipſe poterit examinare hoc & pronuntiare ſe eſſe
iudicem, vel non eſſe: vt l. ſi quis ex aliena, de iu-
10 dicijs. An autē iſta probatio † preiudicet iudici,
in cuius territorio dicebatur illud caſtrum Innol
tract. in dicto c. ſuper literis. Breuiter, puto quòd
non noceat, nec quoad proprietatem: quia res in-
ter alios acta &c. nec quo ad poſſeſſionem: quia
in iſtis rebus incorporalibus non acquiritur
f quaſi poſſeſſio, niſi aduerſario ſciente[f] & patien-
te: vt l. penulti. ff. de ſeruitu. ¶ Gloſſa quærit qua
liter fuit mendaciū in narratione iuris: cùm prin
ceps, qui ſcit omnia iura, non poſſit mentiri de iu
g re[g]. Gloſ. ponit exemplum quòd fuit mentitum
in iure conſuetudinario quod probabiliter po-
teſt ignorare. & vide glo. quam not. & tene men-
11 ti perpetuò. ¶ Nota ex hac glo. primò † quòd ius
conſuetudinarium poteſt princeps, & etiam qui-
libet iudex. probabiliter ignorare. & de hoc habe
tis text. in ca. j. de conſtitutio. libro vj. ¶ Secundò
nota quòd licet iura non debeant produci co-
ram Iudice, nec de eis fieri poſitiones: tamen
12 hoc eſt verum in iure ſcripto. ius † autem non
ſcriptum debet probari. Videbitis infra de iura-
mento calumniæ. l. ſecunda. §. quod obſeruari. in g
gloſſa quæ tractat materiam poſitionum. ¶ Item
13 dico, quòd ſtatuta † quæ ſunt alibi, facientia
ad cauſam quæ agitatur: hic debent produci
in cauſa, ſicut alia inſtrumenta priuata: quia
Iudex poteſt illa probabiliter ignorare. ſicut
hic videtis. Oportet quod principi allegetur,
& probetur plenè, vt dixi in lege, omnes po-
puli. ¶ Vltimo nota quòd teſtis poteſt dice-
re falſum non ſolùm mentiendo, hoc eſt dicen-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſuetudinē pōt illud tēpus alterari.gl.eſt hic ſcd̄m eos.Nec mirādū eſt
ſcd̄m Imol.ibi quia ſtatutū & cōſuetudo pōt detrahere diſpoſitioni le-
gis:vt l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& l.de quibus.ff.de legibus.

a ✠ *P.P A V.P.* ¶Tacendo. Vide Felin. in cap.j.extra, de teſtib.
cog.Iaſonem hic,in ij.colum.

14 do quòd nō eſt: ſed † etiam tacendo [a] id qud eſt :
a vt hic vides tex.not.quem tene menti.Simile ha-
bes ſ.de epiſ.& cle.l.presbyteri. ff.de contrahēd.
empt.l.ea quæ.§.ſi.quod not.& tene menti.

LEX III.

PVniri. Iſta lex pōt habere duplicem intellectū. Vno modo ,ꝙ opponatur de falſitate corū, quę ſunt narrata principi. Alio modo ꝙ intelligatur de falſitate reſcripti:quaſi princeps nunquā ſciuerit,nec vnquā emanauerit,de cācellaria principis:vt dixi.ſ.&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Si mandatur executio, videtur eſſe mandata cognitio.
2 Princeps poteſt delegare executionem.

ET ſi non cognitio.

Hæc eſt notabilis lex. ex qua nota ei,
1 cui mandatur executio,†videtur man-
dari cognitio.& dedet cognoſcere ſecundū veri-
tatem precum. ¶Oppo.j.proxi. Sol. vt dixi in l.
præſcriptione.¶Opponi.ꝙ executio non poſsit
mandari:vt l.iubere cauere.de iuriſ.om.iud.Solu.
2 hic†Princeps delegat:non alius. Alij dicūt,ꝙ hic
demandat cognitionem,non executionem.quod
eſt contra iſtum tex. Alij dicunt ꝙ hic demanda-
uit primum decretum:non autem ſecundùm.Sed
certè nec executio primi decreti poteſt demanda
ri:vt l.iiij.§.duas.de dam. infect. Tene ergo pri-
mum,quòd hic Princeps demandauit. ¶Oppon.
j.de exceptio.rei iudica.l.ſi vt proponis. vbi dici-
tur, ꝙ executor nullam cognitionem habet. Sol.
hæc eſt vera:ibi loquitur quando committitur ali
cui exceptio alicuius ſentētiæ:hic loquitur quan-
do committitur executio alicuius facti:cùm nul-
la præceſſerit ſententia. Vnde cùm ad executio-
nem non poſsit perueniri,niſi præcedente cogni-
tione:vt l.j.j.de excep.rei iud.mandando execu-
tionem videtur committere cognitionē.Et pro-
pter hoc non placent quædam gloſſellę,quę ſunt
hic,quæ dicunt ꝙ fuit dictum Principi ꝙ erat la-
ta ſententia,& tunc cognitio non videtur deman
data.De hac materia dixi plenius in l.à diuo Pio.
in princi.de re iudic.Gloſ.tractat illam materiam
extra,de offic.delega.c.paſtoralis.in glo.ad intel-
ligentiam &c.

ET ſi legibus. Iſta lex proprie loquiť
b in priuileg.[b] ¶Opp.ꝙ debeat valere reſcriptum,non obſtantibus falſis allegationibus:vt l.proxi.& l.preſcriptione.Glo. non ſoluit.Dic,ſuprà loquitur in reſcriptis,quæ conceduntur ad iuris communis obſeruantiam. & ideo veritas eorum,quæ narrātur,non fuit cauſa reſcripti:ſed ſufficit eſſe dubiū.hic verò in pri-

a ¶Tacēdo. Et vide quod habetur in l. Paulus.ff.de fal. & ideo allegať in regula culpa. de reg. iur.in vj.nunquid videns committere homicidium, & prohibere potens ſi non prohibeat, teneať de homicidio de quo per Angel.in l.j.§.ſi reus. & l.ſi actoris. de eo per quē factū eſt. & Bart.in l.metū. facit quod no.in c. ſicut dignū.de homicid. Sed quid in teſte, qui veritatē vult celare? Dic ꝙ nō punitur de falſo.c.j.in princ.ſi de inueſti.inter do. & vaſal.liſoriatur.Et ibi ſubdit Bal. hoc eſſe verū,niſi præmiſſo iuramēto veritatē celet.Et addě quod not. in gl. in l.Luci⁹.de infami. quæ vult,ꝙ reprobetur dictū teſtis, quod plene nō narrat factum. & dicitur reprobetur : id eſt, nō approbatur.facit de accu.c.cū dilecti.vbi iurans dicere veritatem, tenetur dicere verū, & plenè. Item de eo quod dixi ſuprà quando poſsit iurare illum qui occiditur,vide Bald.in auť.ſed nouo iure. C.de ſer.fugi. Adde quod doc.& maximè Imol.in d.c. ſuper literis.de reſcri.in no.huius literæ,vbi probatur paria eſſe,dicere falſum & tacere verum, Dic ꝙ illud facit ſcd̄m Iacob. But.ꝙ teſtis incurrat pœnā falſi ſi taceat veritatem : vt eſt tex.in c.j.extra,de fal.& dicit do. Ant.hoc verum,quando iurauit plenam & meram veritatem dicere.Secus ſi iuraret ſe liberè ad interrogationes reſpondere,per tex.quem dicit valde no.in c.cùm dilecti.el j.extra, de accu.Sed certè ille tex.ſecūdùm Imo.loquitur in inquiſitore,non autem in teſte,qui debet dicere veritatē pro vtraꝗ parte,iuxta no.in c.fraternitatis.in glo.ſi.de teſti.& in auť.ſi iudex.ſ.de epiſ.& cler.per Bar.in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.de iureiuran. Vnde videtur,ꝙ ſi doloſè indiſtinctè tenet ꝙ incurrat pœnam falſi,per præallegatum c.j.ſecūdùm Imo.Et quando dicatur dicere plenam veritatem,& quando meram veritatem,vide gloſſ.not.in c.cùm dilectus.in verbo,plenam.& in verbo, meram.Et adde Bal.in l.presbyteros.hic allegata,& quod etiam ipſe no. in l.data opera.in xij.colū.Et iſtis adde Bald.in l.nullum.C.de teſtib.vbi vult, quòd ſi teſtis tacet veritatem,punitur criminaliter,& ciuiliter,ad intereſſe.

b ¶Loquitur in priuileg.Vide Bal.in l.præſcriptione.in v.col.ſ.eo.

c ✠ *P.P A V.P.* ¶Omnes cuiuſcunq;.Circa materiā huius legis,in qua tractatur de clauſula,nō obſtāte,vide omnino Feli.in c.nōnulli extra,de reſcrip.vbi latiſsimè per ſex chartas tangit materiā iſtam:& an & quādo requiratur ſpecialis,& an ſufficiat generalis,& de effectu eius.De clauſula autem derogatoria,vide quæ ſcripſi in l.ſi quis in principio teſtamenti, de lega. iij. Quid autē in dubio, nō præſumatur princeps velle vti plenitudine ptātis, nec clauſula, non obſtāte ſed iure cōmuni, vide Iaſonem latè in l. quāquā.in j.col.de teſta.mili. Limita vt per Alexā.in l. cēturio.in viij.col. de vulga.& pupil. An autē princeps tollere poſsit defenſionem, & quā, vide Felin. in c.ex parte. el ij. in ij. col.de offic.deleg. de quo habes ad Bar.in l.vt vim.ff. de iuſti.& iure.

uilegio,& cauſæ narratæ ſunt proxima cauſa finalis priuilegij.ideo ſi reperitur mendacium,non valet priuilegium.Hic non ſunt alia.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Princeps quando poſsit contra ius diuinum reſcribere.
2 Princeps quando poſsit mihi auferre dominium rei meæ.
3 Princeps quādo poſsit reſcribere contra ius ciuile.
4 Clauſula,non obſtante,quòd requiratur quando Princeps reſcribit contra legem.
5 Clauſula,non obſtante:quomodo ponatur quando reſcribitur contra legem.

c OMnes cuiuſcūque. [c]

Breuiter dicit : Reſcripta contra ius, vel
contra publicam vtilitatem,nō ſunt ſeruāda.h.d.
¶Hic habetis vnam gloſ.quæ ponitur de verbo
ad verbum in l.j.de conſti.prin.Glo.iſta aliquātu
lum eſt infraſcata.Ratio eſt,qa in iure noſtro ſunt
quædā diuerſa.nā Princeps alicui aliquid cōcedit,
quandoque ius commune condendo:quandoque
iuriſdictionem exercendo:quādoque cōcedit re-
ſcriptum,quod eſt ad iuris cōmunis obſeruātiam:
quādoque cōcedit beneficium vt ſi concedit do-
mino caſtrum,vel feudum:quādoque cōcedit pri-
uilegium cōtra ius commune.Iſta ſunt ſeparata:
& iura iſtis vocabulis abutuntur.Et gloſſ.hic poſi
ta tractans,vtrū Principis reſcripta,cōtra ius va-
leāt.promiſcuè tractat de reſcriptis:qńq; de pri-
uilegijs:quādoque de lege.& doc.hic non exami-
nant tex.Quęro ergo primò,vtrum Princeps poſ
1 ſit reſcribere contra ius diuinum.† Dic vt in gloſ.
quam vide.¶Secundò quæro,vtrum Imperator
poſsit reſcribere contra ius humanū.Et vide glo.
ibi:ſi verò &c.Vidiſtis illud quod,dixit gl.Tu di-
2 cas ſic:†Circa hoc an Princeps poſsit mihi aufer-
re dominiū rei meæ.Dic aut vult mihi auferre do-
minium,ius commune condendo,& poteſt:vt in
toto titulo ff.de bon.damna.&c.& in authen.in-
ceſtas.j.de inceſt.nupti.ff.de public.l.commiſſa.
Aut vult mihi auferre iuriſdictionem exercēdo:
& poteſt:vt l.fin.j.de iure do.impetran. Aut vult
mihi auferre priuilegiū alteri cōcedendo: & tunc
d aut in hoc vertiť publica vtilitas[d]:& poteſt:vt l.
item ſi verberatū.§.j.ff.de rei vendi.& de euict.l.
Lucius. Aut non vertitur publica vtilitas,ſed ſola
eius voluntas: tunc regulariter non poteſt,& ita
loquitur hæc gloſſa.& glo.in l.quoties.de præci.
Impe.offeren.Fallit ratione iuris,quod haberet
in parte rei.C.de vendi.re.fiſca.cum priuato.l.j.li
bro x.Fallit ratione poſſeſsiōis,quam haberet de
re mea:vt l.fina.j.de quadrien.præſcri.Dominus
Iac.Bu.dicebat ſimpliciter,quòd princeps poteſt
auferre mihi dominium rei meæ ſine aliqua cauſa.
Nam eius poteſtas,& poteſtas iſtarum legum,quę
hoc prohibēt,procedit à pari potentia:ergo ſicut
poteſt iſtas leges tollere:ergo eodem modo poſsit

c ¶Omnes cuiuſcūque. Quam vide. Vtrum Imperator poſsit reſcribere contra ius diuinum, contra ius humanum,& contra ius ciuile, adde Bartol. latè in ꝓœmio Digeſtorum, in princip.& quod not.in l.j.ff. de conſti.princi.& facit quod not.per glo.& Bar.in l.venia.j.de in ius vocan.per Innocē.& Cano. in c.quæ in eccleſiarum.de cōſtit.& Bal.poſt gl. ibi in l.reſcripta.ſ. de precib.Impera. offeren.vbi omnino vide.& in quibus Princeps non poteſt diſpēſare,vide quæ not.Bal.in l.eam quam.in xj. & xij.col.& ibi an in talibus diſpenſationibus requiratur clauſula,non obſtante.Et an ad bona ex forma ſtatuti applicata hæredibus occiſi poſſit ciuitas reſtituere bannitum: vide per Cynum & Bald.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. in vlti.colum.de liberis & poſthu.& Barto.in l.penul. C.de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca.lib.x.adde vnum quod no. Ange.in l.bene à zenone. C.de quadri.præſcrip.

d ❧ POMATES. ¶Vtilitas.Nota tamen,quòd princeps cum cauſa poteſt tollere ius alterius ſibi ſubditi. Ita Paulus de Caſtro in conſilio cclxxxj.incipiente,primum dubium.

d ✠ *P.P A V.P.* ¶Vtilitas.Quod in principe præſumatur cauſa, vult Comeń.conſil.lxvij.in penul.col.poſt medium.Et de materia,an & quando poſsit princeps tollere ius alterius: & an prẹſumatur in eo cauſa: & multa alia vide ad Bartol.in l.item ſi verberatum.ff.de rei vend.Item quòd non poſsit tollere ea,qua ſunt iuris gentium ſine cauſa & quòd tūc non præſumatur cauſa:& declarationem,vide per Iaſ.in l.quò minus.in iij.notab.ff.de flumi.& qa de clauſula,nō obſtātibus quibuſcunq; facientibus in contrariū ſufficiat,& quędā alia in materia,vide per Deciū cōſi.x.

dare


Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a dare alteri dominium rei meæ [a],ſine cauſa. Quod
b puto non eſſe verum [b]: nam princeps non poſſet
facere vnam legem,quæ cõtineret vnum inhone
ſtum vel iniuſtum. Nam eſt cõtra ſubſtantiam le-
gis. Nam lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta,
& prohibens contraria: vt l.iij.ff.de legibus. Eo-
dẽ modo ſi vellet auferre mihi dominiũ rei meæ,
iniuſtè,nõ poſſet: quia princeps habet iuriſdictio
nem à Deo: vt in authen.quomodo opor. epiſco.
in prin.Sed Deus non dedit ei iuriſdictionẽ pec-
candi, nec auferendi alienum indebitè: ergo &c.
Tertio quæro,an Princeps poſsit reſcribere con-
3 tra ius ciuile.† Hic quicquid dicat gloſſ. aduerte:
Aut Princeps vult reſcribere contra ius commu-
ne legem condendo: & poteſt: vt l.nõ eſt nouum.
ff.de legi.ſ.de Iuſti.Codice cõfirmã.l.j.in ſi. Aut
priuilegium alteri concedendo: & tunc ſi priuile
gium lædit alium modicè:poteſt concedere.Si læ
c dit alium immodicè,non poteſt concedere [c]: vt l.
quoties.ſ.de preci.Impera.offer.ſi neminẽ lædit:
& tũc poteſt cõcedere: vt l.reſcripta.de preci. Im
parato.offeren.Si lædit rem publicam,non poteſt
concedere: vt hic.Si verò quæris in ſcriptis, quæ
conceduntur ad iuris communis obſeruantiam:
& tũc hæc eſt materia legis,præſcriptione.quam
ibi dixi.& modò vide gl. ¶ Quæro.quid ſi Impe
rator reſcribit cõtra legem: ſed dicit quòd valeat
d lege non obſtante: an hoc requiratur [d]? Glo.quòd
ſic. Alij dicunt quòd nõ requiratur quòd hoc di-
catur,ſed ſufficit quòd ſciat ſe reſcribere cõtra le
gem.allegant l.idem Vlpianus.in ſi.ff.de excu.tu
torũ.Sed illa lex loquitur in reſcripto,ſeu bene-
ficio: non priuilegio:& ſic non facit ad propoſi-
4 tum.Communiter teneamus† quòd debeat inſe-
ri illa clauſula per l.ſi quis in principio teſtamen-
ti.de legatis.iij.Sed de hoc eſt dubium,an debeat
dici,non obſtante tali lege,nominatim: an ſuffi-
ciat quòd dicatur lege aliqua non obſtante,ſeu nõ
obſtante aliquo caſu gloſſ.in authenti.hoc inter
liberos j.de teſta.videtur velle quòd fiat mentio
ſpecialis.Hoc etiam videtur velle textus in ſimi-
li,vbi gloſſ.tangit in l.ſi quis in principio teſta-
menti.ff.de leg.iij.& ideo,puto quòd non ſuffice-
ret ſi diceret,aliquo non obſtante,vel aliqua lege
e non obſtante: quia iſtud eſt generaliter loqui.[e]
Item puto, quòd non requiratur, quòd dicatur,
non obſtante tali lege,nominãdo eam,quia iſtud
eſſet loqui ſingulariter ſeu indiuiduè: ſed ſufficit
5 †quòd dicatur,nõ obſtante aliqua lege,quę in cõ
trarium loqueretur. Iſtud enim eſt ſpecialiter lo-
qui. Ita debet intelligi hæc materia,&c.

## *De diuerſis reſcriptis. Rubrica.*

¶Continua vt in gloſſa.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Dicta in præfationibus in ſubſequentibus videntur repetita.
2 Beneficium vni collatum, porrigitur ad conſortem.
3 Perſona in his,quæ ſunt modici pręiudicij,intelligitur repetita.

a ¶Dominium rei meæ. Vide Bal.in l.ſi.C.ſenten.reſcind.non po.

b ⁂POMATES.¶Non eſſe verũ. Et per hoc ſi Princeps cogat gabellarium ante tempus ſoluere: põt & ipſe recipi in conſortium medij temporis.gl.in l.j.j.de condic.ex l.ſecus eſſet ſi ob neceſsitatem publicã hoc faceret: vt ibi par Bal. & Rot.in l.in diẽ.circa medium.& circa finem.ff.de condic. inde.vide etiam Barto. & quæ ſcripſi in l.qui cunq;.C.de fund.patri.lib.xj.

c ¶Concedere. Intellige vt per Bald.in l.reſcripta.ſ.titu.ij.& quod habetur ſ.eodem titul.in l.ne damnoſa.

d ¶Requiratur. Aliquid tango in l.iij.§.quod ſi is ff.qđ.quiſq; iur. vbi vide.De qua materia vide plenè per. Io. And.in ca.j.de exceſ.præla.in vj. in nouel.& in ca.j.de conſtit.in ſexto.& per Archi.xx.q.ij.in ſumma.per Bar.in extrauag.ad reprimẽdum. in ver.nõ obſtante.& per doctores in c.nonnulli.de reſcript.& per dominum Anto.in c.j.eo.titu.& in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. per Bal.in l.fin. C.ſenten. reſcin. non poſ.& in l.eam quam.in xij.col.de fideicom.& in præludijs feudorum.in xiiij.col.& in c.j.§.naturales.in prin.ſi de feu.fue.controuer.& Imol.in l.ſi.ff.à quibus appel.non licet.& in l.quidam conſulebant.de re iudi.Et videtur magis communis concluſio,quòd aut ſit commiſsio in alterius grande præiudicium:& non ſufficit ex certa ſcientia,ſine clauſula,nõ obſtante,propter derogationem talium reſcriptorum,quã facit in d.l.quoties.ideo oportet per clauſulam,non obſtante ꝙ deroget illi legi.arg.l.ſi quis in principio teſtamenti.de lega.iij. Aut non tractatur de præiudicio alterius:& tunc ſufficit certa ſcientia.l.Barbarius.de offi.præto.& d.l.quidam conſulebant. Aut de modico præiudicio tractatur:& tunc etiã ſufficit certa ſcientia.l.idem Vlpianus.in ſi.de excu.tuto.& d.l.quoties.ſ.de preci.Impe.offe.licet Pau.de Ca.in l.iij.§.ſi is pro quo quod quiſq; iur.dixerit ſimpliciter ſufficere clauſulam ex certa ſcientia,per d.l.j.idem Vlpianus.

tiuus poſtea magiſtratus, poſtea teſtamentarius: hic eſt caſus in l. Lucius. §. cũ teſtamento. ff. de admini. tut. Alio caſu, vbi quidam gerunt, quidam nõ: tunc eſt locus beneficio ordinis: quia conuenitur primò gerens, poſtea magiſtratus, poſtea nõ gerens: vt ſolet tractari in d. §. nunc tractemus. & in l. j. & ij. j. ſi tutor non geſ. Dicebam ꝙ erat beneficiũ diuiſionis: & hæc fuit opi. inter antiquos. Nam Azo. videtur dicere, ꝙ iſtis tutoribus non datur beneficiũ diuiſionis: licet fuerit cõtraria opi. vt hic videtur per l. ſi plures. ff. de admi. tu. gl. ergo tenet opi. Azo. Iſta eſt veritas, quòd ſi tutores conueniuntur ex cõmuni dolo, ſeu ex communi culpa: & tunc habent beneficiũ diuiſionis. Secus ſi conueniantur ex ſpeciali dolo: vt l. ſi plures. de admi. tuto. & ita debet intelligi opi. Azo. Vnde ad propoſitum quæſtionis. Si quęramus inquantum conueniatur iſte tertius: dic ꝙ aut alij fuerũt cõuenti ex cõmuni dolo, vel ex cõmuni culpa: & operatur beneficium diuiſionis, quod competit, vt ſ. dixi. tunc iſte tertius non cõuenitur niſi pro virili. Ita poſſet intelligi lex noſtra: quia cum dicit ſeparatim: & intelligo ſeparatim, facta diuiſione à ſeipſis. & cùm dicit communiter, expone vt in gl. Si verò cõueniatur ex proprio dolo, non habet locum lex noſtra: quia omnes inſolidum tenẽtur. ¶ Dicebam, quòd erat tertium beneficium ceſsiõis: & iſto caſu cõmunis eſt opi. ꝙ in tutoribus doloſis non cõpetit beneficium ceſsionis. hic eſt caſus in d. l. j. §. nũc tractemus. ¶ Dicebam ꝙ erat quartũ beneficium, ſcilicet vtilis actionis: & in iſto dicas idem quod in præcedẽti. & iſtud dicit tex. in d. §. nunc tractemus. & no. per gloſſ. in d. l. ſi plures. Quia dixi, quòd tutorib⁹ competit beneficiũ vtilis actionis: gl. magna circa fin. quęrit de ratione diuerſitatis, quòd tutoribus ſolùm datur actio vtilis ſine ceſsione cõtra cõtutores, ſed nõ fideiuſſorib⁹ cõtra cõfideiuſſores. Gl. aſsignat hic duas rõnes. Tertia aſsignaꝛ in l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. dicit gloſ. quòd ratio eſt; quia fideiuſſor habet regreſſum cõtra reũ principalẽ: ideo lex nõ curauit ſibi dare beneficiũ vtilis actionis ſine ceſsiõe. Iſta eſt prima lectura, quę nõ videtur bona. ¶ Quid enim ſi reus principalis non eſſet ſoluendo? Iſto caſu non dicitur habere regreſſum: quia inanis eſt actio: vt l. nam is. de dolo. Vnde gl. tradit aliam ſol. quia tutor cõuenitur actione bonę fidei: fideiuſſor, ſtricti iuris. ideo &c. Sed iſta ratio non videtur bona. Nam & in mandatore, qui tenetur actione bonæ fidei, mandati, videtur eſſe idem, quod in fideiuſſore, q teneꝛ actione ſtricti iuris, Gl. in l. vt fideiuſſor, de fideiuſ. aſsignat aliã rationẽ: & eſt talis, ꝙ tutoribus ideo cõpetat vtilis actio ſine ceſsione: qa lex magis ſubuenit ijs, qui obligãtur ex neceſsitate. quã ijs, q obligantur ex volũtate. Iſta ratio non eſt bona: quia duo rei obligantur inſolidũ, & voluntariè; & tamẽ inter eos habet locũ beneficiũ vtilis actionis ſine ceſsione; quia ſi vnus ſoluat ſine ceſsiõe, competit ſibi actio vtilis contra correum: vt l. j. de duobus reis. Vnde doct. aſsignant aliam rationẽ. & iſta quarta eſt vera, quòd ideo fideiuſſori contra fideiuſſorem non datur vtilis actio ſine ceſsione: quia ſi cõfideiuſſor ſoluit, principaliter ſoluit, vt reum principalem liberet: & p quandam cõſequentiam liberet ſuum cõfideiuſſorem: ſed in tutore ceſſat iſta ratio: quia tutor ſoluit, vt liberet ſe, & cõtutores: & ideo nimirum ſi contra contutores datur vtilis actio ſine ceſsione. & iſta eſt vera ratio: & fuit Vltaamõtanorũ, & licet ſibi approprient Vltramontani, eſt tamen glo. originaliter, quę videtur innuere iſtam rationẽ in l. ex facto. in fi. ff. de neg. geſt. Recte intelligenti iſta eſt vera ratio. ¶ Vltimò diſtingue vt per gloſ. & doct. & Cyn. hic Bart.

## LEX II.

**CVm te proponas.** Breuiter dicit: Tranſactio facta metu futurę litis tenet. h. d. ¶ Opp. trãſigere ꝓpriè diciꝛ ex parte actoris, quaſi ab actione reſilire. Innuit ergo, ꝙ hic fratrer actor erat. Sed tũc cõtra in trãſactiõe cõſueuit dari pecunia actori à reo, vt ipſe actionem remittat; ſed hic dicit expreſsè, quòd frater promiſerat pecuniam: ergo innuit quòd eſt reus. Huius timore glo. legit duobus modis. Vno modò quòd erat actor, & quod promiſsit pecuniam hoc pacto, quòd ille daret ſibi hęreditatẽ. & ſic natura tranſactionis eſt, vt actori detur pecunia à reo, quãdo ipſe remittit actionem. Sed qñ cõſequitur illud, quòd per actionẽ petit, eſt natura tranſac. vt actor det reo pecuniã: vt hic, & j.
a co. l. ſi ſuper poſſeſsione. Secũdo modo legitur,[a] quod hic frater erat reus: & ſic trãſegiſſe ponitur impropriè. & hęc ponũtur in primis duabus gloſſellis. ¶ Opp. de l. j. ff. eo. Sol. Ibi dicit, tranſactio debet imponi ſuper lite. intelligiꝛ præſenti, vel futura. & ita hic. erat ergo hic lis, ſaltẽ de facto extra iudiciũ. ¶ Opp. de l. in ſumma. in prin. ff. de condi. inde. Solu. Intelligas ꝙ quæſtio erat de facto abſq; calumnia. tamen dic vt dicam j. eo. l. ſub prætextu. ¶ Quęro qualiter fuit promiſſa iſta pecunia. Gl. ij. dicit, nuda cautione. & vide gl. Sed ſi hoc verũ eſt, quomodo procedit quod hic dicitur in tex. ſi nõ ſoluiſſes, iure conueniretis: cùm ex pacto nudo quis non poſsit conueniri. Reſpõdeo: intelligitur ꝙ iſtud pactum fuit veſtitum rei interuentu: quia ille promiſit ſibi pecuniam, vt ſoror ſibi daret hæreditatem: quæ ſoror illam hæreditatem dedit, vt l. ſiue apud acta. j. eo. & ibi no. aliàs haberemus hic neceſſe dicere ꝙ hic ſtipulatio interuenit &c.

### SVMMARIVM.

1 ☞ Verba imperatiui modi important conſilium, quando imperatur aliquid, quod importat priuatam vtilitatem.
2 Iudex quando aliquid ſibi conſtat ex inſpectione inſtrumenti, ſupplet de facto.
3 Actio vtilis proueniens ex directa bonæ fidei, eſt etiam ipſa bonæ fidei.

## LEX III.

**AGe cũ Geminiano.** Breuiter dicit ſecũdũ vnã lect. Qñ petitio eſt generalis, tranſactio ſpecialis, non præiudicat niſi in his, in quibus eſt tranſactum. h. d. ſecundũ vnã lec. Et hanc proſequuntur oẽs gl. excepta vna gl. paruula quæ eſt ſuper verbo, nominatim. Et primò pono caſum ſecundũ iſtam, & eam expediã. ¶ Primò op. breuiter hic dicit: age: q̄d eſt verbũ imperatiui modi. & ſic videꝛ ꝙ aliquis cogatur agere. contra. j. vt nemo inuitus
1 cogatur agere. l. j. Sol. † Quando alicui imperaꝛ aliquid, quod eius priuatã vtilitatẽ continet, verba imperatiui modi habẽt vim conſilij. Ita loquitur hic. Ita intelligit gloſ. tua prima. & hoc probatur in l. ij. circa ſi. ff. man. & ibi eſt tex. & hic. ¶ Sed op. ſecundò: hic innuit ꝙ iudex ex officio ſuo debet hic videre de quanta pecunia ſit tranſactum: & ſic ſupplet de facto. Cõtra. j. vt quæ deſunt aduo. l. j. & quod ibi no. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſi. Sol. Dicunt quidã, ꝙ hoc eſt ideo,
2 quia eſt actio bonæ fidei. Tu dic, ꝙ ideo, † quia liquebat ſibi vt iudici ex inſtrumenti inſpectiõe. Alij circa hoc dicam in d. l. j. vt quæ deſunt aduoc. parti. Dixi plenè in l. iiij. §. hoc autẽ iudicium. de damno infecto. ¶ Op. j. de iudic. l. licet. quidã dicũt, fateor ꝙ hæc replicatio opponeretur. Gl. nõ placet, & bene: nam ibi fuit petitio generalis, proſecutio ſpecialis, & ſententia generalis: vnde quia ſententia omnia continebat, eſt opus replicatiõe. Sed hic fuit trãſactio ſpecialis: meritò nõ eſt opus replicatione: quia omnia non comprehendit. Huius gratia glo. tua diſtinguit plures caſus, quos vide: quia non dicam hic extra gl. ſed dicam infrà eo. l. ſub prætextu ſpecierũ. & l. ſi de certa. ¶ Secundùm ergo iſtam lecturam, hic de vna ſpecie fuit tranſactum, & de alijs non. Sed contra iſtam lecturam videtur tex. qui dicit de quanta pecunia & certa. & infrà, quã tam pecuniam relinquam. & cętera. Et ſic innuit ꝙ fuit remiſſa pars quantitatis debita non ſpecies adminiſtra. glo. volens hoc effugere exponit quanta. i. à qua ſpecie. Alij volentes ꝙ litera ſtet propriè legunt alio modo. Et breuiter ſecundũ eos hoc intendit: Si pars debitæ quantitatis petitur, & ſuper ea transfigeretur: in reſiduo non obſtat exceptio. h. d. Et iſta lect. ponitur in gl. ſuper verbo nominatim. Differt ergo hæc lect. à prima ibi: quia ex diuerſis ſpeciebus debebaꝛ, & de vna fuit tranſactum: hic debebatur ex vna tantùm. Item in præcedenti fuit generalis petitio, & ſpecialis tranſactio: hic verò fuit ſpecialis petitio, & ſpecialis tranſactio.

¶ Addita. Et non eſt in cæteris.

**AGe cũ Geminiano.** Iſta lex legitur dupliciter in gl. & ſecũdũ primã lecturã. h. d. Vbi petitio eſt gñalis, & trãſactio ſpecialis, nõ nocet in his, ſuper qbus nõ apparet eſſe tranſactũ. hoc dicit. Legiꝛ ſecũdo modo, qui colligitur in glo. quæ incipit, iubebit. hoc dicit, vbi petitio eſt ſpecialis, & eſt trãſactio ſpecialis: trãſactio non nocet in his, ſuper quibus non apparet eſſe tranſactum. ¶ Oppo. de l. j. vt nemo inuitus, Soluit glo, quòd verbũ age, hic poſitum, non denotat præceptum, ſed potius quandã permiſsionem. ¶ Ex iſta ſol. nota quòd quandoq; verbũ imperatiuum continens propriam vtilitatem eius, cui imperatur, nõ
b ſtat in propria[b] ſignificatione: ſed denotat quandam permiſſionem ſeu conſilium: vt hic facit. l. ij. in fi. ff. manda. ¶ Itẽ oppon. quod iſte tex. videtur innuere quòd iudex poſsit ſupplere defectum contra de l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſi. Sol. quod tunc iudex poteſt cum ſibi eſt aliquid notum vt iudici: hoc enim

a ¶ Secundo modo legitur. Aduerte ad hanc ſecundã lecturã: quia licet doc. videantur fateri etiã hanc poſſe ſtare ad iſtum tex. do. meus Frã. Pepius de Flo. iuriſcõſult⁹ celeberrim⁹ dicit hãc ſecũdã lecturã falſam, Nã gl. j. hui⁹. l. & cõmuniter omnes dicunt, quòd calũnia actoris vitiat tranſactionẽ, rei non. Et ita limitãt tex. in l. in ſumma. §. j. ff. de condi. inde. in l. iſta non põt negari qn ſit calũnia ex parte huius ſororis, quæ ſciebat ſe non hæredẽ: vel qa ſciebat ſe eſſe exhæredatã. vꝛ aliter excluſam. Et tamen diciꝛ hic tranſactionem valere. ergo debet intelligi quòd iſta ſoror erat rea, & non actrix: qa aliàs vitiaretur tranſactio prętextu calũniæ, prout eſt cõmunis opi. hic. Et ideo à prima nõ recedas.

b ¶ Non ſtat in propria ſignificatiõe. Et ſic ſic nõ ſemper importat neceſsitatẽ. adde tex. in c. ſic enim. xxviij. q. j. & glo. in c. ſi. §. quod præcipitur. xiiij. q. j. & Car. in cle. exiui. §. item quia. de verb. ſign.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc enim poterat iudici eſſe notum ex inſpectione inſtrumẽ
ti trãſactionis: & ſic vt iudici. ¶ Itẽ opp. de l. ſub prætextu. j.
cod. Solu. vt in gloſ. fin. ſolutio habetur in l. tres fratres. ff. de
pactis. ¶ Quæro, qua actione agitur. Dicit gloſ. quòd agitur
vtili actione neg. geſt. & eſt glo. j. Ex qua gl. iuncta cum tex.
3 quando dicit quod eſt bonæ fidei: not. ꝙ † ſicut illæ actiones
directæ, de quibus fit mẽtio in §. actionum. Inſtit. de acti. ſunt
bonæ fidei vt ibi: ita vtiles. ¶ Quæro quid, nõne ipſo iure? Di
xerunt quidam, ope replicationis, per l. licet. j. de iudic. Iſtud
dictum reprobatur per gl. Ratio: quia in lege cõtraria petitio
fuit generalis proſecutio fuit ſpecialis & ſententia generalis.
vnde cum ſententia omnia contineat: nimirum ſi non ſubue
nitur ipſo iure: ſed ope exceptionis, ſeu replicationis. Barto.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Dictio niſi, quando ponit, & quando priuat.
2 Dictio pręter, qñ ponatur exceptiuè, & quando aditiuè.
3 Dolus quando videatur remiſſus in generali tranſactione.
4 Si dolus cõmittitur in tranſactione, vt quia induct⁹ fuit dolo aliquis ad tranſigendum, quòd agatur actione de dolo.
5 Quando dolus committitur, in non obſeruando promiſſa, in tranſactione, an agi poſsit de dolo.
6 Liberare eſt dare.
7 Lex debet intelligi de illo titulo, ſub quo ſita eſt.
8 Actio de dolo, quando datur ex contractu facio vt des: vel actio præſcriptis verbis.
9 Condictio ob cauſam in contractibus innominatis habet duplicem originem.
10 Cautela vt non poſsit quis petere reductionem ad arbitriũ boni viri.
11 Qui promiſit non vendere librum niſi Titio: an poſsit cogi. & ſuprà etiam nu. 1.

ACtione. Hæc lex habet ita ſubtilem gl.
& difficilem & de medulla iuris
ſicut alia quã viderim. Breuiter dicit. Ad actionẽ
extinctã non datur regreſſus: ſed decepto ꝑ actio
nem de dolo ſuccurretur niſi ſit de dolo tranſactũ. hoc dicit.
Primò ponit dictum. ſecundò exceptionem. tertiò exceptio-
nẽ exceptiõis. Secũda ibi: niſi de dolo. Tertia ibi: niſi ſpeciali
1 ter. ¶ Nota quod dixi in ſummario. ¶ Nota etiam hic † quòd
a dictio niſi[a], quãdoq; ponit: quandoq; priuat: vt patet ex tex.
quia primũ niſi, ponit: ſecundùm niſi, priuat. ¶ Oppo. de hac
l. ad ſeipſam. nam prima dictio niſi, ponit poſtea priuat. Do-
ctores volentes iſtam materiam explicare, inculcãt de dictio
b ne niſi, [b] q̃ eſt priuatiua: etiam de dictione præter. Et videt̃ mi
hi quòd non bene faciant. Nam debetis ſcire quòd quædã eſt
dictio exceptiua, quę reſpicit actum impoſitũ in oratione: q̃
dam quæ reſpicit terminos. Illa quę reſpicit actum iſta eſt cõ
iunctio niſi: circa quam dicas: Aut procedit oratio negatiua:
c & dictio niſi, ponit [c]: vt hic in primò niſi. Aut ꝑcedit oratio
affirmatiua: & dictio niſi, priuat: vt hic in ſecũdo niſi: vt in ca
pitulo peccatum. extra, de regu. iur. libro vj. ¶ Sed contra hoc
oppon. de l. Titia. ff. de manu. teſta. dicit Dyn. ibi, dictio niſi,
præcedit, nõ ſequit̃. dixit teſtator: niſi ratiões diligenter red-
dideris, liber ne eſto. Certè hoc nõ placet: qa licet dictio niſi,
in ordine vocis vel ſcripturæ ꝑcedat: tũ in ordine intellectus
ſequit̃. Dicẽdũ eſt ergo ſic: ſi pręcedat oratio negatiua, dictio
niſi ponit. Sed eſt aduertẽdũ qa qñq; per orationẽ præceden
tem negatur actus: tũc dictio niſi. ponit actũ: ita loquitur hic
Quandoq; per orationem præcedentẽ negatur potentia: tũc
dictio niſi, ponit potentiam, nõ actũ. Ita loquitur d. l. Titia.
§. fi. quod enim ibi dicitur liber ne eſto, niſi rationes reddide
ris: hoc eſt, liber eſſe nõ poſsis, niſi rationes reddideris: qa tũc
poſsis eſſe: non quod ſit: quia potentiam ponit, & nõ actum:
¶ Et per hoc reſpondetur ad quæſtionem quam format hic
gl. ibi. & dic arg. qđ ibi notaui. & eſt talis: promitto non ven
dere iſtum librũ, niſi tibi, quid importãt iſta verba. Certè pri
ma oratio negatiua negauit potentiã. promitto non vendere:
hoc eſt, ꝙ nõ poſſum vendere alij, niſi tibi: ergo dictio niſi, po
nit potentiam, non quòd cogar tibi vendere: ſed cùm velim
vendere, vendam tibi &c. ¶ Quædam eſt dictio exceptiua, q̃
reſpicit terminos: & iſta eſt propriè ꝑpoſitio præter. Exẽplũ,
2 lego tibi oẽs libros meos præter Codicẽ. iſto caſu dic †: Aut
illud, cui apponitur dictio præter, cõprehendebat̃ ſub gene-
ralitate præcedentium terminorũ, & ponitur exceptiuè: vt l.
nã qđ. §. fi. de pe. leg. & priuat. Aut nõ cõtinebatur ſub gene
ralitate præcedentium terminorũ. & nõ ponit̃ exceptiuè, ſed
magis additiuè, ſeu augmentatiuè: & tunc ponit: vt l. Seio. §.
vxori de ãnuis leg. Fallit in his quę cõtinerẽt odiũ: vt in c. du
dũ extra, de elec. & ibi no. ꝑ Inno. & ita debes intelligere hãc
materiã. ¶ Modò veniam⁹ ad apparatũ noſtrũ. tex. hic dicit:

non ſupereſt aliqua actio, niſi de dolo. Quæro de quo dolo lo
quitur hic. Pro cuius declaratione debetis ſcire, quod dolus
committitur quandoq; in ipſa adminiſtratione: quandoque
in ipſa tranſactione: quandoq; committitur poſt tranſactio-
nem, non ſeruando promiſſa. De primo loquitur gl. quæ eſt
hic ſuper verbo tranſactum ſit. de duobus ſequẽtibus loqui-
3 tur præcedens gl. magna. ¶ † An aũt in generali tranſactione
videatur remiſſus dolus, commiſſus in adminiſtratione? Glo.
tangit hic: dicam plenius in l. ſub prætextu ſpecierũ infrà eo.
dixi in l. Aurelio. §. fi. de liber. lega. tamen iſtam gloſ. vide &
nota intellectũ quẽ dat ad l. ſi quis rationes. de libe. lega. quia
intelligit illã, quando legatur liberatio adminiſtrationis iam
4 factæ. & vide gl. ¶ Secundo committitur dolus in ipſa † tranſ
actione, inducendo quem per dolum ad tranſigendum an tũc
poſsit agi de dolo: Et omnes communiter intelligunt ꝙ ſic.
& ita intellexit Azo. & vide gl. ¶ Opp. contra hoc, ſicut do-
lus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractũ ipſo
iure nullum: ita reddit etiam liberationem interpoſitam ſu-
per contractu bonæ fidei ipſo iure nullam: vt l. de tutela. in-
frà de in integ. reſtit. & quod ibi no. Sol. vt dicam in dicta le-
5 ge ſub prætextu. infrà eodem. ¶ Tertiò quæro †: quid ſi do-
lus eſt commiſſus, in non obſeruando promiſſa in tranſactio
ne: an poſsit agi de dolo. Placẽ. dicit ꝙ ſic. & ita intelligit hãc
legem Azo contra Placen. quod probat ſic: Actio de dolo nõ
habet locum vbi habet locum alia: vt l. j. §. verba. & §. ſi quis
ff. de dolo. & l. ij. j. de dolo. ſed hic datur huic trãſigenti actio,
cõtra eum quem liberauit per acceptilationem, vt ſe in priſti-
nam obligationem reponat, ſcilicet condictio ob cauſam: vt
l. ſi quis accepto. ff. de condi. ob. cau. ergo non datur de dolo.
Præterea, contractus tranſactionis de quo hic fit mentio, aſ-
ſimilatur contractui, do vt des: hoc eſt, libero te vt des pecu-
6 niam. & liberare † eſt dare. Cùm ergo impleuit cõtractum ex
parte ſua liberãdo, debet habere actionẽ præſcriptis verbis:
vt ff. de condi. ob cau. l. ſi mulier. & de præſcrip. verb. l. ob eã
cauſam. & l. naturalis. e. ti. & per hoc ipſi dãnant opinio. Pla.
Quidam volentes ſuſtinere Placen. reſpondent ad obiecta,
per rationem ſubtilem, ſic dicunt ipſi: in l. ſi quis accepto. da-
tur condictio incerti, quæ eſt generalis, quæ concurrit cũ a-
ctione de dolo. Hoc non placet: quia illa l. j. eſt poſita in ti. de
7 condictio. ob cauſam. ergo † debet intelligi de illa actione: vt
l. Imperator. de in diem addic. no. in l. fi. C. de cõdictio. indeb.
Alij ſoluũt, ꝙ ibi remittebatur obligatio certa: hic obligatio
dubia. & vide gl. Quidam volentes ſuſtinere Placen. dicunt,
ꝙ iſta eſt vera ſolu. quando debitum eſt certum: tunc remit-
tere eſt dare. Ita loquitur ratio Azo. ſed quando debitum eſt
incertum & dubiũ: tunc remittere non eſt dare: ſed eſt facere
ſcilicet deſiſtere ab agendo. Eſt ergo tunc contractus iſte trãſ
8 actionis, facio vt des. id eſt, deſiſto vt des: ſed † ex facio vt des
datur actio de dolo: vt l. naturalis. §. quod ſi faciã. de præſcri-
ptis verbis. ergo &c. & hoc videbatur tenere Iaco. But. Mihi
non placet: quia tunc eſt verum, ꝙ ex facio vt des, datur actio
de dolo, quando ex facto meo nihil adeſt alteri parti: ſed quã
do aliquid ei adeſt ex facto meo: tunc datur actio præſcriptis
verbis, ſicut in do vt des, vt l. cum mota. j. codẽ. & l. ſiue apud
acta. & ibi vide, & not. in dicta. l. naturalis. §. quod ſi faciam.
Sed in propoſito ex tali remiſsione parti aliquid adeſt: ergo
&c. Vnde alij volentes ſuſtinere Placen. dicunt ſic, ꝙ hic non
fuit actum tantùm, vt acceptilatione liberetur: ſed in perpe-
tuum deſiſteret. & ideo quia iſtud deſiſtere in perpetuum nõ
poteſt impleri per promittentem: quia ſemper poteſt agere:
ſaltem de facto, & pœna committeretur: vt l. vbi pactum. j.
eodem. ideo non habet locum condictio ob cauſam, vel prę-
ſcriptis verbis: ideo datur actio de dolo. do. Cy. dicit, ꝙ iſta ſo
lu. non eſt bona, per l. ſi pecuniam. de cõdi. ob. cau. & nõ dicit
9 plus. Sed non credo ꝙ bene dicat †: quia in cõtractibus inno-
minatis condictio ob cauſam habet duplicem originẽ. Vno
modo ex pœnitẽtia: ita loquitur l. ſi pecuniam. de condictio.
ob cau. ſed licet hoc ſit regulariter in omnibus contractibus
innominatis: tamen in tranſactione non eſt locus pœnitẽtię:
vt j. eo. l. quãuis. vnde l. ſi pecuniã. nihil facit ad propoſitum,
parcat mihi Cy. Secundo modo habet originem ex mora, ad-
uerſarij, nõ implentis pro parte ſua: vt l. dedi. §. j. & ij. de con-
dic. ob cauſam. ſed hic non eſt in mora ille, qui non dat pecu-
niam promiſſam. quod apparet: quia cùm ille, qui promittit
in perpetuum deſiſtere. nõ poſsit implere contractũ ex parte
ſua, nõ põt me conſtituere in mora: vt no. ſ. tit. j. in l. j. in fin.
mag. gl. & j. eo. l. ſiue apud acta. vnde condictio ob cauſam ſe
cundùm iſtam tertiam ſolutionem, non poteſt habere origi-
nem, neq; ex mora, neq; ex pœnitentia. Itẽ actio præſcriptis
verbis, non oritur ei qui nõ impleuit cõtractum ex parte ſua:

a ¶ Niſi. Adde qđ hac dictiõe niſi & multis alijs priuatis Oldrad. conſi. xlix. & de dictiõe præter, vltra Oldra. vide Roma. conſili. ccc- xxviij.

*P. PAV. P.*

b ¶ Dictiõe niſi. De ſignificatiõe huius dictionis niſi, & dictionis præter, vide oĩno Bal. in c. j. §. ſed et res per quẽ fiat inueſt. Vide q̃ ſcrip. in l. ſi eũ §. q iniuriarũ. ſi qs cautionibus.

c ¶ Dictio niſi ponit. Adde tu quod contra Bar. videt̃ text. in l. diuus. in princ. ff. de pet. hæredi. vbi hæres cui eſt mota quæſtio hæreditatis dicit text. ꝙ eſt prohibitus alienare bona hæreditaria: niſi malit ſatiſdare: ergo debemus poſſe alienare, ſi ſatiſdat qa pręcedit oratio negatiua. & tamen ibi dicitur, ꝙ etiam ſi caueat, nõ poſsit. Itẽ videtur text. in regula, peccatum. de regu. iur. lib. vj. vbi dictio niſi habet orationem negatiuã pręcedentem, & tñ non ponit. igit̃ &c. Cogita & vide do. cto. in l. ſi eum. §. q iniuriarũ. ff. ſi quis caut.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt l.naturalis.§.j.de præſcriptis verbis.Conclude ergo ſecũdũm iſtam tertiam ſolutionẽ,ꝙ procedit opinio Placen.dolo enim facit,qui pecuniam incontinenti non dat: quia ſic videtur actum.¶ Quæro,quid ſi ſuper dolo tranſactum ſit per dolum:an valeat tranſactio? Gloſſ.dicit ꝙ ſic:vt l.j.j. de plus petit.& dic vt ibi dictum eſt.

¶ Additur de nouo.

ACtione. Actio extincta per acceptilationem non põt amplius intentari: ſed ſi in tranſactione dolus interuenit, agetur de dolo,niſi ſuper dolo ſit tranſactum.h.d. Et diuiditur.nam in prima ponitur dictum.in ſecunda exceptio.in tertia ponitur exceptio exceptionis.Secũda ibi:niſi de dolo.Tertia ibi:niſi ſpecialiter.¶ No. ꝙ vbi oratio negatiua præcedit, dictio niſi,ponit:& econtra vbi præcedit affirmatiua, dictio niſi,negat.circa quod vide quę no.per Dy.in c.peccatum.extra,de reg.iur.li.vj.& per Cy.hic.¶ Quæro,dicitur hic quod agitur de dolo.pro quo dolo aduertatis, ꝙ triplex eſt dolus. Quidam eſt dolus commiſſus in adminiſtratione ante tranſactionem: & de iſto dolo loquitur gl.fi.poſt prin. Quidam eſt commiſſus in ipſa tranſactione:quia per dolũ inducitur quis ad tranſigendũ.Quidam eſt dolus commiſſus poſt ipſam trãſactionem: quia promiſſa in tranſactione non ſeruãtur. & de iſtis duobus dolis loquitur in gloſſa magna,poſt principium. ¶ Venio ad primum dolum.Quęro,ſi aliquis trãſegit,vtrum per hanc tranſactionẽ videatur dolus remiſſus ante trãſactionem in adminiſtratione commiſſus. Gl.fi.arguit pro & contra:finaliter facit iſtam differentiam,ꝙ aliud eſt dicere,remitto tibi adminiſtrationẽ,quo caſu dolus eſt remiſſus:vt l.ſi qs rationes.ff.de liber.legat.aliud eſt dicere,lego tibi liberationẽ.argumentũ l. Aurelio.§.fi.ff.eo.de libe.lega.ſigna iſtã gl.

10 & no.cam.¶ Propter hæc verba †quidam doctores ſumunt cautelam,ꝙ poſsit haberi modus pro laudo,vt nõ poſsit reduci ad arbitriũ boni viri:videlicet ꝙ partes promittant remittere:videlicet promitto non petere reduci laudum ad ar-

a bitrium boni viri, & ex nunc[a] remitto. &c. Imò ſi aliquod ius,vel actio competeret mihi etiam in futurum:ex tũc illud ius vel actionem tibi remitto:& imponitur ſuper hoc pactũ per ſtipulationẽ:& ſic iſto modo præcluſa eſt via reducendi ad arbitriũ boni viri.¶ Quęro de quo dolo loquaꝛ gl.noſtra. Plac.intelligit hãc l.ꝙ loquaꝛ de dolo cõmiſſo poſt trãſactionem:quia nõ obſeruanꝛ promiſſa.Hanc opi.reprobat,vt patet in ea.Secũdò reprobaꝛ:quia cũ eo poſſet agi,vt debitor reponat ſe in priſtinã obligationẽ,cõdictione ob cauſam:vt l.ſi quis accepto.ff.de condi.ob cau.videꝛ etiam cõpetere de dolo actio.Præterea ſi nõ obſeruantur promiſſa, videtur cõpetere actio præſcriptis verbis:vt l.naturalis.§.j.de præſcri. verbis. & videtur non cõpetere actio de dolo:vnde ipſe intelligit de dolo commiſſo in ipſa tranſactione. Alij volentes ſuſtinere. Old.dicunt,ꝙ competit etiã actio de dolo:vbi promiſſa non obſeruantur in certi condictione generali, quæ concurrit cũ actione de dolo:vt no.in l.ſi cum exceptiõe.§.cũ qui.ff.quod met.cau. Iſta non eſt bona:quia cũ illa lex ſit in tit. de condi. ob cau.non eſt veriſimile ꝙ loquatur in conditione generali. Vnde alij dicunt, & iſtam videtur tenuiſſe do. Ia. quod tunc eſt verum,quando remitteretur liquidum. Ita intelligit ipſe d.l.ſi mulier.Sed vbi non eſt debitũ liquidũ remittere eſt facere:vnde in caſu noſtræ legis cũ debitũ non eſſet liquidum:videtur eſſe contractus,facio vt des:ex quo oritur actio de dolo.d.l.naturalis.§.quod ſi faciam. Iſtud dictum non videꝛ bonũ:tñ quia in contractu facio vt des,vbi ex facto meo aliquid adeſt parti,non oritur actio de dolo. Vnde retento caſu legis noſtrę,vbi adeſt aliquid parti:quia adeſt liberatio,non habet locum actio de dolo:ſed actio præſcriptis verbis. Tene opin. gl.ꝙ loquaꝛ de dolo cõmiſſo in trãſactione.Sed oppo.contra gl.quæ concludit,ꝙ actio de dolo habeat locum contra eum: ſicut dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, annullat contractum ipſo iure:vt l.iij.§. fin. ff. pro ſocio. Ita quando dat cauſam diſtractui,puta trãſactioni, ille diſtractus non habet valere ipſo iure:vt l.de tutela.& quæ ibi not.in gl.j.de in integ.reſti.Sol.vt ibi.& no.iſtã gl.¶ Vltimò gl.ponderat iſtud verbum niſi:& inducit in arg.ad ea quæ no.in l.ſi cũ.§.fi.ff.ſi quis cau. Vnde aduerte,ꝙ quandoq; oratio negatiua præcedit,& negat actũ & tũc dictio niſi,ſequens,ponit actũ. ita debet intelligi hæc lex.Quandoq; oratio negatiua præcedit,& negat potentiam:& tunc dictio niſi,ſequens,ponit potentiã. l.Titia.§.fi.ff.de ma.teſt.vbi gl.niſi reddideris rationes,liber ne eſto.licet dictio niſi,præcedat quo ad ordinẽ.veruntamen quatenus ad intellectũ ſecus:quia tantũ eſt dicere,niſi reddideris rationes:quãtũ dicere ſic:nõ poſsis eſſe liber,niſi rationes reddideris.hæc dictio niſi,ponit potentiam: quaſi dicat,

b poſsis eſſe liber.Et iſta materia[b] facit ad quæſtionem gl.po-

11 ſitæ in d.l.cum. Verbi gratia.promittis mihi non vẽdere †codicem tuum,niſi mihi an potero cogere vt mihi vendas? Certè non:quia dictionem niſi,præcedit oratio negatiua, poſtea ſequitur dictio niſi,quæ ponit.q.d.poſſes vendere:non tamẽ poſſes cogi.Bar.

a ¶ Et ex nũc. Adde, & aduerte lectu.ad hanc cautelã: qa arbitror ꝙ non obtineretur in practica tum quia non puto eam Bar. tamẽ per ea quæ ponit ipſe Bart.in l. Aurelio. §.Caius.ff.de libe. le.& plures cautelę ponuntur per Cepo.in ſuis cautelis, per quas impeditur petitio reductionis quas vide in cautelis,charta xxij.

b ¶ Et iſta materia. De hoc vide per nouiſſ.Papi.Inſtit.de actio.§.j.col.j.

c ¶ Tene mẽti. Adde ſecundum Angel. tex.in l.j.ff.de priua.delic.& gl.in l.j. j.de præſcri. long. temp. per Abb.in c.cauſam.el.j. j.de teſta. per Bene. de Plumb.in l.ij.de ſtatu defunctorum.

CVm te. Tranſactio ſine ſcriptura valet.h.d.¶ No.quod dicitur in ſummario.No.ꝙ probatio per confeſsionẽ eſt ſufficiẽs: ſicut ꝓbatio per inſtrumẽtũ.hic nõ ſunt alia &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Actio quæ per lit.conte.tranſit ad hæredes,extinguitur, quando conuentione partium à lite diſceditur.

2 Verba quæ poſſunt intelligi ſub conditione, & ſub modo, qualiter intelligantur.

3 Si remitto tibi actionem iniuriarum pro centum:an iſta actio ſit ſublata antequam ſoluas.

4 Contractus innominatus,vt cognoſcatur an inſpicienda ſit forma conuentionis,an verò impletionis.

5 Verbum ſuſcipere,& recipere,& ſimilia, quod intelligi debent ratione dominij.

6 Stipulatio appoſita ſuper aliquo contractu,debet intelligi ſecundùm naturam illius contractus,ſuper quo interponitur.

7 Si non ſeruatur tranſactio,an agatur actione prima,vel præſcriptis verbis.

8 Actio præſcriptis verbis,ꝙ datur à lege,quando aliter ſubueniri non poteſt.

9 Conſenſu partium reſtaurari non poteſt,quod conſenſu earum non oritur.

10 Actio ꝙ non debeat in libello inſeri.

CVm mota Hæc eſt ſubtilis,& ſpeculatiua, & vtilis lex, & eſt fundamentũ lectionis.breuiter h. d. Ad quærelã extinctam non datur regreſſus:ſed ſi promiſſa nõ ſeruentur per actionem ex ſtipulatione,vel præſcriptis verbis ſuccurritur.h.d.Primò reſpõdet ad quæſtionẽ:ſecũdò dat conſilium.Secũda ibi:verum ſi fides.¶ No.quod dixi in ſummario: ſed in recitatione contrariorum colligam multa alia notabilia.Venio ad apparatum.Et opp.ꝙ querela præparata tranſit ad hæredem.ff.de inoffi.teſt.l.poſthumus.§.fi.& l. ſeq.ſed erat præparata,quod apparet ex tex. qui dicit: Cum mota inofficioſi querela &c. ergo tranſit ad hæredes.So.glo. Iſta querela præparata fuit remiſſa per tranſactionem: ideo perinde eſt ac ſi præparata non eſſet.& vide gloſ.j.Et not.ex hac ſolutione ꝙ omnes leges quæ dicunt ꝙ per litis conteſta-

1 tionem actio †ſit tranſitoria ad hæredes:hoc eſt verum,niſi à lite conuentione partium ſit receſſum:tunc enim extinguuntur etiam illi effectus per litis cõteſtationem inducti. hic eſt

c caſus,quem tene mẽti.[c] Et ſic debet limitari quod dixi vobis in l.ij.de fruc.& lit.expen.Contra prædicta oppo.& videtur, ꝙ non requiritur præparatio:vt l.ſi quis filium. j. de inoffic. teſt.Sol.aliud hodie:aliud ſecundũ tẽpora huius legis.¶ Op. & videtur,ꝙ ad querelam poſsit rediri:vt ff.de inoffi.teſt.l.ſi inſtituta.in prin.Sol.Per matrem,ſi viueret, poſſet rediri ad querelam:quia ſibi competeret:ſed per hæredes matris, non poteſt rediri ad querelam:quia ad eos non tranſit omiſſa præparatione per tranſactionem.iſta prima ſol.gl.eſt vera. & vide eam. Alij dicunt,ꝙ fuit ibi renunciatũ ſub conditione:hic ſub modo.Iſta ſo.vera eſt in ſe:ſed continet diuinationẽ, ex

2 eo ꝙ ibi ſimpliciter loquiꝛ.¶ Pro huius ergo declaratiõe †eſt videndũ,qñ ex verbis conuentionis nõ apparet, vtrũ quis recedat ſub cõditiõe,vel ſub modo,quid intelligatur in dubio. exemplum:conuentum fuit vt ſi à lite recederem, dares cẽtũ quæ verba poſſunt intelligi cõditionaliter,vel ſub modo: vt l.quęro.§.inter locatorẽ.ff.loca.qđ apparet ex eo,ꝙ ibi de exceptione dicit,quæ nõ eſſet neceſſaria,ſi intelligeretur conditionaliter.Fallit qñ cauſa in ſe de neceſsitate conditionẽ importat:vt promitto tibi cẽtum pro dote:vt l. ſtipulationem. & l.promittendo.ff.de iure do. Ex iſtis colligitur ꝙ in l.ſi inſtituta.in dubio debet intelligi ſub mõ:ideo hæc ſolut. nõ eſt bona,ꝙ ibi ſub cõditiõe &c.¶ Et iſta inducũt doc. Vltramõ.

3 ad q.remitto †tibi actionẽ iniuriarũ pro centum vtrum actio ſit ſublata antequã ſoluas cẽtũ.Certè ſic:nã iſta actio cũ ſit ex delicto põt tolli ꝑ pactũ ipſo iure:vt l.ſi tibi.§.q̃dã.ff. de pac. & l.ſi vnꝰ.§.pactꝰ.e.ti.¶ Itẽ iſta verba intelliguꝛ ſub mõ.& de natura modi eſt nõ ſuſpẽdere effectũ eius de quo agiꝛ quin ipſo iure inducaꝛ:vt l.demõſtratio.§.fi.de cõdi.& demõ. & l. quibus diebꝰ.§.Termiliꝰ.e.ti.¶ Sumꝰ expediti de prima pte: veniamus ad ſecundã:& hæc eſt multũ difficilis.Diciꝛ hic,ꝙ

datur

datur actio pręſcriptis ver.cōtra:hic fuit facio vt
des:quia fuit cōuētum vt ipſa diſcederet à lite, &
acciperet patrē bonorū:ergo datur actio de dolo:
vt l.naturalis.§.quod ſi faciam.de pręſcrip.verb.
Gl.verò dicit,hic fuit do vt facias,nō facio vt des.
q̄d apparet:quia ſi reſpicis verba tex.prius cōue-
nitur de dādo,quā de faciēdo.dicit em̄:vt partē bo
norū ſuſciperet,& à lite diſcederet:licet fuit,in fa
ciendo prçuētum:quia mater prius receſsit à lite
quā ſibi fuerit datū.h.d.ſecūda gl.hui⁹ l.& vlti.in
4 prin.& vide eas.¶ Vt ergo cognoſcamus† qs con
tractus innominat⁹ ſit, debemus inſpicere formā
cōuentionis,magis quā formā impletiōis,ſecūdū
gl.hic poſitā,& in l.ex placito.j.de re.pmu.Vltra
mon.ſunt in cōtraria opi.ꝙ inſpicitur forma im-
pletionis magis,quā cōuentionis.& ſum ſolu⁹ te
nere quaſi idem,licet per alia verba,ſ.ꝙ inſpicia-
mus vtrūq;.Nā ſicut in contractu emptiōis,& vē
ditionis,ex pte eius q dat pretiū dicit̃ emptio, &
ex parte eius qui dat rē,dicit̃ vēditio:ita in cōtra-
ctu iſto innominato,ex parte eius qui facit, dicit̃
facio vt des:ex parte eius qui dat.dicitur do vt fa
cias vnde remanet ꝙ hic eſt facio vt des, ex parte
matris:ergo videt̃ ꝙ debeat dari de dolo,vt in cō
trario.Sol.lex contraria loquit̃ q̄n ex facto nihil
adeſt cui fit:ſed q̄n ei aliq̄d adeſt,tūc habet locum
actio pręſcrip.verb.ſicut in do vt des.& hic eſt ca
ſus.Nā ex eo ꝙ à lite deſiſto, tibi adeſt liberatio:
vt no.in d.§.q̄d ſi faciam.dixi vobis in l.actione.
5 s.eo.¶ Ex his habes notare† ꝙ iſta verba ſuſcipe-
re,recipere,& ſimilia debent intelligi iure dñij. ꝙ
apparet:qa pinde eſt ac ſi aliquid ſibi ꝓmitteret
dare ſecūdū gl.& doc.de ſimilibus verbis dixi in
l.ſi fundū certa die præſtari.de ver.obl. quæ tene
ne mēti. Antequā ego ſoluā iſtā gl.& iſtud dictū
cōtra eā primò opp.ſi iſta verba importarēt datio
nē,& fuiſſet interpoſita ſtipulatio,nō ageretur ad
intereſſe:ſed ageret̃ ad ipſas res:vt l.vbi aūt.in fi.
de ver.ob.l.Sed hic dicit̃ ꝙ agit̃ ad intereſſe.ergo
apparet ꝙ iſta,verba continēt factū,magis quā da
tionē.& vide text.Dico gl. bene dicere in hoc, ꝙ
iſta verba important dationem.ꝓbo,q̄n ꝓmitti
tur aliquid ſimpliciter,nec pōt tradi,dari,vel præ
ſtari.exēplū:ꝓmitto tibi fundū,nec adijcitur fun
dū dari,vel pręſtari,vel fundū tradi:intelligit̃ de
donatione:vt eſt tex.in l.ſi ita.§.j.de contrahen.
emp.ſed hic ex parte eius,q obligat̃ nō fuit appo-
ſitum aliq̄d verbū:ſed dixi, tu recipies fundū vel
bona:ſed ex pte eius, qui debebat recipere. ergo
debet intelligi ꝙ obliget̃ ad dandū. Ad cōtrariū
in eo q̄d dicit̃ id q̄d intereſt: rñdetur duobus mo
dis.Primò ſic : in id q̄d intereſt, vt exponamus.i.
ideo quia intereſt, petant̃ ipſa bona: vel aliter, &
melius,& magis placet: In ꝓmiſsione ſimplici de
6 dādo, procedit cōtrariū: ſed q̄n ſtipulatio† de ali-
a quo dando interponit̃ ſup aliquo contractu[a],de-
bet intelligi ſecūdū naturā illi⁹ cōtract⁹,ſup quo
b interponit̃[b]:vt ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus.& l.dāni
infecti quidā.in prin.de dā.infec.& l.v.§.conuen
tionales.de ver.ob.Modò cū hic fuerit ſtipulatio
interpoſita ſuper iſto cōtractu innominato,aſſu-
mit naturā ipſius,cuius natura hæc eſt:vt dari ſit
in obligatione.agat̃ ergo ad intereſſe:vt l.natura-
lis.§.j.de præſcript.verb. habuiſtis not.in l.j.j.de
ſen.q̄ ꝓ eo q̄d intereſt.¶ Opp.vlterius in gl.& vi
det̃ ꝙ ſi nō ſeruat̃ fides,debeat agi actione prima:
7 vt s.ti.j.l.cum ꝓponas.la.ij.Gl.† dat hic duas ſol.
Prima,ꝙ ſpeciale eſt hic fauore filiorū,& cùm eis
nō detur querela.quia omiſſa fuit præparatio.&
iſta ſol.pōt eſſe bona,vt dicā. Alij dicūt,ꝙ hic ſpe-
ciale odio q̄relę.nam ſicut obligatio ex maleficio
p pactū tollit̃ ipſo iure:ita querela p pactū tollit̃
ipſo iure:ideo ad eam nō pōt haberi regreſſus.So.
iſta nō eſt vera.nā ſecūdū hoc etiā ſi ipſa mater vi
ueret non poſſet habere regreſſum ad q̄relam.q̄d
eſt cōtra l.ſi inſtituta.ff.de inoſ.teſt. Dicendū eſt
ergo,ꝙ hic ad primā actionē non pōt haberi re-
greſſus:qa ſublata p mortē matris.& ſic contract⁹
innominat⁹,ſ.vt à lite deſiſteret,videt̃ implet⁹ ex
parte hęredis matris:meritò dat̃ actio præſcript.
verbis.& hoc innuit pręcedēs ſol.dū dicit,ſpecia
le eſt fauore filiorū.& vide gl.iſtud nō vr̃ bene di
ctū:quia iſta verba,vt à lite deſiſteret,vel diſcede
ret,deberēt intelligi diſcederet in perpetuū: vt l.
ſeruus.s.de pact.ergo ex parte matris, vel hæredū
eius,non poteſt impleri:quia ſaltē de facto pote-
rit ad litē redire:vt l.vbi pactum.j.eo.& habuiſti
8 no.s.e.l.actione. Cōcedo contrariū†:& ideo di-
co,ꝙ iſta actio præſcri.ver.non oriat̃ ex iſto con-
tractu innoīato,tāquā impleto à matre,vel ei⁹ hę
redib⁹:ſed dat̃ à lege abſq; aliqua matris obliga-
tione,vel cōtractu.& hoc eſt q̄d dicit tex.dū dicit
ibi,danda.dicit gloſ.à lege:licet ergo aliàs natura
actionis præſcri.verbis ſit ꝙ oriat̃ ex cōtractu,vt
l.iuriſgentiū.§.j.ff.de pac.tñ hic non orit̃:ſed à le
ge producitur ſine matre.Dicit ergo iſto caſu:iſta
actio datiua,nō natiua:& ideo datur iſta actio:qa
alio modo iſtis filijs ſubueniri non poteſt.& hoc
voluit dicere gloſ.ibi ſpeciale,id eſt pro filijs &c.
¶ Sed cōtra hoc inſiſto.imò videt̃ ꝙ poſsit ſibi ſub
ueniri p condictionem ob cauſam,vt ſe reponat
in priſtinā obligationē:vt l.ſi quis accepto.de cō-
di.ob cau.Solue duobus modis.primò ꝙ hic con-
dictio ob cau.non cōpetit:quia impoſsibile eſt,ꝙ
quis in priſtinā obligationē reponat.Cùm enim
9 †querela ex conſenſu partium nō oritur,non poſ
ſet ex conſenſu partium reſtaurari:vt l.ſi vnus.§.
pactus.ff.de pac.Pet.contra iſtā ſolu.dicit:fateor
ꝙ non pōt reſtaurari:ſed quia poteſt pati ſe de fa
cto conueniri:vt l.Iul.§.quātum.ff.ad exhiben.
hoc nō placet.primò per iſtā l.q̄ videtur velle,ꝙ
iſta actio vtilis pręſcrip.ver.detur in ſubſidiū.ſe-
cundò quia nulla lex dicit,ꝙ ego poſſum agere cō
tra aliquē,vt patiat̃ ſe conueniri de facto.ſed po-
teſt quis ſi vult ſua ſponte ad euadendū illā actio
nem.Ita loquitur d.l.Iulianus.§. quātū autē.fa-
cit de ali.iud.mu.cau.fac.l.iij.§.fi.Vel dic ꝙ cōdi-
ctio ob cām,nō pōt habere locū,neq; ex pœniten
tia,q̄ non habet locū in tranſactione,neq; ex mo-
ra:quia cū nō ſit impletus cōtractus ex parte hæ-
redū,vt dixi s.eo.l.actio.de neceſsitate ergo recur
ritur ad actionem pręſcri.ver.datiuā.¶ Item con
tra iſtud opp.& videt̃ ꝙ iſto caſu ſit danda actio de
dolo cōtra eū,qui non ſeruauit fidem:vt dixi in l.
actione.s.eo.Suſtinendo opi.Plac.ſol.ibi ille qui
de dolo volebat agere,ex parte ſua fecit quicquid
potuit:quia liberauit per acceptilationē,& Aqui
lianam ſtipulationē:hic verò hoc non fecit:licet li
beratio ſit ſecuta per mortē matris:tñ hoc fuit ca-
ſu magis quā facto ſuo,& nō pōt ita dolus aduerſa
rio impingi:meritò recurrit̃ ad actionē præſcrip.
ver.datiuā.Iſta eſt vera lec.quæ mihi placet.Poſ-
ſemus etiā dicere,ꝙ hic loquit̃ de actione præſcri
ptis verbis natiua,q̄ orit̃ ex contractu innoīato.&
quod hic dicit̃ in tex.vtilis,expone,i.efficax.& vi
detur hoc velle quędam gl.ſup verbo,vtilis.q̄d j.
dicit̃,dāda eſt.ſ.à l.ex natura cōtractus præambu
li:vt ſic ſit natiua,nō datiua:vt l.iuriſgentium.§.
j.ff.de pac.Et ſi tu dicis,q̄uo:cū hic non fuit imple
tus contractus ex parte matris,& hæredū:reſpon
deo ꝙ hic fuit cōuentū,vt diſcederet à lite præſen
ti,renunciando ei:& hoc fuit expreſſum. vnde p
illā renūciationē cōtractus videt̃ implet⁹.Pręce-
dēs tñ lec.videtur magis ſubtilis,& magis applau
10 dit literę.quod tene menti.¶ Vltimò no.†ex hac
lege tu iuuenis.actio nō debet inſeri in libello:qa
actio ex narratione facti apparet.& vide tex.ibi:
vtilis.& vide gl.ſuper ver.vtilis.fortè dicam in l.
edita actio.Item quidam inducunt iſtum text.ꝙ
actio eſt factum:quia res ipſa geſta eſt actio.ſed
truſſa eſt:& eſt opi.Vltramon.quia tex.dicit In-
ſti.de actio.§.j.in prin.ꝙ eſt ius:ideo non curo.de
quo per Cy.in l.edita actio.de eden.

¶ Additur nouiter.

CVm mota. Vbi q̄rela eſt ex-
tincta per tranſactionē,à modo non pōt agi primæua a-
ctione,vel ex ſtipulatione:ſed ſi ſtipulatio inter-
ceſsit,ad intereſſe.aſs agit̃ præſcri.ver.Opp.dicit̃
hic,ꝙ hęredib⁹ hui⁹ matris nō cōpetit querela.cū

a ¶ Super aliquo cō-
tractu.Et ꝙ ſtipu-
latio interpoſita ſu
per aliquo contra-
ctu intelligatur ſe-
cundum eius natu
ram,adde eundem
Bar.in l.ſi quis cū
aliter.ff.de verbo.
obl.& Alex.in cō-
ſil.lxxvj.in prin.in
v.vol.& Nouiſsi-
mi in repeti.c.j.de
iud.col.x.Str.

POMATES.

b ¶ Interponit̃. Sti-
pulationem inter-
poſitam ſuper ali-
quo contractu de-
bere intelligi ſecū
dum naturam eius
contractus ſuper
quo interponitur
& imò ſi appona-
tur ſuper contra-
ctu innominato,
debere regulari ſe-
cundū eius naturā.
Contra etiam huic
dicto videtur obſta
re illud,quod dicit
Bar.in l.ij.j.de con
di.ob cau.quod ra-
rò hodie in inſtru-
mento publico eſt
dare cōtractus in-
nominatos quia no
tarij ſuper illis ap-
ponunt ſtipulatio
nes,quaſi tunc, vt
ipſe ibi ſentit, ſit
recurrendū ad con
tractus innomina-
tos:& ſic non eſſet
verū id,quod ipſe
hic dicit. Sed pro
horum declaratio-
ne vide Alex.in l.
j.in fin.ff.de pact.
& in l.ſtipul.ff.de
ver.obl.in xj.opp.
Bar.intellige autē
hoc verbū ꝙ ſtipu
latio debet ſapere
naturā contractus.
procedit iſta regu-
la q̄n ſup vno in-
terponitur , ſuper
quo fuit interpoſi-
tus:ſecus ſi ſuper di
uerſo. Ita Imol.in
l.iiij.§. Cato.in vj.
opp. Bar.declarat.
de verb.obli.quod
dictū ibi exclamat
Aret.intellige etiā
hanc regulā,ꝙ ſti-
pulatio &c.vt non
detur in plus quā
dabatur primus cō
tractus : videt̃ ꝙ lō
gioris ſit vitæ,non
autem ꝙ non poſ-
ſit primū contra-
ctum fortiorē red-
dere. Ita dicit egre
giè Imo.in l.miles.
§.decem.ff.de re iu
dic.per illū text.&
ad hoc vide etiam
Imol.in l.ſi ita qs.
§.Seia.ff.de verbo.
obli.vbi vult hanc
regulam habere lo
cū,etiam ſi ſtipula-
tio eſſet conditio-
nalis,& interpone
retur ſuper contra-
ctu puro . & vide
Alex.conſi.lxxvj.
volu.v.col.j.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tra cū fuerit ꝑparata q̄rela: qa dicit tex. cū mota ꝙ
debeat cōpetere hr̄dibus: vt l. poſthumus. §. fi. ff.
de inoſ. teſt. Sol. gl. ꝙ hic nō cōpetebat hr̄dib⁹: qa
fuit remiſſa, ſeu ſopita ꝑ tranſactionē. Iſta ſol. eſt
no. qa ſicut effect⁹ ꝑparatiōis ꝑdit̃ ꝑ trāſactionē,
ſi poſt li. cōte. itercesſit tranſactio: puta ꝑ li. cōte.
actio efficit̃ ꝑpetua ad hęredes trāſitoria: iſte effe
ct⁹ ꝑdit̃, ſi trāſigat̃. ¶ Itē op. de l. ſi quis filiū. j. de
inoſ. te. Sol. vt in gl. j. ¶ Itē opp. dicitur hic ꝙ q̄re
la iterū intētari nō poteſt. cōtra de l. ſi inſtituta. ff.
de inoſ. te. Gl. dat duas ſo. Pria eſt, ꝙ ꝑ matrē pōt
intētari: nō per hæredem: vt hic. Iſta ſol. eſt vera.
Aliā ſo. dat gl. ꝙ ibi fuit renūciatū ſub cōditione
ꝑ hęredē: hic ſub modo. Iſta eſt vera in ſe, tn̄ non
quatenus ad l. nr̄am: qa eſt diuinare. Ex hac ſol.
collige, ꝙ vbi remittit̃ actio ſub aliqua cōditione,
ea nō exiſtēte: nō dicit̃ actio extīcta ſed remanet,
& intētari pōt: vt hic, & hæc vera: vt ibi apparet.
Sed qđ ī dubio. Pone remitto tibi actionē meā ꝓ
cētū: nō colligitur an ſit ſub cōditiōe vel ſub mō:
vr̄ ꝙ ſub mō. l. q̄ro. §. iter locatorē. ff. lo. circa fi. cō
tra iſtud eſt l. ꝓmittēdo. & l. ſtip. ff. de iure do. vr̄
ibi dicere, ꝙ ibi fallit in ꝓmiſsiōe dotis. & rō eſt:
qa ꝓmittere centū noīe dotis nō pōt ſine hoc: qa
mr̄imoniū cōtrahitur. ſed remittere tibi actionē
meā, hoc pōt eſſe ſine eo ꝙ det tibi centū: & ideo
in pręcedēti intelligitur ſub cōditiōe: in iſto ſeq̄n
ti ſub mō. Ex hoc collige ſi remitto tibi īiuriā ꝓ
cētū: & nō des mihi cētū: actio iniuriarū non pōt
ampli⁹ intētari. ¶ Itē op. & ſum in gl. ſi. magis vr̄
ꝙ hic fuerit cōtract⁹, facio vt des: vbi vr̄ ꝙ debeat
actio dari de dolo: vt l. naturalis. §. qđ ſi faciā. ff. de
ꝑſcr. ver. Sol. gl. ꝙ hic fuit cōtract⁹, do vt facias nō
facio vt des. ꝓbatur ex ordine tex. cū dicit, bono
rū ptẽ. Iſta eſt rō hui⁹ gl. Ex qua no. ꝙ ad cogno-
ſcēdū qs cōtract⁹ ſit, iſpicitur forma cōuētiōis, nō
forma implemēti. Idē ſentit gl. hic, & in l. ex placi
to. j. de re. pm. Verū eſt, ꝙ d. Bartoluti⁹ eſt ſolit⁹
dicere, ꝙ ex pte, eſt facio vt des: puta ī ꝑſona ma-
tris: ex alia pte pōt eē do vt facias: do ptē bonorū,
vt deſiſtas. Sed cōtra iſtud opp. qa ſi ex pte matris
eſt cōtract⁹, facio vt des: ergo vr̄ cōpetere actio de
dolo. Dic ꝙ ipſe bn̄ dicit. rō qa ex iſto pacto vt ve
lit deſiſtere alteri, adeſt liberatio quo caſu debet
dari pſc. ver. nō de dolo. ¶ Itē op. de l. cū ꝓponas.
s. ti. ꝓx. gl. dat duas ſo. Pria eſt, licet ſit ſcđa ī gl. ꝙ
ſit ſpāle rōne q̄relę, q̄ tollit̃ ipo iure. Iſta ſo. nō vr̄
vera: qa ſcđm hāc ſo. cōcludit, ꝙ ēt mr̄ n̄ poſſet ip
ſam intētare. qđ eſt falſū, vt s. dixi. Vn̄ gl. dat aliā
ſolutionē. & iſta eſt pria ī gl. vt ſit ſpāle ꝓ filijs. &
iſta eſt vera. ¶ Sed inſtat̃, & vr̄ ꝙ poſsit agi condi-
ctiōe ob cām, vt fiat reſtitutio in priſtinā obliga-
tionē: vt l. ſi qs accepto tulerit. ff. de cond. ob cau.
Quidā dixerūt cōtrariū: qa patit̃ agi: & patit̃ cōuē
tus ſe poſſe cōdēnari. Iſta nō eſt vera: Vn̄ dices: cū
querela tollat̃ ꝑ pactū, ſicut & actio iniuriarū, &
furti, nō pōt agi, vt fiat reſtō in priſtinā obli. & qa
ſicut actio furti, & iniuriarū nō orit̃ ex pacto, ſed
ex cōtumelia: vt l. ſi vn⁹. §. pact⁹. ff. de pactis. ita ꝑ
pactū ſequēs nō reſuſcitat̃ actio iniuriarū, nec fur
ti: neq; in querela pōt peti ꝙ fiat repoſitio in pri-
ſtinā obligationē. ¶ Itē op. de l. actiōe. s. e. qa de-
bet agi actiōe de dolo. Solue ꝙ ibi loq̄t̃ de actione
de dolo cōmiſſo in trāſactiōe: hic de dolo cōmiſſo
poſt trāſactionē: qa nō obſeruant̃ ꝓmiſſa. ¶ Item
opp. & vr̄ ꝙ poſsit agi pręſcr. ver. quia ille, q agit,
impleuit cōtractū ex pte ſua. d. l. naturalis. ꝑ totū.
Sed retēto themate ex pte mr̄is & hr̄dū ſuorū, nō
poteſt impleri cōtractus ex parte ſua: quia ſi non
agūt hodie, agēt cras: & poterūt agere etiā de fa-
cto aſs de fructib⁹: vt l. vbi j. eo. Gl. q̄ incipit, dan
dat̃, ā lege fatet̃ cōtrariū: qa eſt verū, ꝙ vbi cōtra-
ct⁹ pōt impleri, actio pręſcri. ver. ſi contract⁹ im-
plet̃, eſt natiua: & pręſupponit obligationē: vt l.
iuriſgentiū. §. j. ff. de pac. ſed vbi non poteſt imple
ri contractus, actio præſcri. verbis dicit̃ datiua. Ita
debet intelligi iſte tex. & gl. q̄ dicit, ſ. ā lege Bart.

a **TRanſactionis.** Procurator ad litem nō
pōt trāſigere[a]. h. d. ¶ Opp. de l. ꝓcurator
cui generaliter cū libera. ff. de procu. Sol. ꝙ hic di-
citur, fallit in tribus caſibus, qui ponuntur in glo.
aliās quòd quis poſsit tranſigere, requiritur ſpe-
ciale mandatum: vt hic, & l. mandato. ff. de procu.

**DE alimentis.** Hæc lex po-
nit duas regu
las: & non eget ſummario. ¶ Opp. de l.
cū hi. §. planè. ff. e. Sol. Ibi de alimētis
debitis ex cōtractu: hic ex vltima volūtate debi-
tis. In qua diſtingue, vt hic dicit̃. & plenè tractat̃
per Iuriſconſultū in d. l. cum hi. per totā l. ff. eod.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Ratio, quare tranſactio ſuper alimentis pręte-
ritis valet.
2 Super alimentis futuris cognoſcitur ſummariè: ſe
cus ſuper præteritis.

**DE alimentis.** Tranſactio
facta ſup ali
mentis pręteritis, valet ſup futuris nō
valet. Quæro de ratione diuerſitatis
1 illorū. Ratio eſt: † qa alimēta pręterita nō ſunt ne
ceſſaria, ſicut futura. Nam ſi alimēta relaxent̃, quis
poſſet mori fame quæ ratio ceſſat in præteritis.
2 Iſta rō eſt no. & d. la. no. eā ad alia, ſ. ꝙ ſup † alimē
tis debet cognoſci ſummariè: vt l. ſi qs à liberis. §.
ſi vel parēs. ff. de lib. agno. & l. ij. ff. ad Tre. §. cau-
ſæ. ff. de Car. edi. intelligit ipſe, ꝙ hoc ſit verū ī ali
b mētis futuris[b]: in alimētis pręteritis nō. Eodē mō
dicit ipſe, ꝙ licet de alimētis poſsit cognoſci die-
bus feriatis. l. ij. de ferijs. intelligit de futuris. ¶ Itē
opp. de l. cū hi. §. planè. ff. eo. Sol. ꝙ ibi loquitur in
debitis inter viuos: hic de alimentis debitis in vl-
tima voluntate. Quęro de ratione: Ratio eſt iſta
quia obligatio ex contractu inter viuos, reſpicit
vel tempus præteritum, vel præſens: arg. l. ſi Sti-
chū. §. ſtipulatio. & qđ ibi no. ff. de ver. oblig. Sed
obligatio ex vltima volūtate, reſpicit tēpus futu-
rum, ſicut alimēta. & ideo, dicit ipſe, cùm debean-
tur alimenta ex vltima voluntate, quæ reſpicit tē
pus futurum, quòd tranſactio non valeat. Bar.

**SI ſuper.** Breuiter dicit: valet tranſ
actio, etiā ſi nil ad partem
peruenerit: ſi tn̄ potuit ꝑuenire, & pactū
trāſact. etiā in actionib⁹ realib⁹ exceptionē indu-
cit. h. d. ¶ Opp. de l. trāſac. j. eo. Sol. licet hic aliqđ
non peruenerit ad actorē, tn̄ potuit peruenire: vt
dixi in ſummario. qđ no. ¶ No. etiā qđ dixi ꝑ pa-
ctum contra actionē in rē parat̃ exceptio. ¶ Nota
etiā ꝙ cōtract⁹ trāſactiōis pōt fieri cōditionaliter:
vt ſi intra diē &c. taugam j. e. l. ſiue apud acta. &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Exceptio tranſactionis iuriſiurandi, & rei iu-
dicatæ impediunt litis ingreſſum.

c **FRatris.** [c] Breuiter dicit: Tranſ-
actionis exceptio impe
dit lit. cōte. h. d. ¶ No. ꝙ exceptio trāſ
actiōis &c. vt dixi in ſummario. ¶ No.
generaliꝰ, ꝙ oīs exceptio q̄ eſt inducta vt ſit litiū
1 finis, impedit lit. cōte. † de exceptione tranſactio-
nis probat̃ hic: de exceptiōe iuriſiurādi probat̃ in
l. j. de iureiur. de except. rei iudi. probatur in l. j. ff.
de re iudi. meritò iſtę tres exceptiones impediunt
lit. conte. vt l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cōdi.
indebi. & ibi not. Idem poſſumus dicere de exce-
ptione præſcriptionis: vt l. fin. pro ſuo. Dicam de
præſcrip. long. tempo. l. emptor. &c.

**DE fideicommiſſo.**
Hæc eſt pulchra lex. In ſumma breui-
ter dicit: Fideicōmiſſum inter fratres
d poteſt remitti: nec ex hoc dicitur minor lædi[d], li-
cet ex caſu ſibi poſſet eſſe damnoſum. h. d. Iſtam
l. habuiſtis s. tit. j. l. cū ꝓponas. & faciunt iſta not.
ibi ad illā q. quam dixi tibi s. in j. conſti. Codic.

¶ Additio noua.

**DE fideicommiſſo.** Ius fi-
deicōmiſsi pōt remitti ꝑ pactū, & tranſ-
actionē. h. d. Quęro de rōne dubitandi. Dic vt in
gl. ¶ Itē no, bene hanc l. ꝙ ſi pupillus, vel minor,
vel

---

❧ P. P A V. P.

a ¶ Non poteſt trāſi-
gere. Item nec cō-
promittere, ſed re-
quiritur ſpeciale
mandatū. pro quo
eſt, & eius declara-
tionem vide Pau.
conſi. lxxxvij. poſt
princ.

b ¶ Futuris. Adde
Albe. in l. cum hi.
ff. eod. in princ. &
Petr. de Ancha. in
Cle. j. de iure patr.
& Fran. de Aret. in
conſi. xcvij. col. fin.

c ¶ Fratris. Adde ꝙ
Bald. in additione
ad Spec. in titu. de
ſuc. ab inte. dicit, ꝙ
valet tranſactio in
ter fratrem legiti-
mum, & ſpurium,
per hanc l. in quan
tum autem Alex.
dicit ꝙ ſtante ſta-
tuto, ꝙ omnis cau-
ſa inter coniunctos
debeat cōpromit-
ti, nō haberet locū
vbi opponeretur
exceptio litis fini-
tæ vel alia impe-
diens litis ingreſ-
ſum. Adde Pet. de
Anch. cōſi. clxxx-
iij. Bal. conſi. cxciij.
iij. lib.

❧ P. P A V. P.

d ¶ Lædi limita ſin-
gulariter iſtam re-
gulam, niſi attento
veriſimili euentu
futuro magis eſſet
veriſimile ꝙ in fa-
uore vnius debe-
ret euenire caſus fi
deicommiſsi: quia
ille non poterit e-
uenire per hāc re-
ciprocam remiſsio
nem, etiā ſi inter-
ueniret decretū iu
dicis, tanquā læſus
poſsit reſtitui. Vi-
de Comē. conſil. c-
xiiij. inci. Ant. iuij.
dubio. Item vide
pro iſta regula quā
ſcribit Iaſon in l.
pater puellæ, C. de
inoffi. teſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Quod non videtur. Adde Dyn.in l.diuus.ff.ad Syllania.& ibi Ray.de Forli.in apoſt.Iac.de Arc.in l.j.j.in quib.cau.in inte.reſti.non eſt neceſ. & per Gul.de Cu.in l.ſi pro fure.ff.de condi.fur.Et etiam hic adde quæ ponunt Bal.& doc.in l.pactum curatoris.ſ.de pactis.

b ¶ Inſulam. Adde ſecundùm Pau. de Caſtr. quòd videtur dicendum oppoſitum, quòd nō habeatur pro impleto. nam l. inſulam. §. fi. loquitur in cōtractu nominato, ex quo oritur obligatio & actio ſtatim, etiā ante ſecutū implementū, licet obſtet exceptio vſq; quò impleatur: vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Sic ergo nō pōt impleri ex parte actoris, niſi prius impleatur ex parte rei: qa venit fiendum implementū, ex eo quòd reus dabit, vt ſi locas mihi opus fiendum pro centum, quòd de illis centū facere debeo: tunc æquitas dictat, qđ agere poſſum ante quā faciā, & quod cauendo de faciendo debeat ſufficere, cùm mihi non obſtet exceptio. et ita loquiť ibi. Non enim habes actionem ex implemento, ſed ex ſolo conſenſu: ſed nos loquimur in cōtractib⁹ innominatis, ī quibus antequam impleā nō eſt orta obligatio, & actio: quę debet oriri ex implemento: vt l. iuris gentiū. §. j. ff. de pactis. Non ſic ergo dictat æquitas, quòd cautio de implēdo faciat mihi oriri actionē & obligationem nec ita faciliter, ſicut dictat ꝙ actionē non datā poſsit exercere ſine obſtaculo exceptiōis. hoc cū facilius ſit, & hoc dicit eſſe ita verum ſicut Deus eſt in cœlis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

actio fuit facta per ſtipulationẽ, quæ eſt veſtita in ſcipſa ver-
bis: nec eget implemento rei interuẽtu: hic loquitur de trãſ-
actione facta pacto nudo, quæ rei interuẽtu ex parte actoris
nõ poteſt impleri. Ita loquitur hic. nam veſtimentũ quod fit
verbis, fit ex diſpoſitione cõtrahentiũ: quod lex nõ denegat.
ſed illud quod fit rei interuentu, fit ab vna parte tantùm lege
cooperãte. vnde ſuũ lex, nõ tuũ tibi denegat auxiliũ. & vide
glo. ¶ Item opp. ad prædicta: & videtur ꝙ poſsit agi pręſcri-
ptis verbis, ex parte actoris: vt l. ſi ꝓ fundo. j. eo. Gl. dicit ꝙ
ibi fallit. Vel dic ꝙ ibi ita loquiť de actiõe præſcriptis verbis
datiua, nõ natiua. Iſta ſol. quãtum ad illam l. ſi pro fundo. nõ
eſt bona: quia nulla eſt ratio, quare hic nõ daretur actio præ-
ſcriptis verbis, ſicut ibi, nam hic rei vendicatione agebatur, ſi
cut ibi. ergo dicit Pet. & credo, ꝙ bene dicat in hoc quòd l. ſi
pro fundo. debet intelligi, quãdo trãſactio fuit facta per talia
verba, quæ reſpiciũt implementũ ex parte actoris: vt, ꝓmit
to te liberare, vel actioni poſitæ renunciare: ideo ibi datur a-
ctio præſcriptis verbis actori, impleto cõtractu ab eo. ita lo-
quitur ibi. ¶ Item ad illud opp. & videtur ꝙ actori competit
actio præſcriptis verbis: vt ſ. eo. l. cùm mota. Sol. vt ibi dixi.
Vel intelligas ꝙ ibi fuit taliter conceptus, quòd põt impleri
ex parte actoris: & fuit impletus. Vel ſi dicas, ex ꝑte actoris
non poteſt impleri: tũc in ſubſidium datur actio præſcriptis
verbis, à lege, quæ eſt datiuã, nõ natiua: cũ in priſtinã obliga
tionẽ ſe non poſsit reponere: vt ibi dixi. & vide gloſſam tuã.
¶ Vidimus ꝙ reo datur actio præſcriptis verbis & cõdictio
ob cauſam. Item vidimus vtrũ actori detur actio præſcriptis
verbis, ſicut reo. ¶ Quæro, vtrũ actori detur cõdictio ob cau
16 ſam: † vt reus ſe reponat in priſtinã obligationẽ: ſicut reo da-
tur, vt actor reſtituat accepta. & quod actori cõpetat. gl. vide
tur hic tenere, & in l. actione. ſ. eo. Item tenet in l. cùm mota.
cùm actio eſt talis, quę poteſt cõſenſu partiũ reſtaurari. Et vi
detur caſus in l. ſi quis acceptæ. de cõdi. ob cau. ¶ In cõtrariũ
videtur hæc l. quę dicit quòd ſit neceſſe agere actione prima.
Item videtur caſus rotundus in l. ſi pro fundo. j. eo. vbi dici-
tur expreſsè ꝙ ad actionem primam nõ poteſt dari regreſſus.
Pro hoc etiã facit j. eo. l. quãuis. Aduerte, dicas ſic: Quãdoq;
reus impleuit cõtractũ ex parte ſua, quantũ potuit: quãdoq;
noluit implere. Primo caſu non datur actori cõdictio ob cau
ſam, vt reus ſe reponat in priſtinã obligationẽ, vt j. e. l. ſi pro
fundo. ibi enim reus dedit rem actori, licet fuiſſet euicta. &
eſt ſpeciale in tranſactione fauore minuendarum litium: licet
ſecus eſſet in aliјs cõtractibus innominatis: vt l. fin. de cõdic.
ob cauſ. Secũdo caſu, quando reus noluit implere: & tunc aut
talis actio quę nõ poteſt ꝑ cõſenſum partiũ reſtaurari, & non
datur cõdictio ob cauſam vt ſ. eo. l. cùm mota. & j. ad Turp.
l. quamuis. Si verò per conſenſum partiũ poteſt reſtaurari: &
tunc actor vult per cõdictionẽ ob cauſam ex ſua pœnitentia
reſtaurari: & hoc nõ poteſt: vt j. eod. l. quamuis. Aut aduerſa
rij mora: & tũc ſi quidẽ ipſe potuit implere, & impleuit con
tractum ex parte ſua, habet locũ cõdictio ob cauſam: aliàs ha
beret locũ actio de dolo: vt not. in l. actione. ſ. eod. & ibi dixi.
Prædicta vera, quando per tranſactionem actio fuit ipſo iure
ſublata. nam ſi ſublata nõ eſſet, duraret actio prima: ideo non
eſſet locus cõdictioni ob cauſam, vt ſe reponeret in priſtinã
obligationẽ. hic eſt caſus hic. ¶ Sed contra hoc opponi. video
quod reus, cui legatur liberatio, habet actionẽ ex teſtamẽto
vt liberеť, licet ſit tutus exceptione: vt l. iiij. §. j. ff. de lib. leg.
ergo eadem ratiõe, licet iſte actor habeat replicationẽ poteſt
petere, vt reus ſe reponat in priſtinam obligationẽ, & faciat
pactum de non petendo. Et hoc tenebat Iac. de Rauen. quod
17 doct. noſtris nõ placet: † quia non debet peti vt fiat id quod
factũ nõ releuat: vt l. hæc ſtipulatio. & diuus. vt leg. no. caue.
ſed hic actio nihil releuat: quia ex pacto de nõ petende cõſe-
quereť replicationẽ tantùm: vt in l. iuris gentiũ. §. pactus ne
peteret. quam replicationem habet ſine eo. Et per hãc legem
non obſtat quod dicitur de eo cui relinquitur liberatio: quia
illud ideo non eſt in poteſtate rei, quando conuenitur, vt ſic
opponat exceptionẽ. Vt igitur ſibi pararet probationes, per-
mittitur ſibi agere vt libereť, ſed in poteſtate actoris eſt agere
quando vult: & ſic replicationem opponere: ita loquitur hic.
¶ Hoc ergo viſo, hoc eſt qualiter actori ſubueniatur per con-
18 dictionẽ ob cauſam: reaſſumo † qualiter ſibi ſubueniatur per
actionẽ præſcriptis verbis. Et dicas ſic: Aut verba trãſactio-
nis ſunt cõcepta affirmatiuè, ita ꝙ ex parte actoris poſsint im
pleri: & tunc implemento ſecutõ ei cõpetit actio pręſcriptis
verbis: vt l. ſi pro fundo. j. cod. & l. naturalis. §. j. de præſcrip.
verb. Aut ſunt cõcepta negatiuè, ita quòd nõ poſſunt imple-
re: & tunc aut eſt interpoſita ſuper contractibus bonæ fidei:
& cauẽdo implet: vt l. inſulam. in fi. ff. loca. & ſic ei cõpeteret
actio præſcriptis verbis. Ita intelligo gl. hic poſitam. Aut ſu
per contractibus ſtricti iuris: & tunc aut actio prima. nõ eſt
ſublata, & non datur actio præſcriptis verbis: ſicut nec cõdi-
ctio ob cauſam, vt dictum eſt ſ. ſed de neceſsitate reuertitur
ad actionẽ primam. Caſus eſt hic. Aut actio ſublata eſt talis,
quæ poteſt cõſenſu partium reſtaurari: & tunc actio pręſcri-
ptis verbis non habet locũ datiua vel natiua. Natiua nõ: quia
contractus non eſt impletus ex parte actoris. Datiua nõ: quia
ceſſat æquitas, propter quam datur: quia poteſt agere condi-
ctione ob cauſam, vt ſe reponat in priſtinã obligationem, vt
ſ. dixi. Aut poteſt cõſenſu partium reſtaurari: & habet locũ
actio præſcriptis verbis datiua, non natiua: vt l. cùm mota. ſ.
eod. Omnia quæ dixi ex parte actoris, quando verba cõtra-
ctus ſunt cõcepta, ꝙ ex parte eius nõ poſſunt impleri: intelli
ge etiã ex parte rei, ſi poneres verba ita concepta, ꝙ eius parte
impleri non poſſent. ita intelligo iſtam materiam. ¶ Contra
omnia prædicta opponi. dixi ꝙ tam actori, quàm reo, ſubue-
nitur per condictionem ob cauſam, vel actionem pręſcriptis
19 verbis. ¶ Cõtra: imò † per actionem de dolo, vt ſ. eod. l. actio-
ne. & l. ſub prætextu. ergo apparet quòd iſtæ aliæ actiões nõ
habent locũ: quia actio de dolo non concurrit cum alia. Glo.
hoc tangit in vltima gl. Tu circa hoc dicas breuiter ſic: Quan
doq; quæritur de dolo commiſſo circa actionem, ſuper qua
tranſigere poſſet: & de hoc non dico hic. gl. tangit in l. actio-
ne. ſ. eo. & j. l. proxi. & ibi dicam. Quãdoq; quæritur de dolo
cõmiſſo in litigando circa litẽ, de qua tranſigitur: & tunc aut
dolus cõmittitur ex parte actoris, aut ex parte rei. Primo ca-
ſu, tranſactio eſt nulla: ſed ſi reus actori nomine tranſactiõis
aliquid dederit, habet locũ actio de dolo data, ad reſtituendã
illam liberationem: ſed ex parte rei valet tranſactio, & datur
actio de dolo actori, ad reſcindendam tranſactionẽ ſi primam
actionẽ ſuſtulit: vt ſ. eo. l. ſub pretextu. & ibi not. ff. de cõdi.
inde. l. in ſumma. in prin. quãdoq; cõmittitur dolus inducẽdo
aliquẽ ad tranſgendũ: & tunc dic, aut tranſactio interponiť
ſuper cõtractibus bonæ fidei, aut ſuper cõtractu ſtricti iuris:
& de hoc dic vt ſ. eo. l. ſub pretextu. Quandoq; dolus cõmit-
titur in nõ obſeruãdo promiſſa: & tunc loquitur materia no
ſtra: quia regulariter habet locũ cõdictio ob cauſam, vel præ-
ſcriptis verbis: vel agitur actione prima, vt ſ. dixi, videlicet
quãdo actio extincta nõ poteſt reſtaurari per cõdictionẽ ob
cauſam, que nõ cõpetit ex pœnitẽtia: vt l. quãuis. j. eo. nec ex
mora. Itẽ not. quòd ex mora aduerſarij quãdo actor non põt
implere ex parte ſua, nõ datur actio præſcriptis verbis, eadẽ
ratione, ſcilicet quia actor non poteſt implere: & ideo datur
actio de dolo, ſecũdùm opi. Pla. notabilẽ. In caſu tamẽ poteſt
20 agi actione de dolo: vt ſ. eod. l. actione. ¶ † His præmiſsis re-
ſtat ꝙ veniamus ad quæſtiones: & primò quæro, vtrũ tranſ-
actio ſit contractus. Certè ſic: quia vltro citroq; naſcitur obli
gatio: vt l. Labeo. §. cõtractum. ff. de verb. ſig. & ſ. l. cũ te. ibi:
21 ſi de fide cõtractus, &c. ¶ † Quæro ſecũdò, vtrũ ſit cõtractus
nominatus, vel innominatus. Et videť quòd ſit nominatus:
qa habet elegans nomẽ, ſicut emptio, & vẽditio, depoſitũ, &
ſocietas, pignus: ita tranſactio habet nomẽ elegãs. In cõtra-
a riũ eſt veritas[a]: quia cõtractus nominati producũt actionẽ
eo ipſo quòd ponũtur abſq; aliquo implemẽto: vt l. iuris gen
tium. in prin. ff. de pac. ſed trãſactio nõ producit actionẽ, niſi
implеatur rei interuẽtu: ergo apparet ꝙ non eſt cõtractus no
22 minatus, vt hic: & hoc ſentit iſta gl. tota, & eſt veritas. ¶ † Sed
tunc quæro, quare nõ eſt nominatus ſicut emptio, & vẽditio.
In permutatione reperio legẽ hoc dicentẽ j. de rerũ permut.
ſuper rub. & in d. l. iuris gentiũ. §. j. Nam permutatio ſecũdũ
veram opin. ideo nõ dicitur cõtractus nominatus, quia habet
nomen generis, non ſpeciei. nam etiã emptio poteſt dici per-
mutatio: quia permutatur res cum pecunia. Idem in locatiõe
permutatur opera cum pecunia. vnde permutatio generis, &
appellatio generis, non facit contractum dici nominatum: vt
de condi. & demon. l. ſi nominatim. & de libe. & poſthu. l. j.
Idem poſſumus dicere in trãſactione. nam ſiue recedas à lite.
pacto gratuito, ſiue ſimplici renunciatione, ſiue ſententia: po
teſt dici tranſactio, hoc eſt, tranſactum à lite, vel trãſactũ ab
actione: quia propriè ex parte actoris dicitur trãſactio, vt ha
buiſtis not. in l. ij. ſ. eo. Cum ergo ſit nomẽ generis, non facit
contractum dici nominatum. Præterea, & iſta eſt melior ra-
tio quæ poſſet reddi: Contractus nominati habent ſuos fines
determinatos. In emptione, & venditiõe emptor dat pretiũ.
venditor dat rem. In locatione locator dat rẽ cõductor pre-
tiũ: ſed trãſactio nõ habet fines determinatos: quia quãdoq;
actor dat pecuniã, quandoq; recipit: vt l. ij. & l. ſi ſuper poſſeſ
ſione. ſ. eo. Vel dic ꝙ ideo nõ eſt nominatus: quia nõ placuit
conditoribus iuris eam ponere inter cõtractus nominatos. &

✻ POMATES.
a ¶ Eſt veritas. Vide Alex. vbi tenet quòd eſt contractus innominatus. conſilio xl. colum. j. volu. v.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

23 fortè non eſt mala ratio.¶ Quero † quis contractus innomi-
natus eſt hic? Quidam dicũt ꝙ eſt facio vt des: quia remittere
eſt facere. Alij dicũt, ꝙ eſt do vt des: non curo. Aduerte: glo.
noſtrę conſiderãt contractus innominatos penes modum in-
eundi cõtractum: vt habuiſtis no. ſuprà. co. l. cũ mota. & hac
l. Sed ego teneo cum Vltramont. quòd deberemus inſpicere
vtrãque partẽ; vt ex vna parte ſit facio vt des: & ex alia parte
ſit do vt facias. Idem in ſimilibus, vt dixi in l. cùm mota. ſu-
prà, co. Nunc ad propoſitum dico, ꝙ cõtractus tranſactionis
cõmuniter eſt remittere, vt detur aliquid. & iſtud remittere
ſecundùm quoſdam, eſt idem quod dare: vt hic dicit gl. circa
princ. Secundùm alios, quando remittitur debitum, dubium
non eſt dare, ſed facere, vt ſ. dixi. & dixi in l. actione. ſ. eod. &
ſic ſecundùm aliquos eſſet facio vt des: ſecundùm alios do vt
des. tamẽ in hoc nõ eſt curandũ: qa cũ ex iſto facto aliqd abſit
parti, datur pręſcriptis verbis; ſicut in do vt des. Cũ ergo idẽ
ſit effectus, nõ curãdum quis cõtractus ſit: vt l. Gallus. §. ſi eiꝰ
ff. de lib. & poſthu. tamen poteſt eſſe, ꝙ tranſactio verè eſt, fa
cio vt des ex parte actoris. Exemplũ: Actor petebat ſibi dari
fundum: deuentum eſt ad tranſactionẽ hanc, ꝙ actor iret Ro-
mam pro reo, & reus ſibi daret fundũ: tunc eſſet facio vt des,
ex parte actoris: ex parte rei, do vt facias. Item poteſt eſſe ex
parte actoris do vt des, in exẽplo pręmiſſo: ſi in tranſactione
fuiſſet conuentum, vt actor daret cẽtum, & reciperet fundũ:
vt ſ. co. l. ſi ſuper poſſeſsione; & tunc ex vtraq; parte erit do
vt des: cùm ex vtraq; parte ſit datio. Itẽ poteſt eſſe ex parte
actoris, do vt facias: & tunc ex parte rei erit facio vt des: poſ-
ſet etiam eſſe ex parte vtriuſq; facio vt facias: vt diligẽs inue
ſtigator poterit perquirere: vnde cõtractus tranſactionis, po
teſt cadere in qualibet ſpecie cõtractus innominati. Hoc vult
ſentire prima gl. tua magna circa fi. & vide eam. ¶ Quęritur,
24 quid ſi tranſactio † non fiat per vt, ſed ꝑ ſi, hoc modo, ſi da-
bis mihi centum, vt remittam tibi actionem; vtrum ſit cõtra
ctus innominatus. Videtur ꝙ nõ: quia non oritur vltro citro
ꝗ̃ obligatio, ergo nõ eſt contractus propriè; vt l. Labeo. §.
cõtractum. de verb. ſignifi. Illud enim quod eſt in cõditione,
non eſt in obligatione; vt l. ſi quis ſub conditione. ſi qs omiſ.
cau. teſt. & hoc videtur tenere gl. in l. ſi quis cum debitore. ff.
de iureiu. ¶ In contrarium, ꝙ ſit trãſactio, & cõtractus inno-
minatus, videtur tex. ſ. co. l. ſi ſuper poſſeſsione. Et videtur
tenere gl. ff. de pac. l. ſi intra. ff. de don. l. hoc iure. Gul. de Cu.
in d. l. ſi quis cũ debitore: dicit. Aut in conditione venit aliqd
per quod parti aliquid adeſt: & erit contractus innominatus.
Aut non venit id, per quod parti aliquid adeſt: & non erit cõ
tractus innominatus. & hoc ſatis poteſt ꝓcedere. Ad id quod
dicitur, ꝙ nõ eſt in obligatione illud quod eſt in condictiõe,
reſpondeo & cõcedo oppoſitũ: & dico ꝙ ille cõtractus inno-
minatus tunc incipit eſſe cõtractus, quãdo quis cõditionẽ im
plere incipit: vt no. in dic. l. ſi quis cum debitore. ff. de iureiu.
25 ita debetis intelligere. ¶ † Quęro, dicitur hic: vẽdicatione pẽ
dente, vtrum actor habeat proſequi primã inſtãtiam, vel ha-
beat neceſſe de nouo inchoare. Tex. hic videtur velle ꝙ proſe
quatur inſtantiam. Dixi ſuprà, eod. l. ſi diuerſa. hoc declarabo
in ſequenti quæſtione. ¶ Quæro, dicitur hic, ꝙ ſi reus vult
euadere primã actionẽ. cogitur parere trãſactioni. ¶ Quæro,
vſque ad quod tempus poteſt actionem primam euadere, pa
rẽdo tranſactioni. Glo. dubitat, dicam j. eo. l. ſi maior. ¶ Vlti
mò gl. format vnũ contrarium, & nõ ſoluit, ſuper verbo pẽ-
dente. ibi. ff. ad leg. Fal. iij. aliàs iiij. §. j. Sed melius obſtat l. iiij.
quia l. iij. nihil ad propoſitum. Item l. iij. non videtur concede
re prima facie: ſed rectè inſpiciendo cõtradicit ad id quod. gl.
26 proximè dicit: † nam titulus ſuperueniens poſſeſſori, facit eũ
quęrere dominium, ex perſona eius, à quo habet titulũ. Sed
hoc poſſeſſori ſuperuenit titulus, ſ. trãſactio; ergo videtur ꝙ
ex perſona actoris quęrat dominium: & ſic actor deſinat eſſe
dominus. cuius contrarium hic dicitur. Sol. Verba tranſactio
nis hic non reſpiciunt tranſlationem dominij, ſed ſolùm ten
dunt ad impediendam actionem: quia promiſit nõ agere, vel
petere, vt ſ. dixi. meritò dominium non transfertur: vt vide-
bitis j. cod. ſi pro fundo.

**Siue apud acta.** Trãſactio legitimè fa
cta debet obſeruari: &
ſi fiat nudo pacto, ex eis non agitur: ſed ſi promiſ-
ſa non obſeruantur, prima actione agitur. & ſi op.
exceptio tranſactionis, replicatur de dolo. h. d. vſque ad fi. &
diuiditur in duas partes: qa primò ponit dictũ in genere. ſecũ
dò infert ad ſpeciem. Secunda ibi: ſed quoniam. ¶ Opponitur
& intro gl. magnam, dicitur hic ꝙ ex nuda conuentione non
poteſt agi: ſed agitur prima actione. Imò videť quod cõpetat
actio: vt l. iij. poſt prin. ff. de condi. ob cau. Sol. gl. ꝙ reo com-
petit actio ad repetendum quod dedit: ſed actori non, vt hic
Aduerte: quia lex cõtraria loquitur de cõdictiõe ob cauſam
quæ cõpetit vt ibi. Et aduerte: quia cõdictio ob cauſam, dici-
tur extra id quod agitur inter contrahẽtes: vt l. ſi quis. §. j. ff.
mãda. lex aũt noſtra prohibet intẽtari actionẽ ex nuda con-
uentione: non autẽ prohibet quin poſsit agi alia actiõe, puta
condictione ob cauſam. ¶ Ex hoc nota ꝙ vbi reus cum quo
ſit tranſactio, implet cõtractũ ex parte ſua, ei datur cõdictio
ob cauſam, ad repetendum quod dedit: vt d. l. iij. ſi actor non
obſeruat promiſſa. ¶ Item, cõpetit ſibi exceptio trãſactiõis:
vt per totũ hũc titulum. Item, ex eo ꝙ implet cõtractum ex
parte ſua, poteſt ſibi cõpetere actio præſcriptis verbis: habet
ergo tria remedia. Dixi quòd reo datur cõdictio ob cauſam.
¶ Quærit gl. quæ eſt ratio, quòd ex parte actoris trãſigentis
dicitur eſſe facio vt des: ex quo contractu oritur actio de do-
lo: vt l. naturalis. §. qđ ſi faciã. præalleg. ſed actio de dolo nõ
poteſt cõpetere cum alia: vt l. j. ait. ff. de dolo. ideo actori nõ
datur actio ſicut reo. Hanc reprobant gl. quia iſtud eſt verbũ
generale, quod ex parte actoris trãſigentis ſemper dicitur cõ
tractus, facio vt des: imò poteſt eſſe do vt des: cùm remittere
ſit dare: vt l. ſi mulier. ff. de cõdic. ob cauſam. quod eſt verũ,
ſecũdùm do. Iac. ſi debitum eſſet purũ: vt dixi in l. actione ſ.
eo. Vnde gl. dicit quòd nõ datur actori: quia hic fuit nudum
pactũ, & non eſt veſtitũ aliquo veſtimento cõtra rationẽ gl.
¶ Opp. & videtur quòd fuerit veſtitũ: quia eo ipſo reus libe
ratur: & per cõſequens ei cõpetit actio: vt l. iiij. §. fin. de cõdi.
inſtit. Solu. gloſ. per interemptionem: quia licet actor liberet
reum, adhuc ex parte ſua non dicitur impletus contractus: &
ideo ei datur actio: qui ſaltem poſſet agere de facto: vt l. vbi.
j. eod. Verũ eſt tamẽ, dicit gl. quod not. quòd ſi actor caueret
ſe non acturũ: tunc videtur plenè impleuiſſe contractum ex
parte ſua: quia talis cautio habetur loco veſtimẽti: vt d. l. iiij.
§. fin. & ideo agit. Cõcludit quòd iſta cautio Mutiana habeat
locũ in diſpoſitionibus inter viuos. Ita ſentit gl. hic. Cõtra-
rium fuit not. in l. j. ſ. tit. proxi. Contrariũ not. in l. Mutianæ
ff. de condi. & demonſt. Guil. in d. l. iij. in princ. de condic. ob.
cauſam. tenet, quòd cautio Mutiana habet locum in contra-
ctibus. alleg. l. ſi fideiuſſor. §. fin. qui ſatiſ. cog. l. Imperatores.
§. fin. ff. de appel. l. præſenti. §. fin. ſ. de his qui ad eccle. cõfug.
alleg. §. ſi verò intra. in aut. de mona. colla. j. Pręterea eſt glo.
ordinaria in lege noſtra. Dicas quòd aliæ gloſſæ ſunt verę: et
non iſta. Ratio: quia cautio Mutiana habet locum ſolùm, vbi
diſpoſitio eſt ſub conditione negatiuè concepta. Sed materia
contractuum innominatorũ, de quibus loquitur materia no
ſtra, habet locum vbi diſpoſitio procedit ſub modo per vt.
27 † Et ꝙ cautio Mutiana nõ habeat locũ vbi diſpoſitio ſit ſub
modo. gl. eſt not. in l. cùm pater. §. Titio. quæ incipit, quo ca
ſu. de leg. ij. Non obſtant iura allegata in cõtrarium: quia illa
iura loquũtur de cautione inducta ab alijs Iuriſconſultis, nõ
à Mutio, & ex permiſsione aliarũ legum: & loquũtur de cau
tione omnino diuerſa, ſecundùm diuerſas materias: vt patet
ex dictis iuribus. Vel potes dicere ꝙ hæc gl. nõ eſt neceſſaria
illic: quia hæc glo. nõ eſt neceſſaria: loquitur vbi quis ſponte
recipit hanc cautionem l. Mutianæ, cum materia ſua loquať
quãdo hæres debet dare legatũ ſub conditione de nõ facien-
do ſi offertur cautio Mutiana, habet neceſſe accipere dictam
cautionẽ. & ita debet intelligi hic. Item oppo. de l. iij. in prin.
ff. de cõdi. ob cau. Solu. gl. ꝙ ſi actor vult cauere ſe non actu-
rum, poteſt, non tamẽ cogitur. & ſic tollit contrariũ. & quòd
dixi: non cogitur, eſt verũ, niſi in caſibus, vt in contractibus
bonæ fidei, & in vltimis voluntatibus. alleg. gl. l. in omnibꝰ.
ff. de iudi. ¶ Quantũ ad illum paſſum cum gl. dicit, de cõtra-
ctibus bonæ fidei: ergo videtur innuere ꝙ lex, in omnibus.
nõ habeat locũ in contractibus ſtricti iuris. Iſtud nõ eſt verũ:
quia lex illa habet locũ etiã in ſtricti iuris iudicijs. ¶ Item in
eo quod dicit gl. ꝙ in vltimis volũtatibus cogiť: intellige nõ
præciſè, ſed cauſatiuè, ſi legatarius vult cõſequi legatũ. ¶ Itẽ
opp. de l. cũ mota. ſ. e. l. ſi pro fundo. j. eo. Gl. dat duas ſol. illa
videť verior, ꝙ in iuribꝰ cõtrarijs dať actio pręſcriptis verbis
à lege adeò ꝙ nõ ſit natiua, ſed datiua. Ita fuit not. in d. l. cum
mota. pręalle. ¶ Itẽ opp. & ſum in gl. fi. & opp. ꝑ hũc modũ,
videtur ꝙ hęc lex ſit in ſeipſa cõtraria. Nam dicit primò, ꝙ ex
pacto nudo nõ naſcitur actio: poſtea dicit in fine, poteris vr-
gere aduerſariũ. Huius timore eſt factum prin. huius gl. quia
aduerſarius vrgebať nõ pręciſe, ſed cauſatiuè: quia ſi nõ vult
teneri, ad quod tenebatur prima actiõe obſeruabit promiſſa
per cautionẽ. Simile vidiſtis in l. ſi pacto quo pœnã. ſ. ti. ꝓx.
¶ Itẽ opp. dicitur hic, ꝙ nõ agiť ex nuda cõuentione contra.
Aut in trãſactione interuenit dolus: & poterit agi actione de
dolo. Aut nõ obſeruãtur promiſſa: & poterit agi cõdictione
ob cauſam


Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ob cauſam. Soluit gl. qa lex ꝓhibet actionē naſci
ex nudo pacto; nō tñ ꝓhibet agi actiōe de dolo:
& nō prohibet quin poſsit agi cōdictione ob cau
ſam: ꝗ oĩa oriunť ex pacto. qđ intellige vt dixi ſ.
¶ Quæro, nūquid tranſactio dicať eſſe cōtractus.
Dic ꝙ contractus eſt. vt diciť in l. cū te. ſ. eo. ibi: ſi
de fide cōtract⁹, vt ꝓbať per l. vbi j. e. vbi in acce
ptilatione quę interuenit in trāſactione diciť eſſe
vinculū: & ſic obligatio: vt Inſti. de act. in princ.
¶ Sed quæro, quæ ſit differētia inter trāſactionē
& cōtractū facio vt des. Dic vt in gl. quā nota, &
eſt gl. mag. in fin. verūtamē volo ꝙ ſciatis, ꝙ trāſ-
actio pōt cadere in quālibet ſpeciē cōtract⁹ inno
minati: pōt enim ex parte actoris eſſe facio vt des.
verū eſt ꝙ gl. noſtra differētiā aſsignat hic. Verbi
gratia, per totū iſtū tit. Ego actor deſiſto à lite vt
des mihi decē: ex parte tua eſt do vt facias: qñq;
facio vt facias. pone, agebā cōtra te: cōuenimus: ꝙ
irē pro te Romā, & tu pro me Peruſiū. ¶ Itē pōt
cadere in illā ſpeciē, do vt des. pone petebā fundū
mihi dari: ꝑuenimus ad tranſactionē ꝙ ego actor
darē tibi centū, & ꝙ tu dares mihi fundū. hic eſt
trāſactio. ¶ Itē pōt cadere in illā ſpeciē cōtractus
innominati, do vt facias: qa remittere eſt dare: vt
dixi ſ. & ꝓbať in d. l. ſi mulier. Modò, ſi ꝑueni-
mus ad trāſactionē, ꝙ remitto tibi actionē, vt va-
das ꝓ me Romā: trāſactio incidit in cōtractū, do
vt facias. Quęro, quaľr debet intelligi pēdēte. Dic
vt in gl. & bene. & tene mēti iſta. hic nō ſunt alia.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Tranſactio, quando porrigatur ad ea, de qui-
bus non eſt cogitatum. & nu. 5.
2 Remiſsio generalis, quando cōprehendat ea, quæ
ſpecialiter ſunt incognita. & nu. 4.
3 Tranſactio & ſentētia ſunt eiuſdem conditionis.
6 Compromiſſum quādo cōprehendat incogitata.
7 Remiſsio doli, an veniat in generali tranſactione.
8 Intellectus ad iſtam l. in ver. error autem.

SVb prætextu. [a] Vbi eſt pe-
titio gene-
ralis, & tranſactio generalis, refertur ad
omnia quæ in actione propoſita poterāt compre-
hendi. ſecus in his quę poſtea emergūt. h. d. ¶ Ad
primū dictū extra gl. opp. & videtur † ꝙ trāſactio
nō porrigatur ad ea, de quibus nō eſt cogitatum:
vt l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. ff. eo.
Huius timore dicūt quidā, & hæc lex debet intel
ligi de illis ſpeciebus, de quibus cogitatū fuerat.
Et ita intelligit Mar. Sil. Contra quē eſt expēſsè
hæc litera dū dicit: poſt repertarū. ergo apparet,
ꝙ primò de hoc cogitatū nō fuerat. Vnde doct. [b]
Vltramon. dicūt, & bene iudicio meo, quòd qñq;
pōt de re aliqua cogitari ſpecialiter, & illo modo
non fuit cogitatū hic. poteſt etiam cogitari de re
generaliter: vt quia habeo intentionē remittēdi
quicquid in actione tutelæ poſsit venire. & iſto
modo fuit cogitatū hic. & ſic intelligūtur cōtra-
ria: videlicet, in generali trāſactione non veniunt
ea, de quibus nō fuit cogitatū, ſcilicet generaliter,
vel ſpecialiter. ſed hic fuit cogitatū gñaliter. Et
iſta diſtinctio cogitari vel generaliter vel ſpecia-
liter, probať per tex. ff. de teſt. mili. l. qui iure mili
tari. ita debet intelligi hic. ¶ Hoc præmiſſo venio
ad gl. opp. ꝙ † ea quę ſunt ſpecialiter ĩcognita, nō
veniūt in generali remiſsione: vt l. tres fratres. ff.
de pac. Sol. Ibi erat incognitū ꝓpter dolū aduer-
ſarij: hic alterius. ¶ Opp. & ad idē ff. eo. l. de his. &
l. non eſt. Sol. Ibi loquitur de his quæ ex teſtamē
to dependent, quæ in tranſactione nō veniūt, niſi
inſpectis & cognitis verbis teſtamēti. ¶ Opp. ad
idē j. de iudi. l. licet. Sol. Dicūt quidam, ꝙ ibi fuit
petito ſpecialis, licet generalis ſententia. hic fuit
vtrūq; generale. Gloſ. reprobat iſtā ſolu. quia etiā
ibi fuit generalis petitio. Alij dicūt, ꝙ aliud eſt in
ſentētia, vt ibi: aliud in tranſactione, vt hic. & aſsi
gnāt duas rationes. Primò, quia iudiciū redditur
in inuitū: trāſactio fit inter volētes. Et ex hoc ſe-
quiť alia ratio: quia tranſactio eſt fauorabilis: iudi
ciū odioſum. Iſta eſt truffa: quia † eiuſdē conditio
nis eſt tranſactio, & ſentētia: vt ſ. eo. l. nō minorē.

a ✠ Pro cōcordia Ad-
uerte: quādo gene-
ralis fuit petitio,
& proſecutio fuit
1 ſpecialis, & facta
eſt trāſactio gene-
ralis in effectu: an
habeat ſaltem ope
replicatiōis obſta-
re exceptio ſolùm
in qua actor fuit
b ſpecialiter proſecu
tus. Bart. videť te-
nere ꝙ ſic, in hac l.
ſub prætextu ſpe-
ciei. contra vide-
tur tenere in l. tres
fratres. ff. de pa-
ctis. Tu dic, verū
eſt ꝙ obſtat ſolùm
in ſpecialiter agita
tis: vt in d. l. tres
fratres. niſi ope re-
plicationis elida-
2 tur exceptio. & ita
loquatur in hac l.
ſub pretextu. & ita
ſupplēdo cōcordat
vbiq;, ꝙ ſolùm in
effectu preiudicať
quo ad ſpecialiter
ꝓſecuta ſi repliceť
ab agente nō fuiſſe
ꝓſecutū. Vel aliter
poſſet ĩtelligi Bar.
in hac l. ſub præte-
xtu, vt loquať in
vno ex duobus ca-
ſibus ſpecialib⁹ po
3 ſitis in d. l. tres fra-
tres. pro ſalkē.

4 Dicendū † eſt ergo, ꝙ ibi fuit petitio generalis, &
ſentētia generalis: ſed ꝓſecutio cauſæ fuit ſpecia
lis: meritò: in nō ꝓſecutis ſentētia nō obſtat ope
replicationis: hic verò fuit petitio, proſecutio &
trāſactio generalis. nam ſi hic fuiſſet ꝓſecutio ſpe
cialis, eſſet idē qđ in ſententia: vt in lege cōtraria.
¶ Vlterius opp. de l. j. j. ſi aduer. rem iud. Solue vt
in gl. qa ibi ope reſtitutionis iuuatur, quo etiā re-
medio iuuareť hic, ſi eſſet minor. Itē opp. de l. age.
ſ. eo. Sol. Ibi fuit petitio generalis, & trāſactio ſpe
cialis: hic verò fuit vtrunq; generale, vt ibi not.
¶ Opp. de l. ſi de certa. j. eo. Sol. ibi fuit petitio ſpe
cialis, & trāſactio generalis: hic verò omnia gene
5 ralia fuerunt. Vt † ergo tibi liqueat materia huius
principij, & gl. quæ eſt in l. age. ſ. eo. dic, Quādoq;
eſt petitio generalis, & trāſactio, & ꝓſecutio ſpe
cialis: tūc in nō ꝓſecutis nō obſtat exceptio trāſ-
actionis in effectu: qa ope replicationis eliditť: vt
j. de iudic. l. licet. Aut fuerunt omnia generalia: et
tūc aut reliquę ſpecies nō fuerūt notæ ꝓpter ad-
uerſarij dolū: & tūc ad illas trāſactio nō porrigiť:
vt l. tres fratres. ff. de pac. Aut abſq; aduerſarij do
lo: & tūc aut illæ ſpecies incognitæ depēdebāt ex
vltima volūtate: & tūc ad illa generalis trāſactio
nō porrigiť: vt l. de his. & l. nō eſt. ff. eo. ti. Aut nō
dependebāt ex vltima voluntate, ſed aliunde: tūc
porrigiť ad omnia, quæ ſub generalitate actionis
propoſitę poſſunt cōprehendi: vt in hac l. in prin.
ſecus de his quę poſtea de nouo emerſerūt: vt hac
l. no. ſecundùm vnā lec. Aut omnia fuerūt ſpecia
lia: & tūc tranſactio nō porrigitur ad aliud, quàm
ad id. ſuꝑ quo ſpecialiter eſt trāſactū: vt l. ſi vnus.
§. in ſumma. ff. de pact. Aut fuit generalis petitio,
& ſpecialis trāſactio: & tūc nō porrigiť, niſi ad ea
quæ in trāſactione venerūt. ſ. eod. l. age. Aut ecō-
tra fuit ſpecialis petitio, & generalis tranſactio: &
idē qđ ad ſpecificata in petitione porrigitur: vt l.
ſi de certa. j. eo. qđ intellige, vt ibi ſtatim dicā. vbi
6 perficieť iſta materia. ¶ † Quæro. quid in cōpro-
miſſo. Gl. dicit idē, quod in trāſactione, & bene-
7 probatur in l. de rebus. ff. de arb. ¶ † Item quærit
gloſ. vtrū in generali trāſactione veniat remiſsio
doli cōmiſsi in adminiſtratione. Gloſ. remittit ad
notata in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Iſta materia
eſt multū ſubtilis. Dic vt plenè dixi in l. Aurelio.
§. Caius. ff. de libe. leg. ¶ Venio ad ver. error aūt.
Quæro de intellectu huius §. Dico ꝙ iſte §. legiť
in gl. duobus modis principaliter. Vno modo, ꝙ
Imperator loquať actori. Alio modo, ꝙ loquatur
reo. Secundùm primū modū legitur tribus modis a
8 in gl. Primò † quòd trāſigens tēpore trāſactionis
putabat rem eſſe ſuā, vel apud eum cū quo trāſige
bat, cùm eſſet apud aliū. Certè ſi poſſeſsio de no-
uo ꝑuenerit apud eū cum quo eſt facta trāſactio:
illa generalis trāſactio nō porrigiť ad hāc rē, quin
poſsit ipſam vendicare: & ſic ipſi actori nō nocet.
Iſta lec. poteſt eſſe vera, per l. ſi quis ad exhiben-
dum. ff. de excep. rei iudi. & l. de eo. ſæpius. ff. ad
exhiben. Pro hoc etiā facit: quia ſub actione pro-
poſita primò illæ res non poterant claudi: ergo in
tranſactione facta ſuper illa actione nō veniunt.
¶ Secūdo modo legitur ecōtra: quia in veritate,
primo tēpore tranſactionis erat apud eū cum quo
quis trāſigebat, ſed putabat tranſigens eſſe apud
alium. Certè iſte error ſibi non nocet, quin ipſam
rem poſsit vēdicare. Et iſta lec. colligitur ex gloſſ.
dum dicit: vel econtra. & vide gl. Iſta lec. pōt eſſe
vera, ſi ponas quòd ille, apud quē res erat, occulta b
bat eā: & ſic dolo ſuo nō erat cognita agēti: meri-
tò nō venit in trāſactione: vt l. tres fratres. ff. de
pact. & ſ. dixi. & ſecūdùm hoc in iſto §. fuit error
circa poſſeſsionē rei, nō circa ꝓprietatē. Et debes
literā legere ſic, Error autē rei apud alium extra
perſonas tranſigentiū, tēpore trāſactionis cōſtitu
tæ, nil poteſt nocere circa ꝓprietatē. Iſtę lec. ſunt
veræ, vt vidiſtis: tamē ſecūdùm hoc litera nō legi
tur rectè: ideo alij legūt alio modo vt hic: ſit error
circa ꝓprietatē: & trāſigens putabat dominiū rei,
quę erat apud aliū, nō ꝑtinere ad ſe. Certè hoc ſi-
bi nō nocebit, qn poſsit poſtea rem vēdicare, cùm

✠ POMATES.
a ¶ Sub prætextu. Iſtā l. alle. Spec. in
tit. de arbi. §. exci-
pitur. ver. ſed po-
ne Titius, &c. ad
notabilē quæſtio-
nem. & ibi per eū
ad materiam huius
legis, vide Alexā.
cōſi. xj. vol. ij. Bar-
ba. cōſi. xvj. vol. ij.
& cōſi. xvj. col. vj.
eod. vol. & aliquid
cōſi. xxj. col. iij. eo.
vol. & cōſil. xxvj.
col. xxj. eo. vol. &
cōſi. lx. col. ij. e. vol.

✠ POMATES.
b ¶ Vnde doc. De-
clara iſtā ſolutio-
nem, vt per Barto.
in l. ſi de certa. in
vlti. col. j. eo. ĩ ver.
cogitate autem. &
Pan. extra, eo. ti. &
vide Alexan. cōſi.
xliij. col. iij. & ſeq.
vol. j. & Are. xxx-
iij. col. fina. & eo. in
fine Roma. cccciij.
col. ij. & iij. ſequen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

✠ P. P A V. P.
a ¶ Tranſactiõe. Vide Feli. in c. tertio loco. colũ. pen. extra, de præſum. Et etiã in materia an & quãdo quis poſſit allegare turpitudinem ſuã, vide Felin. latè in c. ſciſcitatus. in verſic. non ſe excuſat. extra, de reſcrip. in c. lator. in j. & ij. col. extra, de re iudic. vbi etiam an quis poſsit venire contra factũ ſuũ proprium, vide Alex. conſil. cxxiij. in ij. col. & in iiij.
b ¶ Turpitudinem. Adde Bar. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiurã. & Cano. in c. inter dilectos. extra, de donat. & in c. cũ M. de cõſt. Bal. in l. ſi mulier. ff. ſol. mat. Bar. in l. de tutela, de reſti. mi. & in l. filios. j. quæ in frau. credi. per Spec. & Ioan. Andr. in addit. ad Spe. in ti. de dona. vbi ponitur qõ. de patre quæ emãcipauit filium, & ei donauit omnia bona ſua, ne committes maleficiũ inueniatur habere bona ſi filius dicat, neſcio te; cũ pater illa petit, an poſsit alleg. ſimilia, ibi vide, & per Petr. de Anch. conſi. ccxxviij.
c ¶ Reſpõdere. Adde eũdem Bar. cõſi. cciiij.
✠ Pro concordia aduerte, quòd generalis trãſactio non porrigitur niſi ad ea, de quibus fuit litigatum. Secus in pacto; quia ad omnia refertur. Ita videt̃ velle Bart. in d. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de ope. noui nũ. Contra tenere alleg. ſecundùm do. Alex. ibidẽ in hac. l. ſi de certa. Tu dic quòd Bar. hic non firmat pedem in hoc; imò ſuã diſtinctionem hic ſequuntur communiter docto. ſcilicet quòd aliquãdo verba cum congruentia recti ſermonis poſſunt reſtringi ad illã cauſam, de qua agitur:

eam cõpetit eſſe ſuã. Et iſta lec. ponitur in fine gl. ſecũdùm quã debet litera legi, & rectè. & vide gl. Iſta lect. põt eſſe bona, ſed in quã habes, ꝙ in hac trãſactiõe generali nõ venit niſi illud qđ põt peti ex eadẽ cauſa: ſecus ſi ex alia, vt hic. Nã prius fuit trãſactũ ſup actione tutelæ: certè bene poterit peti res rei vẽdicatione, ſi cõpetit rem eſſe ſuã. Ita loquit̃ lec. hęc. & hoc modo debet intelligi quæſtio, quę ſ. formatur ĩ gl. Scđo modo principaliter legit̃, vt Impator loquatur reo quaſi dicat, error tranſactiõis nõ nocet reo, qn generalis trãſactio ad oĩa porrigat̃. Vide gl. ibi. Alij dicũt cõtra, qđ dirigit, & c. iſta lec. põt eſſe bona, ſi tu intelligas, ꝙ actor nõ inducebatur in hãc errorẽ dolo aduerſarij. Itẽ oportet te ĩtelligere, ꝙ in actiõe ꝓpoſita, ſup qua eſt tranſactũ, iſtud veniebat, ſiue ponas rem apud reũ, ſiue apud aliũ habẽtẽ cauſam ab eo: vt l. illicitę. ff. de reb. co. & l. nec vllam. §. pe. & ibi no. ff. de peti. hęre. Et ſcđm hãc lec. habes ꝙ vbi ignorãtia nõ ĩpedit trãſactionẽ: ibi nec error. ¶ Sum⁹ expediti de hac lege: alia dicemus in l. ſi de certa. &c.

Sub prætextu. Vbi petitio & trãſactio eſt generalis: trãſactio in oĩbus nocet, & ad oĩa refert̃. h. d. ¶ Opp. dicit̃ hic, ꝙ generalis tranſactio nocet. cõtra. de l. tres fratres. ff. de pact. Sol. ꝙ ibi fallit. ¶ Itẽ op. de l. age. ſ. eo. Dic ꝙ ibi fuit trãſactio ſpecialis. ¶ Itẽ opp. de l. licet. j. de iudic. Sol. ꝙ ibi loquit̃ in ſentẽtia q̃ fuit generalis, & omnia cõtinet: fuit etiã petitio generalis, licet ꝓſecutio ſpecialis. ¶ Itẽ opp. de l. ſi de certa. j. eo. Sol. ꝙ ibi fuit ſpecialis petitio. ¶ Itẽ opp. de l. j. ſi aduer. rem iud. Solue vt hic not. ¶ Quęrit gl. quid in cõpromiſſo. Gloſ. quã not. quę eſt gl. mag. in fi. dicit eſſe idẽ in cõpromiſſo, quod in tranſactione. & probat̃ in l. de rebus. de arbi. Aequiparat̃ ergo cõpromiſſum trãſactioni. Gl. eſt in aut̃. vt dif. iud. §. j. colla. ix. q̃ æquiparatio nõ eſt vſquequaq; bona, vt dixi in l. tranſigere. ¶ Quæro de intellectu ſecũdi ver. Iſte verſic. legitur duob⁹ modis in glo. Vno modo quòd Imperator reſpõdet hic actori trãſigenti. & hæc lect. poteſt intelligi dupliciter, vt patet in gloſ. Alio modo, quòd reſpondet reo, & ita tangitur in fi. gl. & vtraq; põt tolerari. Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞ Allegans turpitudinem ſuam non auditur.
2 Poſitioni criminoſæ quis nõ tenetur reſpondere.

Tranſactione. [a]Breuiter hoc dicit: Quis nõ poteſt ſuũ dolũ ad ſuũ cõmodum allegare. ¶ Nota ꝙ allegãs turpi
b tudinem [b]ſuã †non auditur. cõcor. ſunt in gloſſa.
1 vt dixi. hoc eſt verũ, ad ſuum cõmodũ, ſed ad ſuũ incõmodũ bene poteſt qs allegare dolũ ſuũ, licet quandoq; ſibi parcat̃: vt vidiſtis in aut̃. nouo iure.
2 j. de pœ. iudi. q ma. iudi. ¶ † Et facit iſta lex ꝙ qñ eſt petitio criminoſa, vt q̃ cõtinet crimẽ eius qui
c debet rñdere, nõ tenet̃ qs rñdere[c]: vt hic in fi. patet. De quo habem⁹ in c. dudũ. el ij. extra, de elect. & Spe. tractat hoc in ti. de poſitio. §. vij. ver. xix. Ego hoc plenè dixi in l. Marcell⁹. §. j. j. rerũ amo. & tetigi in l. fi. de his qb. vt iudi. & l. nõ ĩtelligit̃. de iure fiſci. tex. eſt in l. quoties. §. prętor. de nox.

SVMMARIVM.

1 ☞ Verba generalia in tranſactione, quando generaliter intelligantur, & quando reſtringantur. Verba generalia generaliter intelligũtur, niſi aliter de mente proferentis appareat: & quando dicatur apparere de mente.
2 Trãſactio quõ porrigat̃ ad ea, de quib⁹ nõ eſt lis.
3 Clauſula vtilis apponenda in tranſactiõe, vt porrigatur ad ea de quibus non eſt lis.
4 Verba generalia pacti, vel tranſactionis, ſi generaliter intelligantur, vtrum referantur ad ea, quæ actor ignorabat ſibi competere.
5 Clauſula apponenda in tranſactione, vt porrigatur etiam ad incognita.
6 Tranſactio facta ſuper vna re, an porrigatur ad omnem actionẽ, ex qua poſſet illa res peti, etiam ex alia cauſa: an tantùm ad propoſitam.

✠
d Si de certa. [d]Breuiter dicit: Verba generalia tranſactionis reſtringũtur ad rem, de qua litigabatur. h. d. hæc l. no. ¶ Opp. dicitur hic, ſi de certa. ¶ Cõtra, ſuper certo nõ poteſt tranſigi: vt l. j. ff. eod. Sol. hic erat res certa: ibi autẽ erat dubiũ propter litẽ. ¶ Opp. de l. ſub prætextu. ſ. eo. Solutio. Ibi fuit petitio, & tranſactio generalis: hic fuit petitio ſpecialis, & trãſactio generalis. Licet hoc ſit ſatis bene dictũ, vt ibi modò dixi: tamẽ prius poſſemus loqui, vt dicam⁹ quòd hic interpoſita eſt trãſactio ſup actione ſingulari: ibi ſup actiõe vniuerſali, & vniuerſaliter propoſita. ¶ Opp. ſecũdo, & modò intro materiã hu
1 ius legis, ad quẽ aduerte. † Verba generalia debẽt intelligi generaliter: vt l. j. §. generaliter. de lega. præſtã. & à ſignificato verborũ nõ debemus recedere: vt l. nõ aliter. de leg. iij. ſed hic dicitur cõtrarium: quare malè: quia hic verba generalia reſtringũtur. Huius timore gl. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. dicit aliud in pactis, vbi verba generalia generaliter intelligũtur: aliud in trãſactionibus: vbi verba generalia reſtringũtur, vt hic. & illi qui volũt hoc tenere, aſsignãt rationẽ: quia tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta: ideo verba tranſactionis nõ extẽduntur vltra id, de quo eſt lis. & hoc videbatur tenere do. Cyn. in antiqua lect. ſua ſuper l. ſub prætextu. poſtea ſuperuenit Guil. de Cug. qui dicit in pactis idẽ qđ in trãſactionibus: vt clauſula generalis reſtringatur ad rem, ſeu cauſam ſpecificatã: vt l. quęſitũ. §. j. de leg. iij. & l. Aurelius. §. Sticho. de lib. leg. & l. fi. §. idẽ quęſiuit. ff. de cõdi. inde. Et quod dicit̃, ꝙ verba generaliter debẽt intelligi: eſt verũ, niſi aliud de mẽte ꝓferẽtis appareat: & apparere videt̃ p expreſsionẽ certę rei, vel cauſæ, vt dictũ eſt. & ita ex verbis Guil. d. Cy. fecit additionẽ. Pro gl. videt̃ caſus in l. pluribus. ff. de accepti. ¶ E cõtra. gl. videt̃ caſus in l. ſi ex plurib⁹. in prin. ff. de ſolut. Breuiter ſic dico: Quãdoq; verba generalia ſalua ratione recti ſermonis poſſunt reſtringi ad rem, ſeu cauſam ſpecificã: & tũc ad illud reſtringuntur. hic eſt caſus hic, & d. l. ſi ex pluribus. ff. de ſolut. Si verò ſalua ratione recti ſermonis nõ poteſt reſtringi: tunc nõ reſtringitur. Ita loquit̃ l. pluribus. de accep. Exẽpla plura ponere clarũ eſt. & ſecũdùm hoc idẽ erit in pa-
e cto quod in trãſactione. ¶ Et ſecũdùm hoc[e] dices
2 † tu: quomodo trãſactio porrigitur ad ea, de quibus nõ eſt lis. Dicebat dominus Iaco. quòd iſtud erat ex vigore ſimplicis cõuentiõis, magis quã ex vigore tranſactionis. Verius puto quòd etiam ex vigore trãſactionis. Hoc ſic probo: In tranſactione poteſt eſſe quòd ex parte actoris datur. aliud reo propter illud, quod à reo recipit: vt habuiſtis nota. ſ. in l. ij. & probatur in l. ſi ſup poſſeſsione. ſ. eod. Modò quid repugnat ꝙ reus det certã quantitatẽ pecuniæ nomine trãſactionis, & actor eodẽ modo liberet eum ab actione propoſita, & etiam ab alijs actionibus, quantuncunq; liquidis? Certè nihil repugnat. Eſt enim iſtud pars eius, quod datur nomine tranſactionis. arg. l. fundi partẽ. ff. de
3 contrahen. emp. vt † tamẽ iſta effugiãtur, ideo notarij apponũt iſta verba: ad infraſcriptã trãſactionem, cõpoſitionem, & pactum, cõuentionẽ deuenerũt, &c. vt ſe nõ reſtringat, ꝙ ſit pura trãſactio.
f tangam etiã in l. proxi. ¶ Quæro vlterius[f] quãdo verba generalia in pactis, vel tranſactionibus ge-
4 neraliter intelliguntur, † vtrum referantur ad ea quæ actor ignorabat ſibi competere. Ego vidi ſuper hoc quoddam conſiliũ Iac. de Aret. qui dixit ſic Liberare aliquẽ, eſt donare: vt l. cõtra iuris. ff. de pac. ſed ignorans nõ donat: vt j. de dona. l. nec ignorãs. ergo, &c. Ad idem facit ff. de inoffi. teſta. l. mater. ¶ Hic aduerte: breuiter credo eum bene dicere, niſi de incognitis eſſet generaliter cogitatum: vt l. ſub prætextu. in princ. ſ. eod. & ibi dixi. Probat̃ in l. vno. §. j. de accep. Inſti. quib. mo. tol. obli. §. eſt aũt prodita. Cogitatũ autẽ præſumitur vniuerſaliter: quãdoq; ex natura actionis propoſitæ: quia ipſa deerat vniuerſalis: & tunc videtur cogita

& tunc caſus eſt hic quòd reſtringuntur, aliàs generaliter intelligantur: ita in pacto, ſicut in tranſactione: licet Bartol. det cautelã ad euadendam iſtã difficultatem. adde ad cõſil. do. Alexã. xj. in ij. volum.
d ¶ Si de certa. Vide Ludo. Rom. in cõſil. cclxij. in glo. in c. j. de tranſact. & ibi per ſcribentes. Et nota pro eo quod hic Bart. dicit, vide eũdem in l. de pupillo. §. ſi in plurib⁹. ff. de ope. noui nun. vbi dicit quòd trãſactio nõ refertur niſi ad ea, ſuper quibus erit lis: hic dicit contra. Vide ibi ſcribentes, vide Innoc. & Ioan. de Imola & alios in c. conquerente. de offic. ordi. vide Bart. in l. emptor. §. Luci⁹. Bar. in l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. vbi dicit quòd non extẽditur ad incognita, etiã ſi verba nõ patiãtur vt intelligãtur in ſpecificatis. And. Barb.
✠ POMAETS.
d ¶ Vide Alex. cõſi. xj. in ij. vol. incipi. viſo ac, vt oportet, cõſiderato themate, & conſyderata dubitatiõe, & Are. cõſi. cxxxviij. colũ. ij. & cõſi. clxj. colũ. fi. & ſeq. col. iiij. & Alex. cõſi. j. col. pe. vol. ij. vbi per hanc l. ſi de certa. & ſimiles dicit, ꝙ ꝓteſtatio facta ſuper capitulis expreſsis, de quibus cõtendebat̃, nõ porrigitur ad capitula, & pacta poſtea inita ex pœnitentia, in primis poſt finitũ tẽpus ipſorũ. & Bal. conſil. cccexvij. in v. parte. vbi ponit pulchrum caſum.
e ¶ Et ſecundũ hoc. Adde tamen circa hoc, vide Alex. de Imol. in conſil. vj. colũ. j. & quaſi per totum in ij. vol.
f ¶ Quæro vlterius. Et vide do. Pe. de Ancha. in cap. j. de trãſact. vbi allegauit conſi. Iacob. de Aret. Andr. Barb.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cogitatum de omni eo quod in illa actione pote-
rat deuenire:vt dicta l.ſub prętextu.niſi dolus.ad
uerſarij,vel teſtiũ interueniat:vt ibi dixi.¶ Si ve-
rò loquimur in alijs iudicijs particularibus,eſt ne-
ceſſe ꝙ appareat,[a]ex verbis, quòd ipſi voluerunt
illam cõuentionem, ſeu tranſactionem extẽdi ad
5 omnia:vt d.§.j.cũ ſimilibus.& ideo†notarij appo
nunt hodie in inſtrumentis: ita quòd ſi generalis
liberatio, & generaliter intelligaẽ, & porrigatur
ad omnia,etiã incognita,quod tene menti.¶ Ve-
nio ad gl.vlti.vidimus ſ.de gñalitate rerũ : modo
6 quęrimus†de generalitate cauſarũ:vt puta, trãſ-
actio eſt facta ſuper vna re:fateor, ꝙ non porrigiẽ
ad aliam rem. Sed vtrum iſta trãſactio porrigitur
ad omnẽ actionẽ,ex qua poſſet peti iſta res, etiam
ex alia cauſa:an ſolùm ad actionẽ , & cauſam ſuã
ꝓpoſitam. Quidam dicũt ꝙ tranſactio non por-
rigaẽ ad aliã actionẽ ex alia cauſa veniẽtem , ſicut
nec res iudicata:vt l.cũ quęriẽ.de excep.rei iudic.
Hugo dicit contrarium tribus rationibus. Prima
ratio eſt: Generalis tranſactio nocet in omnibus,
etiam in quibus non eſt cogitatum:vt ſ.eod.l.ſub
prætextu. ergo eadẽ ratiõe porrigitur ad omnem
actionẽ.Certè iſta ratio nõ eſt bona:quia porrigi-
tur.ad ea,de quibus nõ erat cogitatum:quæ tamẽ
ſub actione propoſita poterant comprehendi : vt
dixi in l.ſub prętextu.ſ.eo.ſed hic illa actio ex no
ua cauſa proueniens, ſuper actiõe propoſita , non
poterat comprehendi.ergo &c. ¶ Secundò ꝓbat
ſic. Vbi quis nõ põt habere litem,non poteſt age-
re ex iure ſuperueniẽte:vt l.ſtipulatio iſta.§.quę-
ſitũ.& §.ſed quatenus.de verb.obli.ſed iſta rõ nõ
eſt bona:qa ibi ideo nõ põt agere:quia de euictio-
ne teneẽ. ¶ Tertiò probatur per l.ſi vnus.§.pen.
ff.de pactis. Gloſſ. reſpondet : quia ibi ex eadem
cauſa petebatur. Breuiter contra opi. Hugo.eſt ca
ſus expreſſus in l.ſi ita quis.§.fi.de verbo.obli.Et
ibi feci te notare:quod intellige verũ,ſi actio ſpe-
cialiter fuit propoſita:nam ſi actio fuit propoſita
generaliter: ſicut res iudicata obſtaret in omnib9,
ita tranſactio:vt l.fin.j.de annali exceptione. Et
eſt hodie textus expreſſus in c. Abbate ſane. de
re iudica.libro.vj.&c.

SI de certa. Vbi petitio eſt
ſpecialis,& tranſ
actio generalis, trãſactio reſtringitur
ſolùm ad petita.h.d. ¶ No.qđ dixi in
ſummario:qa iſta lex eſt multũ not. ¶ Opp. diciẽ
hic,ſi de certa re:cõtra.de l.j.ff.eo. Solu.vt in pri-
ma gl. ¶ Item oppo.dicitur hic, ꝙ generalis trãſ-
actio reſtringiẽ ad petita.cõtra: qa videtur ꝙ gñ-
liter debet intelligi:vt l.j.§.gñaliter.de lega.prę-
ſta. Timore hui9 gloſ.in l.emptor.§. Lucius.ff.de
pac.facit differentiã inter pactũ & trãſactionẽ, vt
pactũ generale gñaliter debeat intelligi, ſi petitio
proceſſerit ſpecialis,: ſed tranſactio gñalis debet
reſtringit ad petita.Et rõ huius gl.eſt:quia cũ trãſ
actio nõ fiat,niſi ſuper re dubia, non debet extẽdi
niſi ad ea,de quibus litigabaẽ,& quæ erãt dubia ,
& non alia,de quibus non videtur cogitatum.Sed
cùm pactum fiat ſuper re nõ dubia, & fiat gratis :
meritò debet extẽdi ad omnia : qa in pacto ceſſat
illa ratio, q̃ eſt in trãſactione.Gul.in d.§.Luci9 te
net contrarium differẽtiæ glo.quia ipſe intelligit
illam glo.in dubio.Sed vbi apparet contrarium,ſi
ue ſit pactum,ſiue tranſactio generalis, ſemper re
ſtringitur ad petita , vbi petitio ſpãlis præceſſerit
ſecũdũ qđ fuit in caſu illius.§.adde l.fi. de vi.tri.
oleoq; leg.Facit.l. Aurelius.§.Sticho.ff.de li.leg.
Et aduerte ꝙ ipſe tenet:quia ſemper cõtrarium di
citur apparere,vbi pręcedit petitio ſpecialis.Ita te
net ipſe.tu tñ tene gl.illam quæ eſt vera:& eſt ca-
ſus ꝓ illa gl.in l.plurib9.ff.de acceptilatio.¶ Quę
rit glo.qd ſi fuit actũ ad certã rem,ex aliqua cauſa
fuit facta trãſactio:modò actor ad illã eandẽ rem
vult agere,nõ obſtãte tranſactione, nũqd põt:vr̃
ꝙ ſic.Sicut eñ dicimus in ſñia quę abſolutoria la
ta non parit exceptio.rei iudi.glo.determinat con
trarium,per tres rões,quas vide in glo.¶ Contra
opi.Hugo.& gl.videẽ caſus in l.ſi ita quis.§.fi.ff.
de ver.obli. Aduertendũ eſt:quia ſi actio eſſet ꝓ
poſita gñaliter in oĩbus caſibus, dico ꝙ tranſactio
noceret , ſicut & ſententia : ſic & ſpãliter.argu.in
l.fi.de anna.excep.& eſt caſus decretalis extra, de
re iudi.c. Abbate ſane.lib.vj.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Trãſactio ſup eo, đ quo eſt iudicatũ, nõ valet.
Res iudicata habeẽ pro veritate , & ei ſtãdum eſt.
2 Tranſactio ꝙ non poſsit fieri ſuper inſtrumento
guarentigiato.
3 Tranſactio facta ſuper iudicato per acceptilatio-
nem,ꝙ non valeat.
4 Species tranſactionis eſt duplex.
5 Tranſactio ſi non valet vt tranſactio, nõ valet vt
pactum nudum.
Pacta liberatoria ſi non valent vt agitur, valẽt vt
valere poſſunt.
6 Clauſula apponenda in trãſactiõe ad hoc, vt ſi nõ
valeat vt tranſactio,valeat vt pactum.

SI cauſa cognita. Breui
ter di-
cit.Sup eo qđ eſt iudicatũ,nõ põt trãſ
igi:ſed põt acceptilatione remitti.h.d.
1 ¶ No.ꝙ tranſactio†quæ fit ſup eo,de quo eſt iu-
b dicatum,non valet.[b] Ratio:quia tranſactio fit de
re dubia:vt l.j.ff.eo.ſed quando eſt iudicatum, ita
ꝙ non poteſt aliquo mõ reſcindi nullo modo ha-
betur dubitatio:quia res iudicata habetur ꝓ veri-
tate:vt l.res iudicatę.j.de regu.iur. & ei ſtandum
eſt:vt l.j.j.de re iudica. Idem credo de inſtrumen
2 tis†confeſsionatis,ſeu guarentigiatis,[c]quæ ſecũ-
c dũ formã ſtatutorũ Italiæ merentur executionẽ,
ſicut ſententiæ diffinitiuæ:vt ſuper his nõ poſsit
d trãſigi,niſi ex aliqua cauſa reuocaretur[d]in dubiũ:
ſicut hic dicimus de ſententia.¶ Quærit glo.circa
3 hãc l.quid ſi tranſactio†fuit facta per acceptilatio
nem ſuper iudicato:an valeat.Quidam dicũt ꝙ ſic
per hunc tex.quidam ꝙ non.& bene.quod no.nã
hic reprobatur tranſactio: ergo quælibet eis ſpe-
cies in l.fi.j.de vſu.rei iudi.& l.j.in fi.& ibi not.ff.
4 de ſuis & legi.Sed†ſpecies trãſactiõis eſt duplex:
qa quædã fit pacto nudo:quædã acceptilatiõe.er-
go nullo modo valebit no.hic tex. quia verũ eſt, e
quod tũc acceptilatione quis liberatur à ſentẽtia.
quãdo voluerint partes quòd valeret in re ſimpli
cis acceptilationis, & liberationis, non trãſactio-
5 nis.Et†ſic habes hic quòd tranſactio quæ non va
let vt tranſactio,nõ valet vt pactum nudum.tene
menti,& vide iſtam gl.no.¶ Contra hoc videtur:
qa in pactis liberatorijs,ſi nõ valet qđ ago vt ago,
valet vt valere poteſt:vt l.an inutilis.in prin.ff.de
acceptila.& l.ſi accepto latum. eodem titu.de pa-
ctis l.ſi vnus.§. ſi acceptilatio. Reſpondeo , quòd
tranſactio nõ eſt pactum merè liberatorium:imò
vltro citroq; naſcitur obligatio.nam nullo dato,
retẽto,vel promiſſo nõ valet:vt j.c.l.trãſactio. &
e ideo cùm ſit pactum obligatorium:[e]ſi nõ valet vt
ago,non valet vt valere põt:vt l.j.§.ſi quis ita, de
verbo.obl.& ideo notarij,in inſtrumẽtis trãſactio
6 nis apponũt iſta verba†quæ dixi in l.ſub p̃textu.
ſ.eo.ad infrà ſcriptã tranſactionem,pactum,con-
uentionem,& liberationẽ, &c. Et omnia iſta ver
ba inculcant: vt nõ referant ſolũ ſe ad tranſactio
nem.& ſic valet omnimodo quo poteſt &c.

SI cauſa. Poſt ſñiam appella-
tiõe,vel in ĩte.reſti.nõ
ſuſpẽſam,nõ valet trãſactio: niſi reuo
caretur in dubiũ,vtrum eſſet iudicatũ
h.d.cũ gl.no.l.iſtã ꝙ ſicut nõ valet trãſactio:poſt
ſentẽtiã:ita in ar.nõ videẽ valere trãſactio ſup in-
ſtrumento guarentigiæ,vel confeſsionis:quia ex
forma ſtatuti inſtrumẽtum guarẽtigiæ habet in ſe
præceptũ tabellionis,& dicitur clarum , & habet
promptam executionẽ, ex forma ſtatuti:ſed poſt
ſñiam non valet trãſactio:ergo nec in dicto caſu.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Cõdictio ob cauſam , vt quis reponat ſe in pri
ſtinam obligationem,ꝙ non habet locum,ſi non
ſeruantur promiſſa in tranſactione.
Condictio ob cãm ꝙ detur actori cõtra reum, qñ



a ¶ Eſt neceſſe ꝙ ap a
pareat. Adde tu eũ
dem Bar.in l. Aure
lio.§.Caius.ff.đ li.
leg.& in l.cũ Aqui
liana.ff.eo. titu. &
Alex.ĩ cõſi.xj. col.
ij. in verſi. vñ dicit
vera,& honeſta,ex alia cauſa tũc nõ obſtaret exceptio ſimula
tionis:vt d.l.ſi ex pretio.& l.ſingularia.&c.

VElamento. Non reſcinditur ſentẽtia,pro
pter abſentiam aduocati.hoc
dicit.

SI qui. Qui de quota litis paciſcitˀ,ab aduoca-
tionis officio remouetˀ.hoc dicit.Quę-
ro,quid ſi aduocatus non paciſcitur de quota,ſed
de certa re.Gul.hic videtur tenere ꝙ nõ habeat lo
cum pœna huius legis.Contrarium not.ff.de pac.l.ſumptus.
& illa communiter tenetur &c.

SI qui. Aduocatus paciſcens de quota litis repelli-
tur ab aduocatione.h.d.Nota quod dixi in
ſummario.¶ Quęrit gl.nunquid ſit licitum de minima
parte:puto ꝙ ſic.Nam tex.dicit,cũ graui damno litigatoris:
ergo à contrario,vbi non eſt graue damnum,videtur eſſe li-
cita pactio de quota litis:quia ceſſat ratio huius l.Et hãc opi.
tenuit Gul.hic:& ĩ l.ſumpt⁹.ff.de pac.dicẽs ꝙ pactũ de quo-
ta litis eſt prohibitum,ſi fiat de dimidia parte:ſecus de mino-
re.Glo.hic,& in d.l.ſumptus.determinat contra.Itẽ q̃rit gl.
quid ſi fiat de re certa,& non de quota.Verbi gratia,cũ quę-
ritur de hæreditate,paciſcitur aduocato de dicta hæreditate
dari vnũ fundũ nomine honorarij:nunquid valet?Videtur ꝙ
ſic:quia pactum de quota litis eſt prohibitũ.Et in hanc opi.
videtur inclinare gl.hic in fi.Contrarium videtur ſenſiſſe gl.
in d.l.ſumptus.quia per illa reprobatur pactum.Nã ſicut re-
probatur pactum de quota,ea ratione,quia ſpe lucri huius fa-
ciliter inuitaretur aduocatus ad calumniã,& eadem ratio ſit
in q.ꝓpoſita,vbi pactum fit de certa re.dicendum eſt ꝙ ſicut
primum pactum eſt reprobatũ,ita & iſtud.¶ Quęrit do.Iac.
nũquid ſit licitum paciſci de quota litis,nomine palmarij,ſeu
victoriæ.do.Iac.determinat ꝙ ſit licitũ,cũ non reperiatur in
iure prohibitum.l.nec non.§.quod eis.ex qui.cau.ma.Poſſes
dicere contrarium:quia ea ratiõe qua reprobatur pactum de
quota,vel de certa re,vt ſ.dixi,habet locum etiã in quęſtione
a propoſita:imò multò magis debet reprobari.Nã [a] aduocatus
cogeretur retinere mille,iuſtè,vel iniuſtè.

QVisquis. Breuiter dicit:Non ſit qs aduo
catus & iudex:inhoneſta verba
non dicat:cũ clientulis non cõtrahat encęnia,alij [a]
codices amicitiã,gratanter recipiat:litem non dif
ferat:ſtet,& non ſedeat.h.d.hæc lex.Cætera dic vt in gl.&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Aduocatus non debet contrahere cum clientulo.
2 Aduocatus an quis eſſe poſsit & iudex,diuerſo tẽpore in vna
cauſa.

QVisquis. Non poteſt quis in eodẽ nego-
tio eſſe aduocat⁹,& iudex.hoc
primò.Item aduocatus non debet dicere cõtume
liam partibus:non debet contrahere cum clientu
lo ſuo:encęnia debet gratanter recipere:litem non debet dif-
ferre:debet ſtare,& nõ debet ſedere.h.d.vſq; ad fi.¶ Nota ꝙ
1 † aduocatus nõ debet cõtrahere cũ clientulo.Sed q̃ro de rõne
huius gl.Dicit,qa timore litis ſibi daret oĩa:quod eſſet incon
gruum,ſicut æger medico.argu.l.medicus.de var.& extraor.
2 cog.¶ Quęro,nunquid† diuerſo tempore poſsit qs in eadem
cauſa eſſe aduocatus,& iudex.Hic aduerte:quia aut quęritˀ,
nũquid qui fuit aduocatus in eadem cauſa,poſsit eſſe iudex.
Et dico ꝙ nõ.Nam ratione affectionis,quam haberet ad cau-
ſam,pręſumptio eſſet contra eum,ſed deberet cauſam delega
re:vt l.Prętor.de iuriſd.om.iud.Aut quæritur,nunqd q fuit
iudex in cauſa,in eadem poſsit eſſe aduocatus.Hoc non repe
ritur prohibitum:quia iudex ceſſat ratio prędicta.tantam eñ
affectionem debet habere ad vnam,quantum ad aliã.Itẽ quę
rit glo.quid ſi à principio non fuit factum pactum de ſalario:
nunquid poſtea lite pendente poſsit paciſci cũ clientulo?Dic
vt in glo.quæ determinat ꝙ ſic.

b PRouidendum. [b] In cauſis ex vtra-
q; parte aduocati,
debent eſſe æquales.aduocatus,qui contẽnit aduo
cationem,priuatur.pars,quæ hoc procurat,cõtra
eam pręſumptio paratur.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Scientia nobilitat.
2 Lex iſta,an habeat locum in aduocatis hodiernis.
3 Pœna huius legis intelligitur per ſententiam.
4 Subtrahens defenſam aduerſario,videtur non fouere licitam
cauſam.
5 Aduerſarius,qui prohibet examinari teſtes producendos,po
teſt pro conuicto haberi.

PRouidendum. Aduocati debent
ęqualiter diuidi in
ter partes:& tñ debent oẽs eſſe boni ex vna parte,
& reliqui ꝓ alia.Itẽ aduocatus ſine cauſa renuens
aduocationem.ad petitionem partis punitur:& etiã ipſa pars
1 procurans.hoc dicit.¶ Nota †ꝙ ſcientia nobilitat.¶ Quærit
2 gl.quid de aduocatis hodiernis,†qui non percipiunt ſalariũ
à publico,ſed à partibns.Glo.quæ incipit nobiliſsimos.dicit
quòd non habet locum.Doc.reprehendunt iſtam gl.quia po
ſito ꝙ aduocati non percipiant ſalarium à publico:tamen ſa-
larium quod recipiunt à clientulis,ſuccedit loco ſalarij,quod
recipiebãt à publico:arg.l.fori.j.tit.j.ideo eſt idem.Pręterea
ratio huius legis habet locũ in aduocatis hodiernis.¶ Itẽ quę
3 rit gl.hic dicitur,careat†foro:nunquid ipſo iure.Dic per ſen
tentiam:arg.eorum quę no.in l.iubemus.§.œconomus.ſ.de
ſacroſan.ecc.ibi dum dicit,puniatur.& arg.eorũ quæ no.in l.
4 ſi quis in tantam.j.vnde vi.¶ Nota in hac l.tex.dum dicit,†ꝙ
ille,qui ſubtrahit defenſionis copiam aduerſario,videtur nũ-
quam licitè fouere cauſam.c.conſtitutis.circa finem,extra,de
teſtibus.Ad hoc allegãt hãc legẽ,ex qua videtur poſſe proba

[a] ☞Nã aduocatus. Hæc verba oĩno non quadrant:quare legendum putarẽ:Nam aduocatus vrgeretˀ obtinere ſententiã iuſtè,vel iniuſtè.Et hoc dico ex verbis Paul. de Caſtr.hic Alex. Loſæus.

¶Prouidendũ. Adde ſecundùm Pau. de Caſtr.hanc legẽ eſſe menti tenendã contra illos,qui faciunt conſuli ab vno doctore.& deinde ab alijs omnibus ſubſcribi, vt pars non poſsit ſe iuuare:quia debent perdere cãm alleg. Cy.hic in add.quia ille, qui ſubtrahit parti ſuas probationes, vel defenſiones ſubtrahẽdo inſtrumẽta, teſtibus minando, illos corrumpendo, debet perdere cauſam: p l.ſi de poſſeſ.j.de proba.& l.ij.ff.de iure fiſc.& ibi per Bar.& facit c.puenit.de teſti.cog.& quod no.Imo.in c.intimanit.de teſti.& dicit Paul.quod hoc fortè voluit dicere text.ibi, quod experietur authoritatem iudiciariam à ſe læſam.& hoc dicit menti tenendum: quia ſingulare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

5 ri glo. quæ eſt in capitu. intimauit. extra de teſtibus.† In qua dicitur ſi aduerſarius meus impedit teſtes per me producendos examinari: quod aduerſarius meus poteſt pro coniuncto haberi.

NEmo. Nullus poteſt eſſe aduocatus, qui nõ ſit Chriſtianus. h.d. in ſumma.

NEmo. Nullus poteſt eſſe aduocatus qui nõ eſt Chriſtianus. h.d. in ſumma iſta l. vel ſic. Iudæus vel nõ catholicus, nõ põt eſſe aduocatus. & iudex eũ admittens punit̃. h.d. quòd non catholicis nõ patet porte dignitatis. Sequitur ergo quòd officium aduocationis eſt dignitas: vt l. laudabile. j. ti. ij. hinc eſt ꝙ infames repellunt̃ à poſtu. vt l. j. §. remouet. ff. de poſtu. & quaſi ꝑ totũ. Ex hoc concludas. ꝙ vnus Saracenus, vel Iudæus, non poſſit eſſe Poteſtas, vel Rector. gl. eſt in aut̃. iuriſiuran. quod pręſta. ab his. col. ij. colligitur ex no. in rub. inſtitutionum, ſuper verbo, in nomine domini. Item iudæus non poteſt eſſe doctor.

## *De aduocatis diuerſorum iudiciorum. Rub.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Sententia lata propter aduocati corruptionem, ad hoc, vt ſit nulla, tria requiruntur.

2 Opponi quando poſſit, ꝙ prius agatur contra aduocatũ quã ſententia retractetur.

3 Probõ p̃uaricatiõis aduocati, an ſufficiat ĩ cã cõtra prĩcipalẽ.

LEX I.

SI patronum. Breuiter dicit. Pręuaricatio aduocati ꝓbata, facit aduocatũ puniri. & iterũ de cã q̃ri nõ probata, facit accuſantẽ puniri: & ſentẽtię ſtari. h.d. ¶ Opp. de l. minor aũt. §. j. ff. de mino. Tres dantur ſo. vna, ꝙ iſta cõcordat cum illa: quia de nouo inquiritur de cã, petita reſtitutiõe. Alij dicũt ꝙ ſi quidẽ aduocatꝰ allegaret ꝓ aduerſa parte, ipſo iure ſñia reſcindit̃, vt hic. Si verò pro aduerſa parte nõ al legauit, ſed omiſit dicẽda ꝓ cã ſua: tũc habet locũ reſtitutio: vt in cõtrario. Tertij dicũt: aut fuit corruptus pecunia, & ſententia eſt ipſo iure nulla, vt hic. Aut precibus: & tunc ſententia non ipſo iure eſt nulla, vt l. cõtraria. & l. venales. j. quãdo prouo. nõ eſt neceſſe. & l. ſeruo inuito. §. cũ pretor. ad trebel. Pe. tenet primã opi. reprobatis alijs diſtinctionibꝰ. Nã illa diſtinctio an fuerit corruptꝰ pecunia. vel nõ, nõ reperit̃, niſi ĩ iudice: ſecus in aduocato. Rõ q̃a in eo nõ ſubſtantiat̃ iudiciũ: ſed in actore reo & iudice. Et iſtã opi. Pe. puto verã. ¶ Opp. & videtur quòd ſententia ipſo iure ſit nulla, vt l. ſi pretor. §. Marcellus. de iudic. Glo. fatetur contrarium, ſi aduocatus fuit cor
1 ruptus dolo aduerſarij. Certè† ad hoc vt ſententia ſit ipſo iure nulla propter corruptionem aduocati tria requirũtur. Primò, ꝙ dolus aduerſarij corrumpentis interceſſerit. Secũdò ꝙ aduocatus falſas allegationes corruptas fecerit. Tertiò, ꝙ ſententia fuerit lata contra abſentem: vt d. l. ſi prætor. §. Marcellus. Cùm ergo iſta lex loquatur generaliter, quòd ſententia reſcinditur, quando aduocatus fuit corruptus, intelligatur ꝙ reſcinditur per reſtitutionem, vt comprehendantur omnes caſus. ¶ Opp. ꝙ non habeat locum reſtitutio: quia habet locum actio de dolo: vt l. eleganter. §. ſi dolo malo procur. ff. de dolo. Sol. Reſtitutio habet locum ad ipſam actionem primã, ſeu ad ipſam cauſam actio de dolo habet locũ ad cętera dãna: vt lege contraria. ¶ Ad idem opp. & videtur ꝙ debeat agi actione prima: & ſi excipiatur de ſententia, replicetur de dolo: vt ff. de dolo. l. cũ à te. Glo. & doc. non ſoluunt. Dico ſic: ibi loquitur quando fuit corruptus procurator in quo iudiciũ ſuſtentabatur: hic quãdo fuit corruptus aduocatus, in cuiꝰ perſona non ſuſtentatur iudicium. ¶ Item opp. extra glo. & vi-
2 detur† ꝙ prius debeat agi contra ipſum aduocatum corruptũ quã redeat̃ ad actionem vt l. & eleganter. §. penul. ff. de dolo. & arg. l. fi. in prin. ff. de eo per quẽ fac. erit. Sol. Illud procedit qñ aduocatus eſſet corruptus abſq; dolo partis: ſed ſi fuerit corruptus dolo aduerſarij, non poteſt opponere quod agat primò contra aduocatum, cùm fuerit in pari dolo. ¶ Oppon. ad ſecundam partem. hic innuitur quòd eo ipſo, ꝙ quis non probat calumniatur &c. ſed cõtra ff. ad Turpil. l. j. §. j. Sol. in hoc ſunt opinio. inter gl. noſtras. & Cy. circa hoc dicit multa. Tu dicas breuiter, vt dicit glo. in l. athletas. §. calumniator. ff.
a de his qui not. infami. ¶ Vltimò [a] quęro, an ſi eſt probatũ de
3 præuaricatione contra† aduocatos, an ille ꝓbationes ſufficiant in cauſa cõtra ipſum principalem? Breuiter iſtam queſtio. plenè examinaui, quam diſputaui de filiofamil. condemnato pro quo pater tenetur ſoluere condemnationem: quam po-

a ¶ Vltimò. Et an ille, qui pro parte eſt condemnatus, & pro parte abſolutus an deuoluat totam cauſam ad iudicem appellationis? Dy. tenet hic ꝙ nõ, per l. circa. ff. de inof. teſta. cõtra tenet Bart. quem vide in conſil. inci. cũ prædicta examinarem. And. Bar.

b ¶ Secundò no. Vide in c. ſi. de poſtu. vbi alleg. iſtud dictũ. & tenet cõtra. Andre. Barba.

no in l. cùm filius. ff. de ver. obli. tamen quantum ad propoſitum dico ꝙ non ſufficeret: vt l. ſi veteris. j. de fide inſtru. & l. j. ff. ad leg. Corne. de ſica. &c.

SI patronum. Aduocatus accuſatus de pręuaricatiõe, ea nõ ꝓbata punitur accuſans: & ſentẽtia remanet firma. h.d. ¶ Nota qđ dixi in ſummario. No. primò duo dicta, ꝙ aduocatus p̃uaricator punit̃, & qõ reſtaurat̃. quaſi videat̃ dicere tex. ꝙ ſentẽtia lata nõ valuerit. ¶ Sed opp. & videt̃, ꝙ ſentẽtia valeat quantũcunq; aduocatus pręuaricauerit: tñ reſcindat̃ per reſtitutionẽ in integrũ: vt l. minor. §. j. ff. de mino. Gl. pro huius ſol. dat tres ſolu. Prima eſt hęc, ꝙ hęc debeat intelligi ſecũdũ illã, ꝙ tantũ reſtauret̃ ope reſtitutionis. & iſta cõiter tenetur. Alia fuit, ꝙ aduocatus pro ea parte allegat, aut facit non bonas allegationes pro parte ſua. Primo caſu nõ valet ſententia ipſo iure, vt hic: ſecũdo caſu valet. Sol. applaudit tex. legis cõtrarię: tñ gl. non tenet iſtã. Sed ſol. ꝙ aut aduocatus eſt corruptꝰ pecunia, aut gratia, vel precibꝰ. Primo caſu nõ valet ſentẽtia ipſo iure: ſecũdo valet, ſed reſcinditur. Alleg. gl. l. venales. j. qñ ꝓuo. nõ eſt nec. l. ſeruo inuito. §. cũ pretor. ff. ad Trebel. licet gl. firmet etiã opi. hic tñ nõ eſt vera. ¶ Nam iura cõtraria loquuntur in iudice, cuius ꝑſona mediãte perſona actoris, & rei, ſuſtentatur iudiciũ: & ideo nõ mirũ, ſi ſententia nõ valet ipſo iure, vbi iudex corruptus eſt ꝓ pecunia. ſed cũ aduocatus non participat de ſubſtantia cauſæ, nullus actus iudiciarius irrogatur in perſonã aduocati: ergo tene primam ſol. ꝙ valeat, licet reſcindatur per reſtitutionẽ in integrũ. ¶ Sed cõtra p̃dicta inſtat̃ de l. ſi pretor. §. Marcellus. ff. de iud. Gl. fatetur contrarium, quòd vbi per dolum aduerſarij litigãtis aduocatus eſt corruptus, ſententia non valet ipſo iure. qđ intellige vt no. in dicto. §. Marcellus. ¶ Item opp. & videtur ꝙ nõ habeat locũ reſtitutio in integrum, ſi competat de dolo. l. & eleganter. §. ſi dolo malo procu. ff. de dolo. Soluit gl. & bene, quod reſtitutio in integrũ competit vt cauſa reſtauretur. Ita & habet locum hæc lex, & quæ ſ. dixi. ſed actio de dolo competit ad expenſas, & alia damna: vt in contrario. ¶ Quęro, nũquid ſi probata eſt præuaricatio contra aduocatum, eo ipſo, viſis actis actitatis contra aduocatum debet reſcindi ſentẽtia cõtra partem lata per præuaricationem aduocati? Dic ꝙ nõ, arg. l. ſi veteris. j. de fi. inſt. facit ꝙ res inter alios acta &c. ¶ Dicit̃ hic, ꝙ non probans videtur calũniari. Tex. videtur in cõtrariũ ff. ad Turpil. l. j. §. j. Soluit gl. ꝙ ibi loquitur in caſibus ſpecialibus. Solu. gl. non eſt bona. Nam nimis reſtringit illã legem. Vnde dicas ſecundùm Pet. quòd quandoq; quęritur nunqd ille, qui non probat, & ſic ſuccũbit, pręſumatur habuiſſe iniuſtam cauſam litigandi: & tunc non eſt dubiũ ꝙ ſic. Hinc eſt ꝙ fit condemnatio in expenſas, niſi iuſta cauſa ignorãtię, vel abſentiæ hoc excuſet: vt l. properandum. §. ſin autẽ alterutra. j. de iudi. & in authen. generaliter. ſ. de epiſc. & cle. l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. ij. Hinc eſt, ꝙ pro ſententia ſemper præſumatur ſententia iuſta: & per conſequens ſuccumbens pręſumitur habuiſſe iniuſtam cauſam. Facit ad hoc l. Hęrennius. §. Caia. & ibi no. ff. de euic. Quandoq; quæritur, nunqd q nõ probat, & ſic ſuccumbit, videatur calumniator: & tunc dicũt ipſi ꝙ non. Caſus eſt in d. l. j. §. j. Et ad hanc legem reſpondeo quòd quandoq; iudex in ſententia ſua exprimit non probantem fuiſſe calumniatum: quandoq; hoc non exprimitur. Primo caſu ſuccumbens, quia nõ probauit, videtur ꝙ ſit calũniator. ſecundo caſu non: vt d. §. j. qui probat ſecundam. & maximè verum vbi eſſet præſtitum ſacramẽtum calũnię: vt in authen. de iud. §. oportet. colla. vj. & quod ibi nota. in glo. Nam illa gl. tenet ꝙ nunquã ſit condemnatio expẽſarũ, qñ eſt præſtitum ſacramentũ calumniæ. ꝙ vtrum ſit verũ, vide qđ no. per Cy. in aut̃. generaliter. ſ. de epiſ. & cle. Bar.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Aduocatus, qui habet officium in ciuitate, non poteſt exire extra ciuitatem.

2 Qui habet ſalarium à Republica, non poteſt eſſe aduocatus contra Rempublicam.

LEX II.

QVi neceſſario. Hic fuit punctus in prima parte. breuiter dicit: Qui ad magiſtratum aſſumitur, extra eũ non poteſt vagari: & in eo non poteſt aduocationis officium exercere, pręterquam cõtra Rempublicam. h.d.
1 ¶ Nota ex hac lege & tene menti† ꝙ aduocatus qui habet aliquod officiũ in ciuitate, non poteſt ire extra ciuitatem. ¶ Se
b cundò nota[b] ꝙ poteſt eſſe aduocatꝰ preterquã cõtra Rẽpublicam

cam. Ex quo habes † ꝙ qui ſalarium habet ex Republica, non debet eſſe aduocatus cōtra Rempublicā. Et ſic facit, ꝙ doctores huius ciuitatis ſalariati non poſſunt eſſe aduocati contra Rempublicam. huius ciuitatis &c.

LEX III.

NEquis. Aduocati non poſſunt eſſe ſuſceptores collectarum, volentes, neq; inuiti. hoc dicit. &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Aliud eſt eſſe ex aliquo: aliud eius occaſione.
2 Salaria quę hodie percipiunt aduocati à clientulis, ſuccedūt loco ſalariꝭ publici: & de eo teſtantur.
3 Aſſeſſores quod acquirunt, eſt quaſi caſtrenſe peculium.

FOritui. Quod aduocati quærūt ex aduocatione, vel eius occaſione, quaſi caſtrenſe peculium reputať. hoc dicit. Nota primò
1 qđ dixi in ſummario. ¶ Nota differentiā † ꝙ aliud eſt eſſe ex aliquo, aliud eius occaſione. Dixi vobis in l. non du
2 bium. ſ. de legi. ¶ Nota etiam gloſ. hic, ꝙ ſalaria † quæ hodie percipiunt aduocati à clientulis, ſuccedūt in locum ſalariorū, quę olim percipiebantur à publico: & ſic poterit teſtari, & facere omnia. ¶ Nota etiam ex iſta glo. pro eo quod dicit, de iu
3 dicibus cōmunis Bonoñ. ꝙ illud † quod aſſeſſores acquirunt, eſt quaſi caſtrenſe. Simile in l. velut. ſ. de aſſeſſoribus &c.

QVicquid. Priuilegia quibuſdā cōceſſa poſſunt ad alios per ſuperiorem generalibus verbis transferri. h.d. Simile fecit Papa Bonifacius, ꝗ priuilegia cōceſſa fratribus minoribus, & prędicatoribus: conceſsit fratribus. Heremitis ſancti Auguſtini.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Aduocati non poſſunt cogi ad munera perſonalia.
2 Aduocatus poteſt cogi ſuſcipere delegationem.
3 Aduocatus non debet exercere officium aduocationis in alio loco.

SAncimus. Aduocatus nullū mun⁹ ꝑſonale debet iniūgi, niſi neceſsitas iudicandi, cōſulendi, ſeu arbitrandi. h.d.
1 ¶ Nota primò † ꝙ aduocati non poſſunt cogi ad
2 munera ꝑſonalia. ¶ Nota † ꝙ pōt cogi ſuſcipere arbitriū, hoc eſt delegationē. Et idem dico de cōſilio: vt not. j. de prox. ſac. ſcri. l. ij. ¶ Nota illud ꝙ dicit in eodē dūtaxat loco &c. ad quæ
3 ſtionē facit, ꝙ † aduocatus non debeat aduocationis officiū exercere in alio loco. de quo no. in l. ſed & hę. §. nō ſolum. de ꝓcu. Sequiť l. eadē. quę lex idē dicit qđ l. quicquid. ſ. eo. &c.

CVm aduocatio. Officiū aduocati fiſci, liberať à cōditione curiali: nec erit de cætero aduocatus, ſed aduocatorū officio potietur: & quod lucrabiť, quaſi caſtrenſe reputabitur. h.d. breuiter iſta lex.

SI quis de togatis. Si aduocat⁹ ad vnum officiū aſſumitur, eo finito poteſt officium aduocationis reintrare. h.d. &c.

BInos. Quando in officio, cui vnus conſueuit præeſſe, plures ſunt, vel eliguntur, quilibet illorū illis priuilegijs vtatur quibus ille ſolus vtebať. h.d. & eſt notabilis caſus. ¶ Quid de ſalario, an habebit quilibet tantū. De hoc habes caſum ſ. tit. j. l. reſtituendæ. quod debet diuidi inter duos æqualiter &c.

a NEmini licere. [a] Sub colore aſsidēdi ꝓhibit⁹, in cōſiliū nō debet aſſumi. Itē nullus in aduocatorū collegio aſſumatur, niſi prius fuerit probatū nō eſſe cohartali cōditiōe adſtrictū, & doctorū iuramēto fuerit approbat⁹ filijs aduocatorū, & eis ꝗ ſunt vltra numerū, in ſubrogatione ꝑponēdis. h.d. Prima pars hui⁹ l. facit ad q. Statutū eſt hic, ꝙ ꝗ hic fuerit aſſeſſor. nō poſsit aſsidere hinc vſq; ad qnq; annos: Ptās aliquē, quē ſub nōie aſſeſſoris retinere nō poterat, retinebat ſub nōie cōſiliarij. Certè hic eſt arg. ꝙ ſit ꝓhibitū, &c.

NOn aliter. Nota hunc caſum, & not. hic tex. ꝓbādi negatiuam, ꝙ aliquis nō eſt curialis vel cohortalis: qa curiales, vel cohortales hoc dicūt, ꝙ ipſe nō eſt de eis, quod eſt optimum ad probandum ꝙ quis non ſit de collegio, & ſimilia. Facit ad hoc l. ruta. de omni agro deſer. & facit quod dixi in l. hoc iure. ff. de ver. obli. ¶ Secundò no. ꝙ doctori creditur de ſcholari ſuo.

SAncimus. Officium aduocati fiſci durat biennio. hoc vult iſta lex, &c.

PEtitionem. Ex iſto prin. no. ꝙ noīa eorū, qui ſunt de collegio, debēt ſcribi in matricula: & ꝙ matricula ꝓbat eos eē de collegio. Ad ꝙ facit j. de prin. agen. in re. l. matricula. li. xij. qđ intellige verū, ſi exerceāt ea ꝗ pertinēt ad matriculā, ſeu ad illud collegiū: alˀs ſec⁹: vt l. qui ſub prætextu. ſ. de ſacroſan. eccl. de teſt. mili. l. ſciniarios. facit ff. de teſta. mili. l. pe. ¶ Nota iſtud ver. hæredibus. ad q. qñ officialis decedit officio durāte, vtrū hæredes debeant habere ſalariū pro toto tempore. De quo videbitis j. eo. l. poſt duos &c.

ADuocati. Breuiter dicit, ꝙ aduocati dicūtur ita legibus militare, ſicut milites armis: & magis ſunt neceſſarij Reipublicæ, quam milites &c.

POſt duos. Nota ver. his quoq;. & breuiter dicit: Si officialis decedit ītra annum, hęredes eius debēt habere ſalarium illius anni. Quod nota ad materiam huius legis tangit glo. in l. j. §. diuus. de varijs & extraordi. cog.

IVbemus. Nota qualiter probatur quē nō eſſe cohortalem: dixi ſ. eo. l. nemini. Non habetis hic alia &c.

*De aduocatis diuerſorum iudic.* **Rubrica.**

¶ In quo differat hic titulus à præcedenti: dic vt in gloſ. &c.

LEX I.

b SVggeſtionem. [b] Nota, ꝗ depoſuit aduocationis officiū, eſt in dignitate: & appellatur clariſsim⁹. Et ex hoc apparet, ꝙ non debet torqueri tanquam habens dignitatem: & debet iuramentum mitti ad eū, tanquam ad egregiam perſonam.

LAudabile. Nota iſtud principium, pro arengarijs.

PEtitiones. Nota ꝙ null⁹ pōt aſſumi ad aduocationis officiū, niſi ſtatuto tpe ſtuduerit, quod eſt tēpus quinq; annorū. Et habetis in prima conſtitutiōe Digeſtorū, in j. col. etiā ſi ſit filius aduocati. Ita habem⁹ hic etiā literas papales, quę dicūt ꝙ nullus pōt aſſumi ad doctoratū, niſi ſtuduerit ſex annis in legib⁹, & quinq; in decretalib⁹, in ſtudio generali: & ita oportet nos iurare. Et idem eſt in l. iubemus. ſ. titu. j.

> POMAETS.
> a ¶ Licere. Vide ad iſtū text. Feli. in c. ex literis. col. fi. de conſti. & Ro. conſin. ccxvj. alˀs xxvj. col. j. & Areti. lvij.
>
> POMATES.
> b ¶ Suggeſtionem. Vide pulchra ſimilia per Felin. in c. ꝗ in eccleſiarum. col. xxix. de conſti.

REſtituendæ. Hic eſt tex. quē allegabā tibi ad q. ſ. tit. j. l. binos. & dic vt ibi: pari lāce in vtrūq; diuidendā. ¶ Itē nota ibi illū ver. nā vniuerſalis reddiť. Habuiſtis idē in l. non plures. in fi. ſ. de ſac. ſan. eccl. & ibi etiam dixi.

PEr hanc. Nota ibi: nouerint enim. ꝙ aduocatus, ꝗ fuerit abſens à ciuitate ꝑ biēniū, ꝑdit priuilegiū ſui collegij. In alijs verò collegiatis requiriť quinquēnniū: vt j. de prin. agen. in reb. l. matriculā. ¶ Nota ver. nō vt ſæpe. no. ꝙ ſi in ſolutiōe ſalarij, qđ cōſtituiť alicui ꝓpter dignitatē, nō eſt cōſtitutū tēpus, intelligitur ꝙ ſoluatur in medio tēporis: vt hic. qđ eſt verū in iſtis aduocatis. In alijs autem perſonis quid iuris ſit, dixi in d. l. j. §. diuus. de varijs & extraor. cogni. &c.

NEmo. Nota ꝙ iſte qui promouetur per ſaltū, non habet priuilegium. quod nota.

*De errore aduocatorum.* **Rubrica.**

LEX I.

EA quæ. Breuiter dicit. Qđ aduocat⁹ dicit parte ꝑſente, videť ipſa pars dicere. h.d. ¶ Quęro, quo ad qd habeať perinde, ac ſi pars diceret. Rñ. quo ad partis præiudicium tantū. vnde ſi vult reuocare dictū aduocati, pōt reuocari ſicut ſuum, ꝓbando errore: vt videbitis in l. ſi. j. eo. ¶ Quęro, aduocat⁹ corā iudice loquitur literaliter: cliētulus eſt idiota: vtrū dictū aduocati ꝑiudicet ſibi. Certè nō. ideo gl. hic dicit ſup verbo ꝑſentibus & intelligētib⁹. vide gl. Certè iſtud dictū gl. eſt bene dictum cauſa dubitationis tollendæ: ſed non eſt neceſſariū dictum. Nam eo ipſo ꝙ dicit, præſentibus, intelligitur & intelligentibus. nam qui eſt præſens, ſi non intelligit, non dicitur eſſe præſens. in l. coram. ff. de verborum ſignifica. & l. diem. §. coram. de arbi. &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

EAquæ. Dictū aduocati pręſente clientulo, videť ab ipſo clietulo dictum. Error aduocati poteſt retractari vſq; ad ſentētiā. h.d. cum l.fi. Cautela eſt ꝙ clientulus quando incipit litigare proteſtetur, ꝙ ſi aliquid diceretur per aduocatum ſuum, qđ cōtra eū faceret ꝙ ipſe vult pro nō facto, & ei nō cōſentit: talis proteſtatio enim conſeruat ſibi ius. ar. l. at ſi qs. §. pleriq;. ff. de reli. & ſump. fune. Item opp. de l. error. ſ. de iur. & fa. igno. Sol. vt hic no. tex. ibi: perinde habēda &c. Ex quo pōt aſſumi cautela ꝙ aduocatus non loquať latina lingua, ſed vulgari: qa tūc fortè clientulus ſuus non intelliget. Tex. autē hic dicit ꝙ ideo pręiudicat, quia pręſente clientulo, ſupple, & intelligēte. & facit hæc l. ꝓ eo quod no. gl. in l. cū precū. j. de libe. cau. & l. j. eo. ti. & probat tex. ibi dum dicit: te confiteris &c. nā ſi dictū aduocati mei me præſente & intelligēte mihi nocet: multò fortius illico quòd ego dico. vel in libello pono qđ mihi nocet: vt d. l. j. & l. cùm precum. Item intellige, pręalleg. l. cùm precū. & l. j. qñ aduerſarius meus eſt præſens, dū aduocatus loquiť me præſente: vel ego in libello meo pono aliquid: aliàs ſecus: quia expreſſa mea cōfeſsio meipſius non nocet mihi: niſi aduerſarius ſit præſens in iudicio: vt eſt caſus in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. Ita multo fortius nō debet mihi nocere abſente aduerſario meo id, quod aduocatus diceret me præſente, vel ego ipſe corā ipſo iudice. Effectus huius dicti eſt, ꝙ quāuis ego in libello poſuiſſem aliquid cōtra me, & dediſſem in curia penes tabellionem, ſed nondū miſi aduerſario meo: vel ipſe de mea voluntate copiam non habuit, non præiudicat mihi & poſſum ipſum reaptare, & lacerare: quia in abſentia aduerſarij non mihi nocet, vt ſ. ꝓbaui. Sed quādo mitterem ipſum aduerſario meo, & ipſe ipſum reciperet: tunc ſcriptura mea, quam ego ſubdirigo, repræſentat perſonam meā: & ideo mihi nocet: ſicut aliàs in epiſtolis quę mittuntur: quia ex receptiōe fit præiudicium mittēti, & recipienti. De mittēte probat l. publia. in fi. & l. Lucius. ff. depoſiti. & l. fi. cū ſua gl. ff. de act. & obl. de recipiēte ꝓbat l. ſi filiꝰ. in fi. ff. ad Mace. Ita hic de mittēte, & recipiēte libellū. Frā.

✱P. PAV. P.

a ¶Aliqd aliud. Circa illud quod nō valeat ſententia, niſi ad inſtātiam alicuius ſit lata, vide & limita vt per Iaſ. in l. properandū. §. & ſiquidem in iiij. no. j. de iudic. Areti. in auť. hoc ſacramentum, j. de iura. calū. ꝙ ſi feratur pro actore ſit ſatis requiſitio facta in libello, ꝙ poſtea tempore ſententiæ non petat.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Sententia quę non fuit lata licet errore ſcribentis ſcripta, quando noceat parti.

2 Sententiam non eſſe latam qualiter probabitur.

LEX II.

ERrores. Breuiter dicit: error ſcribentiū libel
1 lum, non nocet parti† probato errore. hoc dicit. Innuit hic tex. quòd probādo condemnationem non interceſsit, probatur error ſcribentis, Cōtra, infrà vnde cogna. l. non hoc. quia nō probat hoc eſſe: ergo & cętera. vnde pōt eſſe quòd ſentētia non eſt lata: & tamē hoc fuit ſcriptum nō errore ſcribentis. ſed errore partis, hoc aſſerētis ſibi. Solu. Poſſumus dicere ꝙ hic non ponitur perfecta ꝓbatio, & ideò debet aliter probari: videlicet quia dixi illi aduocato de inſtrumento: nec dixi de ſententia. Vel aliter, vt ſuſtineas tex. prout iacet. Dico ꝙ ſufficit probare ſentētiam nō eſſe latam. Et ex hoc ſequitur erratum, vel à parte, vel à ſcribente: vt l. ſi poſt diuiſionem. ſ. de iur. & fac. igno. Cùm ergo à quocunq; ſit erratum, idem importat: vt ſ. l. proxi. & j. l. ꝓxi. & hic non eſt curandum: cuius errore hoc contigerit. arg. l. qđ ſi dubitet. de acqui. hære. & argu. l. Gallus. §. ſi eius. de li
2 be. & poſth. quod tene menti. ¶ †Quæro: qualiter probabiť iſta negatiua: ſcilicet ſententiam non eſſe latam? gloſſ. dicit: probabitur eo ipſo, quòd non apparet contrariū. Hoc videtur contra tex. qui requirit manifeſtam probationē: vnde alij dicunt aliter: videlicet quòd probabitur eo ipſo, quòd probatur ſentētiā eſſe latā aliter quā dicat libellꝰ: qa cū libellꝰ diceret de qnquaginta, ſentētia dicit aliter. Certè iſta ꝓbatio nō, cōcludit: quia licet vna ſentētia dicat vnū: potuit eſſe qđ fuit lata vna alia ſententia, quæ dicebat aliter: niſi fieret vna poſitio, ꝙ in dicta cauſa nō fuit lata niſi vna ſententia. argu. l. j. ſ. ſi plures vna ſenten. & quod ibi dixi vobis. ¶ Alij dicūt quòd probatur iſta negatiua: quia probabo iudicem illo tempore non fuiſſe, vel eſſe mortuum. Quod ſatis placet: ſi tempus latę ſententię eſſet coarctatum loco, & tempore. Iacobus but. dicebat aliter hoc poſſe probari, ſcilicet per inſpectionem libri, in quo cōtinētur tales ſentētiæ iudicis: & talis ſentētia nō reperitur, & ſic à ſufficienti diuiſione probabitur iſta negatiua: vt l. obligationum ferè. §. placet. de act. & ob. & l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & probatur. j. de re. cre. & iureiur. l. fi. quod ſatis placet: qđ tene menti perpetuò &c.

ERrores. Negatiua facti, poteſt probari, dummodo eius ratio cadat in ſenſum teſtis. h. d. do. Iac. & loquitur iſta lex de ſecunda parte rubricæ. Sed contra hoc opp. de l. actor. j. de proba. Gloſ. dat plures modos probandi, inter cęteros: dat vnū modū, ꝙ poſſit probari per ſcripturā: quia oſtenditur ſentētia: quia ex inſpectione teſtamenti probatur: vt l. fi. j. de reb. cre. & hoc poſſet probari per tex. in d. l. fi. de reb. cre. & ita tenet glo. iſta. Et eſt rō, quia negatiua iſta eſt coarctata loco, & tēpore, quod poteſt cadere in ſenſum teſtis. Dicit teſtis: fui præſens cū iudex tulit ſententiam in tali palatio, ad tale banchū, in tali die ante tertiā? in qua ſententia condēnauit Titium in quinquaginta, & nō in centū optimè probatur iſta negatiua p teſtes. Dat gl. alium modū probandi negatiuam per teſtes: vt not. in l. j. §. j. circa fi. glo. magnę. ff. de itine. actuꝗ. priua. Bart.

LEX III.

SEntentiis. Error aduocati poteſt reuocari, probato errore vſq; ad ſentētiā, & etiā in cauſa appellatiōis. h. d. ¶ Opp. & videť, ꝙ error facti poſsit reuocari vſq; ad ſententiam: vt l. error. ſ. de iur. & fac. ign. Hic dicit intra triduū: quare malè. Sol. hic denotat facti accidentiam: quia tantū triduo cauſa durauit. & iſta eſt vera, licet Placēti. dixerit aliter. ¶ Vltimò nota quòd error adhibitus in cauſa principali, pōt reuocari in cauſa appellatiōis, vt hic, & no. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. & tene menti.

## *Vt quæ deſunt aduocatis partium iudex ſup. Rubrica.*

¶ Continua vt in glo. & quę poſsit iudex ſupplere. gl. hoc tāgit ſuꝑ rubrica, & ſuꝑ nigro. & ibi dicā plenè de hac materia.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Iudex in his, quæ ſunt iuris, ſupplet.

2 Iudex in his, quæ radicantur in ſeipſo, quando poſsit ſupplere parte non petente.

3 Circa ea quæ in parte radicantur, qñ poſsit iudex ſupplere.

4 Iudex quando poſsit ſecundū conſcientiam iudicare,

5 Iudex ex officio pōt bannitū in iudicio cōparentē repellere.

LEX vnica.

NOndubitādum. Iudex poteſt ſupplere de iure, nō de facto. h. d. tex. cū gl. ¶ Opp. iudex debet iudicare ſecundū allegata & ꝓbata: vt l. illicitas. §. veritas. de offi. præſi. ergo ipſe ſupplere non debet. Solu. Verū eſt in his quę ſunt facti, nō debet ſupplere iudex, vt ibi: ſed in his q̃
1 † ſunt iuris: vt allegando legē vel rationem facientem ꝓ parte iudex ſupplet. ita loquiť hic. ¶ Ad hoc opp. de l. ſi irruptione. §. j. ff. finiū regun. vbi diciť ꝙ iudex ſupplet de facto. Cuiꝰ timore Placen. hic dicebat, ꝙ etiam de facto poteſt ſupplere: vt l. age. ſ. de tranſac. & de peti. hęr. l. fi. Doc. communiter tenent cōtrarium. Non obſtat l. ſi irruptione. quia ibi loquiť in his quę ſunt nota iudici vt iudici, q̃ pōt ſupplere. ſecꝰ ſi eſſent nota iudici vt priuato. Non obſtat l. age. vt ibi no. Nō obſtat l. fi. de pet. hęre. quia officiū iudicis ſuccedit loco exceptiōis: & apertè imploratur. ¶ Contra hoc opp. de l. ampliorē. j. de
2 app. vbi iudex ſupplet de fcō. Breuiter† ꝓ declarāda iſta materia debetis ſcire ꝙ quędā ſunt quę principaliter radicanť in parte: quędā principaliter in iudice. In iudice, vt dare dilationes. pronunciationes, & ſimilia. In parte, vt ꝓponere exceptiōes, ꝓducere teſtes, & ꝓbationes, petere à iudice ſentētiā,
a vel aliqd aliud[a]. Circa primū: an iudex poſsit ſupplere: hoc eſt illud qđ radicať in ſe facere parte nō petente. hic dicas, aut loquimur in his quę reſpiciūt iuris publici obſeruātiā: & iudex poteſt parte non petente remittere libellū malè conceptū: vt ff. de offi. aſſeſ. l. j. dare dilationes: vt l. ꝓperandū. §. j. j. de iud. & l. j. j. qñ ci. ac. cri. pręiu. facere partes iurare de calūnia: vt l. ij. §. ſed qa veremur. j. de iu. calū. Prædicta vera. qñ ꝓceditur vtraq; parte p̄ſente. Nā ſi aliqua partiū eſſet cōtumax, cōtra illā partē contumacē nō ꝓcediť ad aliquid nō petente, aut inſtante altera parte: vt d. l. properandū. §. j. & de iudi. l. ad peremptoriū. & auť. qui ſemel. quō & qñ iud. Si verò reſpiceret partis vtilitatē, tūc iudex hoc nō poſſet facere, niſi parte p̄ſen
3 te: vt l. v. §. pe. ff. iud. ſol. ¶ Circa† ſecundū. ſ. in his quę radicātur in parte: dicas, aut reſpiciūt publicā vtilitatem: & pōt iudex proponere ex ſuo officio, non petente parte: vt repellere aduocatū, vel ꝓcuratorē: vt l. quos ꝓhibet. ff. de poſtu. & l. filiuſf. §. veterani. ff. de ꝓcu. & §. milites. ea. l. Si verò publicā vtilitatē non reſpiciunt; tunc ſi quidem loquitur in caſibꝰ, in quibus pōt cōtra abſentem perueniri ad diffinitiuā ſententiā: tunc iudex pōt ſupplere de facto inducēdo probationes pro

abſente

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ✠ *P. P A V. P.* ¶Iudicare. Vide Feli.latè in c.ad petitionem.in ij.
col.extra,de accu. Vide quod dicit Bar.in l. Aemilius.ad finē.ff.de mino.
Aret.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de ver.obli.in j.col.
b ¶Infamia. An appellatione infamiæ veniat infamia iuris,vel facti, vide
quod habetur in c.ſuper his.de pœnis.

abſente:vt d.l.ampliorē.§.j.in prin.& ibi feci te
notare,& auť.qui ſemel.qūo & qñ iud.vbi feci e-
tiā te notare.Si verò nō ꝓceditur cōtra abſentē,
vel cōtra eū ad diffinitiuā ſententiā peruenire nō
pōt:tūc iudex nō pōt de facto ſupplere, vt hic in
tex.& gl.Ita debetis intelligere l.age.ſ.de trāſa.
& ita debetis intelligere iſtā materiā,quā pleniſſi
mè explicaui in l.iiij.§.hoc aūt iudiciū.de dā.infe.
4 ¶In hac lege cōſueuit formari q̄ſtio †vtrū iudex
poſsit ſecundū cōſcientiā iudicare.Et breuiter in
his q̄ iudex pōt ſupplere, de facto ſuppleat: vt ſ.
dixi.aľs ſi eſt iudex intra legē,iudicet ſecundū alle
gata & ꝓbata:vt hic,& l.illicitas.§.veritas. ſed ſi
eſſet iudex ſuprà legē,vt Papa,vel Imperator, vľ
alius dñs,cuius dictū habeť pro lege in territorio
a ſuo:tūc debet iudicare[a] ſecūdū conſcientiā ſuam:
aliàs peccaret.Ita dicunt Theologi.

NOn dubitandū eſt.
Iudex pōt ſupplere de iure. h.d. ¶Opp.
de his quę no.in l.illicitas.§.veritas.& qđ ibi no.
ff.de offi.pręſi.Sol.vt in gl.Vel dic,ꝙ aut loqui-
mur de iudice q eſt ſuprà legē, & ille ſupplet qđ
ſibi placet:qa Princeps &c.vt l.j.de cōſti. princi.
Quęriť,nunquid iudex qño; ſuppleat vt iudex,
q ſubiect⁹ eſt legi.Dic,aut q̄riť nunqd iudex pōt
ſupplere,vel iudicare,ſcđm cōſcientiā ſuam infor
matā ex actitatis corā eo,& ſic eſt notū ſibi vt iu-
dici:& pōt:vt no.hic in fi.gl.Aut vult iudicare ſe
cundū cōſcietiā ſuā informatā ex notario.Ita de-
bet intelligi l.ſi irruptiōe. ff.fi. regun.l.ij.ibi: aut
authorū iniuria.ff.de feri.Si verò tale eſt notoriū
aut nō:tunc q̄ritur,nūqd poſſet ſupplere de iure.
Et dic ꝙ ſic,vt hic:& eo mō poſſet ſupplere de fa
cto:arg.l.vbicūq;.ff.de interro. Aut q̄riť nūquid
poſsit ſupplere de facto.& iudicare ſecundū con-
ſcietiā ſuam:& nō pōt:& not.in d.§.veritas. imò
plus:qa licet iudicare cōtra cōſcietiā ſuā,dūmodo
iudicet ſcđm actitata.Glo.eſt in c.j.extra,de offi.
ord.Pro hac l.vide gl.quę eſt in l.quoties.§.fi.ff.
de ꝓba.ſup verbo,hæredē. ¶ Itē ex hac l.not.ꝙ
5 vbicūq; iudex videt bānitū, † q ex forma ſtatuti
nō pōt eſſe in iudicio,pōt eū repellere đ facto. Ita
no.Ia.de are.hic.& ad hoc.l.ꝓhibet. ff.de poſtu.
Et eodem modo pōt induci qđ not.gl.in l. filius.
§.veterani.ff.de procu.vbi concludit de reſpiciē-
tibus publicam vtilitatem,& ad ineptudinem iu
dicij,vt ea ſupplere poſsit.Franc.Tigr.

## b *Ex quibus cauſis infamia[b] irrogatur.R.*

¶Continua iſtam rubricam ſic: quia per infamiā
quis repellitur à poſtulando:ideo poſt tractatum
de aduocatis ponit tractatum ex quibus cau. infa
mia irrogatur.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Miſsio in carcerem quando infamet.
2 Fama quid ſit.
3 Infamia quid ſit.

LEX I.

INfamiæ. Miſſus in car
cerem vel vin
culatus cā maleficij inquirēdi,nō
eſt infamis.h.d.¶Oppo.& videť
1 † ꝙ miſsio in carcerē infamat,ſi-
cut pœna dānationis in metallū.
arg.in l.ſeruus.j.de pœ.Solu.Intellige hic de eo,
c qui eſt poſitus in carcerē cauſa maleficij[c] inqrēdi,
nō ad pœnā.nā ſi eſſet miſſus cauſa pœnę,& per-
d petui carceris:tunc eſſet infamis.[d]¶Circa hāc le-
gem quærit glo.quid eſt infamis? Ad hoc vt ſcia-
mus quid eſt infamia,primò oportet te ſcire quid
2 eſt† fama.& lex dicit:Fama eſt illeſę dignitatis ſta
tus legibus & moribus cōprobatus:vt l.cognitio-
num.de var.& extraordi.cogni.Infamia eſt lęſæ
3 dignitatis† ſtatus legibus & moribus reprobatus.
vnde qñ vita & ſtatus alicuius eſt reprobatus legi
bus & moribus:tunc iſte eſt infamis:quia infamia
ex multis cauſis contingit,vt videbitis j.in hoc ti.
& ff.eo.per totum titulum &c.

LEX II.

NEque furti. Damnatus ex edi
cto de publicanis,
non eſt infamis.h.d.¶Oppo.j.de fur.l.
etiā.Sol.duobus modis.Vno modo,ꝙ hic non cō
trectauit inuito dño:ſed volēs ſoluit:licet plus de
bito.Vel aliter etiā ſi eo inuito cōtrectauerit,vel
per vim abſtulerit:fateor ꝙ eſſet infamis,ſi eſſet
furti accuſatus,vel vi bonorum raptorum:ſecus ſi
ageretur ex edicto illo de publicanis &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Iudex cauſa cognita vſq; ad ſententiā,poteſt
pœnam minuere.
2 Iudex poſt ſententiam poteſt mulctam minuere.
3 Iudex ex cauſa poſt ſententiam poteſt pœnā trāſ
mutare in grauiorem.
4 Iudex non poteſt etiam ſi ipſi conſtaret condēna
tum non culpabilem:ſentētiam ipſam tollere,ſed
reſcribit principi.
5 Pœna diminuta,an dicatur cū infamia diſpēſatū.
6 Iudex ex cauſa minuit infamiam.
7 Infamiæ effectus multiplex.
8 Cauſę ꝓpter quas pœna augeri,vel minui poſsit.

LEX III.

ET ſi ſeuerior. Iſta l.habet
fortē mate-
riā & dicit.Si pœna cā cognita minua-
c tur[c],infamia videtur eſſe remiſſa.h.d.
¶No.qđ dixi in ſummario.Circa hanc le.primò
videnda ſunt exēpla,quæ ponuntur in glo.ſuper
verbo certis rationibus.quæ eſt clara.¶Venio ad
vltimam glo.mag.ad quā recitandā debetis ſcire,
ꝙ in hac l.duo dicuntur.Primò,ꝙ iudex pōt mi-
nuere pœnā.Secūdò,ꝙ pœna minuta,videtur cū
infamia diſpēſatū.¶Cōtra primū gl.format opp.
in fi.gl.contra ſecūdum,in prin.& ideo prius reci
tabo fi.glo.¶Oppo.ꝙ iudex minuere non poſsit
pœnā,quia nō eſt in eius arbitrio:ſed in leg.pote-
ſtate:vt l.j.§.j.ff.ad Turpil.& l.ordine.ff.ad mu.
1 †So.cauſa cognita pōt pœnā minuere ante ſniām:
vt hic,poſt ſententiā aūt nō poteſt:vt in contra-
rijs.¶Cōtra hoc opp.ꝙ poſt ſentētiam poſsit mi-
2 nuere:vt l.illicitas.§.fi.ff.de offi.pręſi.†Sol.ibi lo
quitur in multa:hic in pœna.¶Itē cōtra hoc opp.
& videť,ꝙ etiā pœnā poſsit mutare:vt l.quicūq;.
3 j.de ſer.fug.& l.ſi quis id ꝙ.de iuriſ.om.iud.†So.
f poſt ſentētiā nō poteſt minuere pœnā,[f] ſed ex cā
4 pōt eā trāſmutare in grauiorē pœnā.†Plus dico,
ꝙ etiā ſi liqueret iudici poſt ſentētiam cōdēnatum
nō eſſe culpabilem,nō pōt ſentētiā tollere.vt l.j.
in fi.de quęſtio.ſed debet ad ſuperiorē remittere:
vt ibi plenè dixi.& hoc circa principiū.Et ex præ
dictis potes colligere diſtinctionē per te.¶Venio
g ad ſecundū:[g] hic dicitur ꝙ pœna diminuta videť
5 diſpēſatū† cū infamia.cōtra.j.de generali aboli.l.
fi.Sol.dicit gl.ibi de indulgentia,per quam nō re-
mittitur infamia:hic cū iudex in ſentētia pœnam
minuit.Doc.noſtri dicūt,ꝙ iſta gl.non ſoluit con
trariū.Notat enim diuerſitatē caſuum & nō aliud
vnde dicebat do.Ia.But.ibi:indulgentia quā prin
ceps concedit proprio motu,non eſt ex rōne:ideo
nō eſt extendēda:vt l.quod nō ratione.ff.de lega.
hic iudex in ſentētia pœnā minuit ex ratione.cer
tè non placet:quia etiā imperator fortè cōcedit in
dulgentiam iuſtis rationibus.Dicendum eſt ergo
ſic glo.bene dicere.Nā ibi loquiť in indulgentia, g

c ¶Cauſa maleficij. Adde c.ſuper his. & quod ibi Inno. extra, de pœnis.

d ¶Infamis. Aliter etiam infamia diffinitur,vt in l.de minore.§.tormēta.de q̄ſti.Bal.ī l.ea quidē.in j.co.de accu. Ex hoc infert not. Ange.hic ꝙ iudex cōdemnando notariū de falſo,pōt ſibi reſeruare ex cā facultatē cōficiendi inſtrumēta:ſine cauſa verò nō.Sed ipſemet Ang.in l.qd ergo.§.pe.ff.de his q not.infa.& ēt Bal.ī l.& militib⁹.j.de teſt.mi.voluit nō poſſe illud ſibi cōſeruare qñ notarius delinqt in officio vel commiſit falſum: argu.l.ſi qs aliqd.j.de ſuſcep.& arca.lib.x. Sed prima opi.videtur verior, quā tenuit Bart.in l.ſi quis.in prin.teſtamenti.§.j.de leg.iij.per illū text.not.etiam per Bart.in l.& militibus.p illum tex.& p Bal.in l.diuus.ff.de iniur.per Arch.v.di.ſi quis preſbyter.Non obſtat l.ſi quis aliquid.q.ibi ex nulla cā fuit facta reſeruatio.
ADDE an cū iudex cōdemnat aliquē,poſsit ſibi reſeruare famā.Bart.conſi.ex j.

e ¶Minuať. Tñ eſt gloſſa hic ꝙ vbi delictū nō eſt cōmiſſum dolo, ſed culpa,vel vbicūq; cōcurrit alia cā de his q̄ enumeranť hic in gl.iudex diminuit pœnā.quod eſt verū non ſolū in pœnis iuris cōis,ſed ēt in pœnis ſtatutorū,ſecūdū Bal.Sal.Pau.de Caſt.hic.et Bart.in d.§.pœna grauior.in vlt.ver.& in l.fi.in fi.ff.de recep.quicquid dixerit Bald.contrariū ſentiens in d.§.pœna grauior.&in l.j.j.ſi aduer.delic.& ī auť.hodie.j.de iudi.& ideo ſi ſtatutū imponit pœnā pro homicidio vel pro alio delicto,& illud delictū nō fuerit commiſſum ex propoſito per dolum,ſed per latam aut leuē culpam:pœna ſtatuti ceſſabit:quia ſtatutum debet interpretari ſecundū ius commune.c.cū dilectus.de conſue.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxa.no.gl.in l.fi.§.in computatione.ff.de iure delib.ideo ſicut de iure cōi pœna legis Cor.de ſica.ceſſat, ſi nō dolus,ſed culpa dedit cauſam homicidio l. in lege Cornelia.ff.de ſica. ita etiā dicendū in ſtatuto. Et ita not. Bald.in d.l.ſi ſerui veſtri. & ibi etiam Sali.& Bal.in l.data opera.in v.col.j.qui accu.& in l.quicūq;.in vlti.col.de ſer.fugi.j.per eūdē in l.j.de legib.& in l.pignus.in vlt.co.j.de pign.act.vbi hoc limitat. & in l.ij.§.prætor.ff.ne quis eum.per Bar.l.j.§.non autem illud.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.fue.per Sali.in l.j.j.de ſica.per illum tex.per do.Ant.de butr.& Imo.in c.ij.de conſtitu.vbi etiā hoc limitat aliter.& limitat Salic.in d.l.ſi ſerui veſtri.vbi dicit prędicta fallere, ſi ſtatutum dicat,ſi quis occiderit aliquem quouis modo vel qualitercūq; &c.argu.l.milites.in verſicu.quo modo.cum ſimi.j.de teſta.mili.Et ad prædicta faciūt no.per Barto.in l.omnes populi.in vj.q.princi.ff.de iuſtit.& iure.
ADDE ꝙ ſtante ſtatuto qui occidit occidatur, debet intelligi dolo.Pau.de Caſtr.vbi dicit plures iuuiſſe. & Bal.cōſil.cccxlviij.j.lib.

f ¶Minuere pœnam. Et ad hanc materiā an iudex poſsit diminuere pœnam in præiudicium fiſci,facit quod ſing.dixit Barto.in l.j.in fin.ff.ad Turpil.
ADDE ꝙ licet iudex iurauerit ſeruare ſtatuta,poteſt tamē minuere pœnam ex cauſa:vt cōſuluit Roma.cōſil.cccxxix. & vide Pau.de Caſtr.conſil.xxviij.

g ¶Venio ad ſecun-

dū. Et tene menti
elegans dictū Inn.
in c.j. de conſtitu.
ad hoc vt iudex
poſsit emere pœ-
nam requiritur ꝙ
ſuper illa poterit
diſpenſare : aliàs
ſecus. Vnde dicit
do. Anto. in c.de
cauſis. de officio
delega. ꝙ poteſtas
non poterit dimi-
nuere pœnam.quā
do venit applicāda
fiſco. & vide gloſ.
in p̄alleg.c.de cau-
ſis.& vide Lu.Ro.
in conſil.ſuo. ccvj.
vbi diſputat,ſi fu-
ga debitoris infa-
met cum de facto.
Andr.Barba.

quæ cōcedit̄ poſt ſententiā:hic in remiſsione quæ
fit à iudice in ipſa ſentētia.Ratio huius eſt hæc:nā
ſentētiā pōt trāſigi:& ideo videt̄ infamia remiſſa,
quaſi ſit ſuper ea trāſactū:vt j.l.prox.ſed indul-
gentia principis cōcedit̄ poſt ſentētiā,poſtquā nō
licet trāſigi:vt l.poſt rem.ff.de trāſac.& ideo non
pōt videri trāſactū ſuper infami[illegible].¶Contra hoc
opp.l.nō pōt.ff.de fur.& l.diuus.ff.de iniurijs.So.
6 Iudex † nō pōt minuere infamiā ſine cauſę cogni
tiōe:vt ll.cōtrarijs.ſed cā cognita,& certis motus
rationib⁹ ſic,vt hic.¶ Cōtra hoc op.de l.qd ergo.
ff.eo.§.pœna grauior.Sol.hāc l.debem⁹ intellige
re ſecūdū illā:qa loquitur quando imponitur vna
pœna corporalis pro alia corporali.ſecus ſi impo-
nitur pecuniaria pro pecuniaria : vel pecuniaria
pro corporali,vt ibi plenè &c.

ET ſi ſeuerior. Ad euiden
tiā eſt ſcien
dū qd eſt fama.& de hoc eſt tex.ī l.co
gnitionū.§.ęſtimatio.de var.& extra-
or.cog. Itē eſt ſciēdū quid eſt infamia.nā eſt priua
tio famę.gl.tāgit in l.j.ſ.eo.¶ Itē eſt ſciendū quo
7 tuplex eſt infamia.Dicēdū eſt ꝙ † principaliter eſt
duplex,ſ.infamia iuris & facti.Itē quotuplex eſt
effect⁹ īfamiæ.Et aduerte qa effect⁹ infamiæ vide
tur eſſe multiplex:vt ī l.j.p totū ff.eo.& de poſtu
lā.l.j.§.remouet.Itē effect⁹ infamię facti gl.dicūt
cōiter ꝙ eſt duplex.repellit em̄ à dignitate,& à q̄
rela.Videbitis no.in l.nullā.j.eo.& no.l.j.ff.eo.ti.
Verū eſt quòd gl.alibi tangunt alium effectum,
videlicet effectum teſtimonij ferēdi.circa quē effe
ctum gl.variant.Nam in l.Caſsius Lōginus.ff.de
ſenato.tenent vnum aliud in l.j.ſ.de ſum.trini.dic
vt ibi per doc.Item ſciendum eſt ꝙ infamia habet
ſe vt querela criminis ex quo quis damnatur.
¶Item eſt ſciendum ꝙ ex cauſa iudex poteſt au-
gere,& minuere pœnā.l.aut facta.§.fi.ff.de pœ.l.
quedā.eo.tit.no.in l.quid ergo.§.pœna grauior.
ff.eo.omnia tn̄ iſta debēt fieri cū cauſę cognitione
vt j.videbitis.His præmiſsis l.noſtra h.d.Vbi iu
dex cū cauſæ cognitione imponit pœnā minorē,
damnatus nō remanet infamis,quia videtur tranſ
actum ſuper infamia.h.d.ſcd̄m gl.quæ gl.incipit:
ponit exemplū,ponit caſum in l.¶ Opp.tex.iſte
innuit proconſulem eſſe clariſsimū.contra de l.ra
ptores.ſ.de epiſ.& cle.Sol.ꝙ hic ponitur impro-
priè.¶Item opp.dicitur ꝙ iudex poteſt minuere
pœnam de l.j.§.j.ff.ad Treb.& eſt ī fi.gl.ſol.ꝙ in
ipſa ſententia iudex cum cauſæ cognitione minue
re poteſt:ſed poſt ſententiā non,vt in contrario.
¶Item opp.de l.fi.j.de fideicom.liber.de l.vt fun
dus.ff.cōmu.diui. Solu.quòd verum eſt ꝙ iudex
debet cōformare ſententiam cum libello regulari
ter vt in contrarijs.Iudex tn̄ ex cauſa poteſt altera
re pœnā,vt hic.¶Contra hoc opp.quia tunc vide
tur eſſe ſententia cōtra l.ſi iudex imponit aliā pœ
nam quam l.dictet:& per conſequens ſentētia nō
valet ipſo iure:vt l.ij.quando ꝓuo,nō eſt neceſſe.
So.ꝙ nō dicit̄ cōtra l.cùm fiat pœna l.hac pmitt̄e
te ꝓ quorū declaratione dicas quòd qn̄q; aliquis
damnatur de crimine famoſo,& quæritur nūquid
iudex poſsit alterare pœnam:& ſi alterat,nūquid
condemnatus remaneat infamis.Circa qd̄ dicas
ꝙ aut iudex infert pœnam legalem & regularē &
conſuetam:iſto caſu non eſt dubium ꝙ condēna-
tus remaneat infamis.l.j.ff.eo.Quādoq; iudex al-
terat pœnā:& hic aduerte ꝙ quādoq; iudex ponit
pœnam pecuniariam pro pecuniaria,vel pecunia
riam pro corporali:& tunc cōdemnatus remanet
infamis.Caſus eſt in d.§.pœna grauior.& ibi glo.
no.Quandoq; imponit pœnam corporalē pro pe
cuniaria vel corporalē pro corporali: & tunc aut
imponit pœnā maiorē pro minori:aut ecōuerſo.
Primo caſu dicunt glo.ꝙ videtur eſſe tranſactum
ſuper infamia.Doc.dicunt melius,ꝙ aut imponit̄
pœna grauior propter atrocitatē delicti: & tunc
nō videt̄ trāſactū ſuper infamia:quia pœna nō de
bet inducere pręmium vt l.regula.§.fi.de interdi.
& rele.facit quod no.in l.ſiue hęreditaria.ff.de ne.
geſt.Si aūt imponit̄ propter feſtinātiā delinquen-
tium.quod eſt licitū:vt l.aut facta.§.pręallega.& tunc videtur tranſactū
ſuper infamia.Ita poteſt intelligi lex ſequens ſecundū vnū intellectum.
Secundo caſu dicitur ꝙ aut ſine cauſę cognitione:& tunc remanet infa-
mis:vt l.diuus.ff.de iniu. Aut cū cauſæ cognitione:& tunc gl.in d.§.pœ-
na grauior.dicit ꝙ videtur eſſe tranſactū ſuper infamia.Vltramon redar
guunt dictum gl.Nam nō ſequitur ad minorationē pœnę remotio infa-
mię.ſufficit enim in paucis:vt l.tutor.j.de neg.geſt.Vnde dicunt ipſi,ꝙ
qn̄ cum cauſæ cognitione minuitur pœna,aut in ſententia apparet iudi-
cem voluiſſe diſpenſare ſuper infamia,aut non.Primo caſu non remanet
infamis,vt hic:ſecundo caſu ſic.Teneas glo.ſecundū do.Iac.ꝙ cùm infa-
mia veniat vt ſequela criminis:vbi diſpenſatum eſt ſuper crimine mino-
rando pœnam cū cauſæ cognitione, videtur eſſe diſpenſatū ſuper infa-
mia,ſecundū do.Iacob.quia quod iuris eſt in principali,eſt in acceſſorio.
¶ Contra prædicta opp.de l.fi.j.de gene.aboli.Sol.vt in gl.dixi,ꝙ iudex
pōt augere & minuere pœnā cum cauſæ cognitione.Quid verſetur circa
8 cauſæ cognitionē,& quæ ſunt cauſæ propter † quas pœna pōt minui vel
augeri.gloſ.quę incipit,pone exemplū:enumerat plures cauſas,quibus
pœna pōt minui ratiōe ætatis:vt l.ij.de ter.mot.l.auxiliū.ff.de mi.Alios
caſus dic vt in gl.Item adde ad gl.propter nobilitatē perſonæ.l.Pedius.
de incē.rui.nau.l.iiij.circa fi.ſ.de ſum.tri.& fi.ca.per gl.& hoc in caſib⁹,in
quibus ea minuuntur:& cauſæ,quib⁹ augētur,ſunt duæ principaliter:vt
atrocitas delicti:vt l.quędā.de pœ.Item frequētia delictorū:vt d.l.aut fa
cta.§.fi.in fi.in gl.quæ incipit,cùm enim ibi:ſequela.Intelligunt Pet.&
Cy.hic in lec.ꝙ pœna minuta quāuis cū cauſæ cognitione,nunquā con-
ſeruet famam,niſi ex tenore ſententię appareat iudicē hoc velle.Ego pu
to ꝙ ſi iudex non expreſsiſſet cauſam in ſententia,quare hoc minuiſſet,
poſſet tantum haberi recurſus ad iudicē qui declaret cauſam,ex qua dicit
ſe cauſa cognita feciſſe.Pro hoc induco primò dictū Iaco.de Arc.in l.qui
teſtamento.ff.de excu.tut.vbi tenet ꝙ ſi de cauſa aliter non apparet,iu-
dex interpretatur verba dubia ſententiæ:vt l.ab executore.ff.de appel.
Sed pro dicto Iac.induco glo.expreſſam in l.imprudentiam.ff.de euictio
nib.Franc.Tigri.

SI Poſsidoniū. Hæc lex legitur in gl.duobus modis
ſecūdum vtrāq; lec.breuiter dicit:Si
pœna eſt aucta,vel minuta,cauſa cognita, videtur ſuper inf[illegible]mia
eſſe tranſactum.h.d.¶ Opp.in criminibus,quę non ingerunt pœnā ſan-
guinis,non licet tranſigere:vt ſ.de tranſac.l.trāſigere,ergo malè dicit hic
tex.tranſigere videatur.Sol.Non eſt licita tranſactio.ſ.à partibus:ſed à iu
dice ſic,vt hic.Ita intelligit gl.ī l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.e.ti.Quæ
rit glo.vtrum ſit aliqua differentia inter relegatum,& motum ab ordine.
Dic vt in glo.j.quam vide,quæ eſt [illegible]lara,&c.

SI Poſsidoniū. Iſta lex legitur in glo.dupliciter.&
quare hoc ſit,videbitis: & ſecundū
vtrāq; lecturā.h.d.Vbi pœna eſt aucta,vel minuta cū cauſæ co-
gnitione,videtur eſſe tranſactum ſuper infamia.h.d.¶Oppo.& videtur
ꝙ ſit ſuperflua per legē præcedentē.Huius timore variata eſt lectu.legis
noſtræ.Primò legitur,ꝙ lex ſ.proxima habet locū,vbi pœna eſt dimi-
nuta cū cauſæ cognitione:hoc habeat locū vbi eſt aucta:& tunc iſta ver-
ba,relegatū,& damnatū,ponuntur impropriè.Gloſ.approbat hanc lect.
tanquam habentē vim literæ:quia iſta verba poſſunt ſtare propriè.Vn-
de tenet aliam lec.& dicit,ꝙ non eſt ſuperflua:quia lex illa præcedens lo
quitur in remoto ab ordine.hic in relegato.Prima lec.videtur adhærere
tex.ibi:quoniam ſeueritas &c.¶ Item oppo.dicitur ꝙ videtur tranſactū
ſuper infamia.Contra:tranſactio in criminibus non ingerentibus pœnā
ſanguinis non valet:vt l.tranſigere.ſ.de tranſact.Sol.ꝙ facta à parte nō:
in notarijs, & alijs ſimilibus: & in hoc videtur aliqualis opi. nā
quidā dicunt, ꝙ iſtę expenſæ ſimpliciter pertinent ad matrē.
Alij dicunt, ꝙ poſſunt repeti à pupillo, per hanc legē. & hoc
mihi placet. licet enim mater habeat neceſſe facere neceſsita-
te cauſatiua: non tñ ſibi iniungitur niſi ſola cura, nō expenſę.
2 Simile † videas in vſufructuario, cui iniungitur cura reficiēdæ
domus: non autem expenſa magna: vt l. interdū fructuarium. ff.
de dam. infec. & l. damni. §. ei cuius. eo. titu. Simile in hærede,
qui licet neceſſariò habeat facere inuentarium: tamen expēſę
computantur de hæreditate: vt l. ſcimus. §. in cōputatione. de
iure delibe. Pro hoc facit: quia mater excuſatur, ſi nō petierit
tutores filijs ſuis egētibus, & pauperibus: vt l. ij. §. ſi mater. ad
Tertul. Vnde dico, ꝙ huius generis expenſæ poſſunt repeti à
matre, ſecundùm diſtinctionem quam dicam in alijs expēſis.
circa alimenta pupilli: vt l. alimēta. j. eo. & hoc modo debetis
intelligere quod dixi ſ. l. proxi. Etiam poſſumus hanc legem
intelligere in extranea: & tunc ſi quidem fuerit ꝓteſtata, qđ
faciebat animo repetēdi, nō eſt dubium: vt l. Neſennius. ff. de
neg. geſt. Si verò non fuerit proteſtata, tunc ex qualitate per-
ſonæ pręſumeretur an fecerit amicitia paterna vel domeſtica:
3 an verò animo repetendi. ¶ Quid enim ſi aliquis † procurator
cōſueuit viuere de ſalarijs, quæ percipit ex curijs, ſi hoc fecit?
certè

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

certè præſumitur feciſſe animo repetēdi.arg.l.excepto.j.loc.
4 & quod ibi no.ſed ſi,aliàs eſſet † quidam amicus patris pupil-
li:non aliàs conſuetus eſſet in curijs:certè pręſumeretur feciſſe
affectiōe paterna:vt ſ.l.ꝓxi.& l.is qui amicitia ff.eo.¶ Quæ
5 ro,quid ſi iſte,† qui litigauit in petēdis tutoribꝰ,ſuccubuit:an
expenſas factas repetet,quas repeteret ſi obtinuiſſet. Videtur
ꝙ non:quia nō geſsit vtiliter,ſicut dicimus in defenſore:vt l.
iam tñ.§.in hac.iud.ſol.& no.j.man.l.etiam. Inn.tamen cir-
ca hoc videtur aliter dicere.de ele.c.vt præteritæ.licet ibi loqua
tur in alia materia:ſcilicet in eo qui petit cōfirmari abbatem,
a vel epiſcopū.¶ Vltimò vide hic tex.[a]huius legis in fi.q text.
videtur mirabilis:cùm cauſa erat inter iſtum gerētem negotia,
& pupillum:tamē innuit ꝙ iſta matertera,quæ eſt extranea,
admittatur ad allegandū,& ad probandū totum ſuum factū
in fauorem pupilli,ex eo quòd dicit ſe facere paratā. Aduerte,
6 †ego bene reperio,ꝙ in fauorem ſui bene admittatur tertius
ad excipiendum,& etiam ad probādū.l.ſi inſtituta.ff.de inof
fic.teſta.& videbitis;in auth.nunc ſi hæres.j.de litig.& l.Titia.
ff.ſo.mat.& l.ita tamen.§.quoties.ad Trebel.ſed ꝙ in fauorē
litigantis admittatur tertius,non reperio:& maximè mulier.
Poſſumꝰ dicere ꝙ ſpeciale eſt hic fauore minoris,vt quilibet
admittatur ad proponendū,& probandum exceptiones pro
pupillo,etiā ſi fuerit fœmina. Vel dicamus ꝙ ſicut qlibet eſt
idoneus defenſor alterius ſine mādato ſuper tota cauſa:ita po
teſt eſſe idoneus defenſor ſuper vno articulo. In eo aūt quòd
hic loquitur de matertera,& ſic de fœmina,ſpeciale eſt fauo-
re pupilli.quod nota,& tene menti.

**CONTRA IMPUBERES.** Hæc actio datur in pupillū,quatenus eſt locupletior:niſi alius eſſet gratis facturus.h.d.¶ Opp.ad prin.ſi eſt locupletior
ad negotia pupilli recurratur de neceſsitate rationis. Solu.vt
in gl.j. Item quęrit glo.quo tempore debet eſſe locupletior,
vt teneatur. Dic vt in gl.ij.¶ Quæro,de quo loquatur hæc lex,
qui fecit expenſas in petendis tutoribus. Reſpō.ꝙ poteſt in-
telligi,ꝙ loquatur de matre:& tunc aduerte in petēdis tuto-
ribus fiunt multæ expēſę. Primò,in perſona ipſius pupilli,du
cendo Roman:tunc iure poteſt petere,ſecūdum diſtinctionē
quam videbitis in l.alimenta.j.eo. Secundò in perſona ipſius
matris:& tūc illud mater nō poteſt repetere:vt dictum eſt ſ.
l.proxi.ergo debet facere de ſuo:vt l.ſuo victu.de ope.liber.
Quædā expenſę fiunt in notarijs,& ſcripturis,& ſimilibꝰ:&
iſtas expenſas puto matrem poſſe repetere,ſecūdū diſtinctio
nem formatam.ſ.l.proxi.& d.l.alimenta.nā matri iniūgitur
cura petendi tutorē:nō autem iniunguntur expenſæ. Simile in
fructuario,cui iniungitur cura reficiendi domum:nō tamē ma
gna expenſa. Simile in hęrede,qui debet facere inuentarium,
nō tñ ſuis expēſis:vt l.ſcimus.§.in cōputatione.j.de iure deli.
& apparet ex eo quia lex excuſat matrē,propter paupertatē
ipſius filij. Si enim totum deberet facere mater ſuis expēſis,ad
quid attēderetur paupertas ipſius filij:vt l.ij.ad Tertu.§.ſi ma
ter.¶ Quęro,quid ſi mater petijt quondā in tutorē,& ſuccu-
buit:an tūc repetet expēſas litis. Puto ꝙ nō,quia nō geſsit vti
liter:vt l.iam tñ.§.in hac.ff.iudi.ſolui.not.in l.etiā.j.man. In
eo tamē qui petijt cōfirmari electionem factā de pręlato,vide
Inno.de elec.c.vt pręteritæ. Mirandū videtur de tex.iſto:ex
quo habes ꝙ tertia ꝑſona in cauſa,quæ eſt inter te & me,ad-
mittitur ad probandū defenſionē meā. quod eſt mirabile:tamē
reperio hoc ꝙ tertia perſona quādoq; admittitur ad ſui vtili-
tatē:vt in auth.nūc ſi hęres,de litig.& l.ſi inſtituta.in princ.ff.
de inoffi.teſta.& l.ſi ſuſpecta.in prin.ff.de inoffi.teſt.& l. Ti
tia.j.ſol.ma.& l.ita tamē.§.quoties.ad Treb.¶ Sed quòd ad
mittatur ad vtilitatē alterius litigātis:hoc neſcio niſi hic,& for
tè eſt hic:quia ſicut quilibet poteſt venire ad defenſionē alte-
rius plenariā:ita & ſuper vno capitulo tantū,vt hic vides Mi
randū eſt tamē hic:quoniā eſt mulier iſta:& ſic non videtur ad-
mitti:vt l.alienam.ſ.de procu. Sed reſpondeo ꝙ hoc fit ſpecia
liter fauore pupilli. Vel aliter,ꝙ vbicūq; defenſio erat facto
mulieris,mulier ipſa admittitur. Ita loqtur hic. Facit j. de ꝗ-
ſtio.l.interrogari.ff.de ædi.edic.l.quęro.de prob.l.cùm pro-
batio.¶ Vltimò nota finē iſtū:multoties occurrit,ꝙ ſunt qui
dam tutores,qui omnes fructus expendūt,dicentes ſe expen
dere circa pupillum.& tunc ſi quis conſanguineus vult ꝙ illæ
expenſæ non poſsint pupillo imputari,proteſtetur tutori ꝙ
ipſe eſt facturus illas expenſas gratis:& tūc illæ expenſæ non
poterunt dicto pupillo imputari ſemper:& intelligas quòd
ſit perſona,apud quam pupillꝰ poſſet educari tutè,& ſecurè.
aliàs dicta proteſtatio poſſet annulari.

## LEX III.

**SIVE PRO FRATRE.** Quod cohęres expēdit pro cohęrede,venit in actione negotiorū geſtorum niſi ſit factū ex neceſsitate cōmunionis:quia tūc venit actione fa
mil.erciſc.h.d.¶ Nota ꝙ actio negotiorū geſtorū habet locū,
quādo geritur ex voluntate:ſecus ſi aliqua neceſsitate:vt ha
bes in l.hęredes.§.an ea.& §.idem iuris.& l.j.ff.famil.erciſ.&
in l.ſi cōmunes.ff.eo.¶ Ex iſta lege nota caſum,ꝙ ſi vni debi
tori ſucceſſerūt plures,quilibet liberatur à perſonali obliga-
tione,ſoluendo partē ſuam.quod apparet:quia ſi cogeretur ſol
uere totū,non veniret in actione negotiorū geſtorū. Iſtud ꝓ
batur expreſſum in l.ſi teſtō.§.ij.ff.de fideiuſ.¶ Contra hoc
opp.defunctus nō liberatur ſoluendo partē:vt l.tuto.§.Lu-
cius.ff.de vſur.ergo ex perſona hęredis non debet variari cō
ditio obligationis:vt l.ij.§.ex his.de verb.obli. Sol. Nō debet
variari quātum ad rem:vt liberētur hęredes ſolutiōe alterius
rei:quoniam defunctus non liberaretur:vt ibi.ſed quātū ad
modū ſoluendi,bene variatur:vt hic. De hoc habes in l.legata
rius.in prin.de leg.j.& d.l.ij.§.ex his.¶ Venio ad ver.ſine pi-
gnore.dicitur hic eandē actionē.contra.ff.fami.erciſ.l.hæredes.
§.ſi vnus. Sol.vera eſt:expone hic eandē,ſcilicet in genere,nō
in ſpecie.& ſic nota ꝙ eſt reperire actionē in genere:licet qui
dam Vltramon.dixerunt contrariū. Dixi in l.iij.in fi.ff.de ac a
qui.poſ.vbi eſt gl.ſuper verbo genus.& in l.ſi ſeruus commu
b nis Męuij.§.fi.ff.de ſtipu.ſeruo.[b]nota hanc legem &c.

**SIVE PRO FRATRE.** Quod cohęres ſoluit pro cohęrede abſque neceſsitate,repetit actiōe negotiorū geſtorū,aliàs familiæ erciſcūdę.h.d.¶ Ad euidentiā huius legis
eſt ſciendū,& notatur ex prin.ꝙ ſi ſint plures cohęredes,qli-
bet ſoluendo partem ſuam liberatur:licet defunctus nō libe
retur ſolutiōe partis:& ſic videtur ꝙ ex perſona hęredis mu-
tetur cōditio obligationis.quod dic plenè de ver.oblig.l.ij.§.
ex his. Ad ſecūdam partem opp.de l.ſi cōmunes.ff.eo.& l.hę
redes.§.ſi vnus.ff.fami.erciſ. Sol.expone,eandem actionē;ſci
licet in genere,& ſic eſt dare actionē in genere,licet Vltran.
contra. Simile no.in l.ſi ſeruus communis Męuij.§.fi.ff.de ſti b
pu.ſer.vt dixi plenè.

**QVI PVPILLÆ.** Mandatū geſtoris,nō impedit hāc actionē oriri inter dominū & gerentē h.d.¶ Nota hanc legē,ꝙ c
licet geram negotia pupilli ex mandato tutoris,
eſt neceſſe ꝙ geram negotia pupilli cōtemplatione pupilli:vt
actio negotiorū geſtorū ſit inter pupillū & me. De hoc opti-
mè in l.ſi mandatum.j.eo.& ibi dicam.quod facit pro forma-
tione libelli,vtrum ſit neceſſe apponere in libello,quòd geſſe
ris eius contemplatione:& hoc probare.quod nota &c.

**QVI PVPILLÆ.** Mandatum tutoris nō impedit hāc actionē dari pupillo.h.d.¶ Opp.ꝙ debeat dari actio mādati. Sol.
Hic mandauit tutor,non pupillus.& intelligas ꝙ
tutor mandauit negotia gerenda tāquam ſua,hoc eſt,pertinē
tia ad ipſum tutorem cura,& ſolicitudine,ſi eum feciſſet pro-
curator conſentiente pupillo,ſecundùm formam l.neq;.ſ.de
procu.habetur actio mandati. Barto.

**OFFICIO.** Quod quis facit ex neceſsitate obſequij debiti,in hac actione non venit.
hoc dicit lex iſta.

**CVRATOREM.** Si officium iniunctum non arctat gerentem,pro geſtis competit actio negotiorū geſtorum.h.d.¶ Opp.de
l.de creationibus.ſ.de epiſ.audi. Solu. Adulto curator in te-
ſtamento non poteſt dari,vt hic:ſed furioſo bene poteſt da-
ri,vt lege contraria.

**SI AB EO.** Pro ea parte,pro qua debitor creditori ſuccedit,extinguitur actio:pro reliquis
firma remanet &c.

**ADVERSVS.** Actio negotiorum geſtorū non tollitur pręſcriptione longi tem
poris.hoc dicit &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Ratihabitio,quando mandato æquiparetur.
2 Actio negotiorum geſtorum vnde oriatur.
3 Actio negotiorum geſtorum quando oriatur.

c **SI PECVNIAM.** [c] In hac lege tractamꝰ aliā materiam:de negotijs geſtis. In negotio quod eſt noſtrū ratihabitione,hæc
actio oritur ratihabitione ſecuta.h.d.¶ Oppo.& videtur ꝙ
ratihabitio nihil operetur:vt l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.eod.
Solu. Hic exigitur nomine meo:meritò poteſt haberi ratum:

a POMATES.
¶ Vide hic text. Et
eſt cōmunis intelle
ctus,ſecundū Ale-
xan. in l.diuortio.
in ij.col.verſ.iuxta
hoc ff.ſol.mat.vi-
de Bart.conſil.xv.
col.iiij.vol.j. Ale-
xan.in l.ille à quo.
§.ſi de teſtamento.
col.j.ff.ad Trebel.
& Iaſ.i l.videamꝰ.
col.ij.ff.de i lit.iur.

b POMATES.
¶ Stipu.ſer. Similis
eſt ad hoc glo.ſoli-
taria in l.fina.ff.de
magiſt.conue.

c ¶ Si pecuniam. Et
ſalua tex.qui dicit,
pecuniā tuam.non
eſt neceſſe exponi
tibi debitam:quia
poteſt intelligi ꝙ
pecunia erat depo-
ſita,vel cōmodata,
& ſtat ꝓpriè:quia
dominiū nō trāſit.
An aūt iſto modo
poterit pecunia cō
modari:eſt text.in
l.iij.§.fi.cū l.ſeq.ff.
cōmo.eſt enim dif
ferentia inter ſuū,
& debitum:vt no.
gl.ſuper verbo,de
bitum in cle.audi-
tor.de reſcri.And.
Barba.

aliàs ſecus: vt in cõtrario, niſi in ſubſidium: vt l. mater. j. de rei a
vendi. & ibi videbitis. ¶ Opp. quod exactio tertij nõ præiudicet
creditori: vt l. ſi Stichũ. in fi. de noua. Sol. Non prȩiudicat, niſi
prȩcedat mãdatũ, vel ſequatur ratihabitio. ¶ Itẽ opponitur,
1 †ratihabitio mandato cõparatur: vt l. ſemper qui non prohi-
bet. ff. de reg. iur. & in c. ratihabitionẽ. de reg. iur. lib. vj. & l.
fi. j. ad Macc. ergo debet oriri actio mandati, nõ negotiorũ ge
ſtorũ. Gl. ponit hic plures ſolu. quarum tres poſſunt eſſe ve-
ræ. Et ideo dicas ſic: Quandoq; ratum habetur negotium ge
ſtum à prȩſente: & tunc ratihabitio comparatur mandato, &
oritur actio mandati: vt l. qui patitur. & l. ſi remunerãdi. §. ſi
paſſus. ff. manda. Quandoq; habetur ratum negotium geſtũ
pro abſente: tunc ſi quidem mãdatum prȩceſsit, licet non fue
rit acceptatum à mãdatario: tunc tamẽ ſi poſtea quis gerat, ſe
cuta ratihabitione oritur actio mandati: vt d. l. ſemper. & hic
in dicta ſecũda ſolutione. Si nullum mandatum prȩceſsit, tũc
oritur actio negotiorũ geſtorũ, vt hic in tex. & l. ſi pupilli. §.
item quȩritur. ff. e. Nec obſtant regulæ cõtrariæ: quia ratiha
bitio comparatur mandato: nõ tamen quo ad omnia. Ita hic
glo. ſentit. Tangitur per Cy. in c. ratihabitionẽ. de reg. iu. lib.
vj. ¶ Pro declaratiõe huius legis ſunt videnda duo, quȩ hic tã-
2 guntur in gl. Primò, vnde oritur †actio negotiorũ geſtorum.
Secundò, eſt videndũ quãdo oritur. Glo. noſtræ videntur di-
cere quod ex tribus generibus negotiorum, ſcilicet quãdo nego-
tium eſt noſtrũ re ipſa, ipſo geſtu, cura, & ſolicitudine, oritur
ex ipſa geſtione actio: ſed quãdo negotium eſt noſtrũ ratiha
bitione, tũc oritur actio ex ratihabitione. Ita videt velle gl.
hȩc ibi: item quartò. Et ita videtur gl. in l. ſi pupillus. §. itẽ quȩ
ritur. ff. e. Dy. in dictis primis generibus videtur dicere quod orit
ex negotiorũ geſtione & ratihabitiõe, tacita, vel expreſſa: vt
l. Pomponius ſcribit. ff. eo. In negotio, quod eſt noſtrũ ratiha
bitione, cõcordat cum gl. Breuiter in dictis primis generibus
oritur actio ex ipſa geſtione, ſeu ex ipſo negotio geſto: & pro
eodem accipio. Nec eſt verum quod dicit Dy. quod requiritur ra
tihabitio tacita, vel expreſſa. Nam furioſus nõ poteſt habere
ratum tacitè, vel expreſsè: vt l. qui ad certũ. ff. loca. & l. certè.
ff. de preca. & tamẽ ſi quis gerat negotia furioſi, oritur ſibi. &
contra eum actio negotiorũ geſtorũ: vt l. iij. §. & ſi furioſi. ff.
eo. ¶ In quarto genere, quando originaliter negotium eſt no
ſtrum ratihabitione: fuit opi. inter gl. in d. l. ſi pupilli. §. itẽ quȩ-
ritur. Vltramon. tenẽt opi. contra gl. noſtram, quod oritur ex ne
gotio geſto, non ex ratihabitione: ſicut dicimus in ſimili in l.
ex placito. j. de rerũ permu. Iac. But. tenebat ſimilem opi. etiã
contra glo. & bene, iudicio meo, per tex. in l. ſi pupilli. §. item
quæritur. ff. eo. vbi dicit tex. ratihabitio, inquit, negotiũ no-
ſtrũ facit. Aduerte ergo, quod ratihabitio diſponit ſuper ipſo nego
tio: & negotium, quod aliàs non erat noſtrum, per ratihabi-
tionẽ efficitur noſtrũ: nõ aũt diſponit ſuper actione naſcenda
ex geſtione ſeu nego. geſt. Ex ipſo ergo negotio, quemadmo
dũ eſt meum, per ratihabitionẽ oritur actio, non ex ratihabi-
tione: aliàs proprius diceret actio ratihabitionis quã actio ne-
gotiorũ geſto. quod nunquã eſt repertum: & licet iſtud ſit de
apicibus iuris: tamẽ eſſet vtile ad practicam. Vos ſcitis, quod quis
poteſt conueniri in loco cõtractus. vel quaſi cõtractus: modò
ego geſsi negotium tuum in ciuitate iſta: tu habuiſti ratũ in ci
uitate Florẽtiȩ: ſi actio oritur ex negotiorũ geſtione, apparet
quod quaſi cõtractus eſt celebratus hic: & hic poteſt cõueniri. Si
ex ratihabitione oritur: tunc poſsit agi in ciuitate Florentiæ,
vbi quaſi ille cõtractus eſt celebratus ex ratihabitione ibi ſe-
3 cuta. ¶ Vidimus vnde oritur: quæro †quãdo oritur iſta actio
negotiorum geſtorum. Breuiter in tribus primis generibus ne
gotiorũ, oritur actio ſtatim cũ geritur. Ita no. in l. nam & Ser
uius. ff. eod. & bene. In negotio geſto quod eſt noſtrum rati-
habitione oritur ratihabitiõe ſecuta: licet oriatur ex negotio
antè geſto: vt hic, & d. l. ſi pupilli. §. item quȩritur. ff. eo. Nec
obſtat l. diſpenſatorem. in fi. ff. de ſolu. vt ibi dixi. Licet aũt
hoc ſit verũ in actione negotiorũ geſtorum, vt oriatur actio il
la, tunc cũm geritur: tamen hoc non eſt verum, quando nego
tium geritur ex officio tutelæ, vel ex officio ſocietatis: quia tũc
oritur demum finita tutela, vel ſocietate: vt gloſ. dicit hic, & c
bene: vt l. ſi tutor. ff. de tute. & rat. diſtra. &c.

SI ſeruum. Quod expenditur in curando ſeruum vtilem, à domino hac actione repetatur. h. d. ¶ Quærit gl. quid ſi iſte ſeruus erat inutilis. Dic vt in glo. &c.

*SVMMARIVM.*

1 Mater quando poſſit alimenta repetere facta filio.
2 Proteſtatio declaratoria voluntatis, non habet effectũ in his, quæ ex voluntate noſtra non dependent.

a ¶ Alimenta. Quando patruus, vel frater prȩſtat alimẽta ſorori diuiti, poterit repetere, vel imputare: vide domi. Pet. in cõſ. ccxviij. Andre. Barba.

POMATES.

b ¶ L. neſennius. Hoc declarat vt per Arc. cõſil. cl. col. ij. in ſimili Alexan. cõſil. xcix. col. fi. volu. ij. vbi ponit, an expẽſæ pro aliquo redimendo, maximè à fratre, poſſint repeti. & vide etiam Bald. conſil. l. in v. parte.

P. P A V. P.

c ¶ Quod in vxorẽ. Iſtud procedit ſolùm in expenſa facta pro vxore infirma: ſecus pro ſana. vide Alex. in l. Mula. §. vſura. in ij. col. ff. ſol. mat.

a ALimenta. [a] Quod mater expendit circa perſonã filij, in dubio nõ videtur facere animo repetendi: ſecus in eo quod expẽdit circa res. h. d. Et habet hæc lex duas partes: vt pa-
tet ex litera. Habetis duas gl. Vna ponit materiã, alia ponit
vnũ dubium. ¶ Opp. ad prin. de l. Neſennius. ff. eo. Sol. ibi ma
ter fuit proteſtata, quod faciebat animo repetẽdi: hic nõ. ¶ Opp.
ſecundò j. de pat. pot. l. nec filium. Sol. Ibi loquit de expenſis,
quas mater tenebatur facere de neceſsitate præciſa: quia erat
infans, vel fœmina intra trienniũ, vnde mater debebat eũ la-
1 ctare, &c. Ideo pro declaratione† huius legis debetis ſcire quod
quãq; mater expendit circa perſonam filij de neceſsitate præ-
ciſa: vt quia filius eſt intra triennium: vel quia filius nõ habet
aliàs vnde viuat: vel quia matrimonium eſt ſolutũ diuortio
eius culpa: & onus filiorum ſpectat ad matrem: vt l. nec filiũ.
j. de pat. poteſt. & l. ſi quis à liberis. §. ſiue parẽs. ff. de lib. agn.
& j. de diuor. fac. apud quem libe. edu. l. j. & aut. ibi poſita. Iſto
caſu mater non habet repetitionem, etiã ſi fuerit proteſtata quod
faceret animo repetendi: vt in glo. tua hic dicit, & bene. Quãq;
expendit de neceſsitate cauſatiua, vt in petẽdo tutores: & tũc
admittitur. ſic dixi ſ. eo. l. j. & ij. Quandoq; expendit ex volũ
tate: & tunc aut onus alimentãdi filium ſpectabat ad aliũ, vt
puta ad patrem: & tũc mulier poterit repetere ab ipſo patre:
b vt l. Neſennius. [b] ff. eo. ibi: finge patrem peregre obijſſe. & l. ſi
quis à liberis. §. ſi mater. ff. de libe. agno. &c. Ab ipſo verò fi-
lio non poterit repetere, etiam ſi fuerit proteſtata: quia aliud
erat factura: vt ſ. eo. l. ij. Et iſtud tenet etiam hic gl. quã vide,
& poſtea faciã te notare: & nota ibi: & hoc etiã ſi fuerit pro-
2 teſtata. Ex quo nota quod † iſta proteſtatio declaratoria volũta-
tis nullũ habet effectum in his quæ ex voluntate noſtra non
dependent, ſed ſunt deciſa, & determinata per legẽ. Quãdoq;
onus alimentandi ſpectat ad ipſum filiũ: tunc ſi quidẽ mater
gerebat alia negotia filij, in dubio videtur expẽdiſſe de bonis
filij: vt l. Neſennius. ff. eo. Si negotia filij non gerebat, in du-
bio videtur facere animo nõ repetendi: vt hic, in prin. niſi fue
rit proteſtata: vt d. l. Neſennius. ita debes intelligere hãc ma-
teriã. Et iſtud idẽ quod dico de matre, habet locum in auia. Ita di
cit gl. in l. Neſennius. ff. eo. ¶ Venio ad ſecundam partem: hic
dicitur, repetendi animo feciſſe oſtenderis. Quȩro, quãdo hoc
oſtendetur. Gl. dicit, & bene, eo ipſo quòd non probatur con
trarium, præſumitur feciſſe animo repetendi in expenſis, quȩ
ſunt factæ circa res, &c.

SI filius. Si ſoluit filius pro patre animo repetendi, poteſt repetere. h. d. Quȩro, quid in dubio, vtrum prȩſumatur facere animo donandi in dubio, vel animo repetendi. Io. hic di-
cit quod animo donandi in dubio. Vide glo. ſed mihi videtur quod
hæc lex dicat cõtrarium, quod in dubio non præſumatur animo
donãdi. Nam primò dicit, quod ita demum non repetit, ſi habuit
animum donandi. Secundò dicit, quod ſi ſoluit pro patre gerẽdo
negotium ſimpliciter, nec apparet vtrum animo donãdi, vel
non donãdi: quòd poteſt repetere: quia prȩſumitur feciſſe ani
mo repetendi. Et vide tex. qui manifeſtè hoc dicit. hoc etiam
probatur ſ. l. proxi. in ſimili. nam non præſumitur expẽdiſſe
animo donandi niſi in his quæ fiunt circa perſonam: vt ſ. pro
ximè vidiſtis. Hoc autem eſſet clarum, ſi poneremus filiũ geſ
ſiſſe ex neceſsitate: puta, quia pro patre fideiuſſerat, vel eius fi
deiuſſores ſuſceperat: quia tunc non videtur ſoluere animo
donãdi: vt ff. fami. erciſ. l. hæredes. §. ſi filiuſfa. & l. ſi dubitet.
§. filius. ff. de fideiuſ. ¶ Quæro, de quo ſoluit hic filius pro pa
tre. Certè ſi intelligas de peculio profectitio, non eſt locus di-
ſtinctioni huius legis: quia cũm cauſa pertineat ad patrem, &
etiam ad cohȩredes, non poſſent repeti: vt j. fami. erc. l. certũ.
ſi loquimur de peculio aduentitio, poteſt hæc lex procedere ſe-
cundùm iura hodierna, vt poſsit filius repetere à cohȩredibus,
vel etiam ab ipſo patre, in caſibus, in quibus ſibi nõ quæritur
vſuſfructus. Si ponis quòd ſoluit de peculio caſtrẽſi, vel quaſi:
procedet ſine ſcrupulo: quia in eo habetur vt paterfamilias: vt
l. ij. ff. ad Macedo. &c.

c QVod in vxorem. [c] Expẽſȩ in curãdo vxorem factæ nõ repetũtur. ſecus in expenſis funeris eiuſdem. h. d. ¶ Quȩro, quid ſi vir fuerit proteſtatus quod
illas expenſas faciebat animo repetẽdi, vtrũ poſsit repetere.
Videtur quod ſic: vt l. Neſennius. ff. eo. Et pro huius quæſtionis
declaratione, habemus videre vtrum maritus teneatur de ne-
1 ceſsitate expẽdere in vxorem ægram † vel nõ: quia ſi tenetur,
licet proteſtaretur, non repetet: vt l. habuiſtis no. ſ. eo. l. alimẽ
ta. Debes ergo ſcire, quod quandoq; eſt talis infirmitas, per quã
vxor non prohibetur eſſe in obſequio viri: tũc ſine dubio de-
bet eam

bet eam alere,& curare.argu.l.in rebus.§.poſſunt.ff.commo.
de opc.liber.lege,ſicut.coniuncta lege,verbo,victus.de ver-
bo.ſigni.& tunc proteſtatio nihil operatur.Quandoq; mu-
lier propter infirmitatē ꝓhibetur eſſe in ſeruitio viri,abſq;
a ſua culpa:[a] tunc ſi quidē eſt dotata vir debet facere expenſas
in curādo eam,ſcdm quantitatē dotis:vt l.ſi cū dotē.§.ſinaūt
ff.ſol.mat.Et quantū ad illud nil operareᷓ proteſtatio in con
trarium.In eo verò quod excedetur quātitas dotis:dic vt ibi
dicam infrà quando non erat dotata.Si verò mulier non erat
dotata ſi quidē habebat aliūde vnde poſſet curari,vel ſuperat
pater,qui ad hoc tenetur:tunc maritus non tenetur eam ex-
pendere:& tunc habet locum lex iſta, quòd expenſa ſimpli-
citer facta videtur facta affectiōe maritali.ſed. ſi eſſet ꝓteſta
tus,poſſet repetere,arg.l.Neſennius.ff.eodem.l.& ꝙ ſi nulla.
ff.de reli.Si verò nullus aliꝰ erat,ad quē ſpectaret,nec ipſa ali
unde habebat:tūc maritꝰ ipſe neceſſe habet facere:vt dicta l.
ꝙ ſi nulla.& j.vnde vir,& vxor.autᷓ.pręterea.& tūc proteſta-
tio nil operaretur.aliàs autē qn̄ vir teneaᷓ alere vxorē,tangit
Dy.in dicto §.ſinautem in ſæuiſsimo.& Cy.hic.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Actio negotiorum geſtorum.vt competat mulieri,vel cō
tra eam,quid requiratur.
2 Libellus in actione negotiorū geſtorū,quid cōtinere debeat.

**SI mandatum.** Mādatum mariti nō impedit hāc actionē dari inter gerētem & mulierem.h.d.Primò expe diam ſecundam gloſ.poſtea reuertar ad primam. Opponi.niſi interuenerit mandatum,non habet locum hæc actio.Inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi contractu.§.j.Sol.Hic nō interuenit mandatum inter gerentem,& vxorem:ſed inter maritū & gerentem.¶Item opponitur de l.ſi mandauero.§.ſi curator.ff.mandati.Gloſ.ſoluit optimè.Dic vt in glo.
1 ¶Venio ad gl.primā:†quęro vtrū ad hoc,vt negotiorum ge
ſtorum competat mulieri,vel contra eam,ſit neceſſe vt eius
contemplatione ſit geſtum,Io.dicit ꝙ ſic.Gloſ.videtur con-
tra.& vide gl.j.& iſta opi.Ioan.eſt contra hanc legem de di-
recto in principio,vbi dicit,ſi mandatum ſolius mariti ſequi
tur ergo apparet ꝙ non fuit contemplatione vxoris:ſed ſo-
lum cōtemplatione viri mandantis.¶Et ideo pro declaratiōe
huius paſſus debetis ſcire quòd quandoq; quis gerit negotia
alterius,& non habet animum obligandi aliquem:quia fortè
putat negotium eſſe ſuum,vel pro ſe factum:tunc iſta actio
non oritur,ſed habet locum retētio:vt l.ſi in area.de conditio
ne indebi.Fallit in poſſeſſore hęreditatis:vt l.ſi pœnę.§.j.&
l.repetitio.de condictione indebi.¶Quandoq; habet animū
obligandi alium:tunc ſi quidem ille eſt dominus,ad quē ſpe-
ctat principaliter negotium,nō eſt dubium quòd habet locū
hęc actio:vt in toto titulo iſto hic,& ff.Si verò non eſt domi
nus:ſi quidem ad eum pertinebat negotium,quod geritur cu
ra vel ſolicitudine ſolum:hoc non impedit quin actio nego-
tiorū geſtorū oriatur cōtra verum dominū,licet eius cōtēpla-
tiōe nō ſit geſtū:vt ſ.eo.l.qui pupillæ.& l.ſi pupilli.in prin.ff.
eo.Si verò ad eū cuiꝰ cōtēplatione gerebaᷓ,non pertinebat cu
ra,& ſolicitudo:tunc ſi quidem ad eū poterat quoquo modo
ꝑtinere,actio negotio.geſto.nō dabitur cōtra verum dn̄m vt
l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.eo.niſi negotiū fuerit geſtū nomine
ſerui vel filij,qui habebāt peculiū:vnde ad eos pertinebat,&
poterāt obligari ſaltē naturaliter.Si verò nullo modo perti-
nebat ad eū cuius cōtēplatione gerīᷓ:& tunc oritur iſta actio
contra verum dominum,cuius contemplatione nō eſt geſtū:
vt l.item ſi cum putauit.§.ſi.ff.eodem.& hoc modo debet in
2 telligi hæc materia.Ex prædictis † habes videre,vtrū ſit ne-
ceſſe in libello,vel in articulo poni,vtrum negotiū fuerit ge
ſtum contemplatione eius,contra quem agitur vel vtrū ille
contra quem agitur geſſerit contemplatione agentis.¶Sed
quæro in caſibus in quibus hoc debet probari quòd alteriꝰ cō
templatione ſit geſtum:qualiter hoc probabitur.Reſpondeo
ſufficit ꝙ gerens ſciat negotium ad eum pertinere:quia in du
bio videtur gerere eius contemplatione:vt l.ex maleficijs.§.j.
ff.de actio.& obligati.Inſtit.de obligationi.quę ex quaſi cō-
tractu.§.j.¶Quęro,& redeo ad gloſſam vlti.hic poſitā vtrū
inter maritum,& vxorem in caſu huius legis habeat locum
actio negotiorum geſtorum.Certè ſic.nam maritus videtur
geſſiſſe per alium:vt l.nam & Seruius.§.fin.ff.eo.&c.

b **SI paterno.** [b]Expenſæ factæ circa perſonam priuigni,non repetūtur niſi fuerint factę animo repetendi.h.d.¶Quęro quando quis debet probare animo repetendi ſe feciſſe quia eſt præſumptio contra eum:qualiter hoc probabit? Dicunt quidam,quòd probabitur ex proteſtatione:vt l.Neſennius.ff.eo.Poteſt etiam probari & alio modo,dicit gl.& nihil plus dicit.quomodo erit hoc alio modo?Certè pōt intelligi directè:vt puta,quia quando expendebat,faciebat librū rationum,in quo cōtinebatur:talis tenetur mihi in tm̄,quod pro eo expendi:vt d.l.Neſennius.Poteſt etiam probari ex cōiecturis,quæ ſumuntur ex qualitate perſonę faciētis,vt dixi in l.ij.ſ.eo.Item ex qualitate perſonę eius,pro quo fit,vt diſtinguamus,an illa erat in ſeruitio in domo vitrici,aut nō.quę diſtinctio eſt valde notabilis:& vide gl.quod tene mēti.¶Vltimò quæro,in quibus ceſſat iſta actio negotiorum geſtorū? Glo.hic enumerat.& vide eam &c.

**SI negotium.** Expēſæ factę pro rebus ſororis,repetuntur hac actione,vel mandati,ſi interceſsit.h.d.Quærit hic glo.vtrum ſit differentia inter rogare,& mādare. Certe nulla eſt differentia:vt l.j.§.ſi.ff.man.&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Directa actio nego.geſtorum quare dicatur directa.
2 Actio quando diſtinguatur per actionem directam,& cōtra-
riam,& quomodo.
3 Actio quando dicatur directa reſpectu vtilis.
4 Interdictum vnde vi,licet loquatur in ædibus,tamen habet
etiam locum in fundo.
5 Actio directa,quando habeat locum.& quando vtilis.
6 Actio dicitur vtilis reſpectu directæ.quæ cōpetit eodē caſu.
Item reſpectu directæ,quæ alio caſu competit.
7 Cedens quando poſsit ſolutionem recipere,& debitorem li-
berare.
8 In actione negotiorum geſtorum contra hęredes,quando ve
nit dolus,& lata culpa.
9 Hæres geſtoris neceſſarij,vel voluntarij,quando teneatur in
minus quàm defunctus.
10 Hæres geſtoris an teneatur de leui culpa ſuſpiſius.

**CVratoris.** Cōtra hęredes geſtoris ex neceſsitate daᷓ hęc actio vtilis, in qua venit dolus,& lata culpa:& hoc officiū ad hęredes nō trāſit.h.d.¶Pro declaratiōe iſtius materię,primò habemus videre differētiam inter actionē vtilē,
& directam.Et ad hoc declarandum eſt,facta prima,& ſecun
da gl.huius legis.Et gl.noſtra pro huius declaratione primò
vult videre,vt ſciamus quid eſt dictū,directa.Secūdò,vt ſcia
1 mus quid eſt dictum vtilis directa.†Dicit gl.dicitur diuerſis
reſpectibus.Vno modo directa dicitur reſpectu cōtrariæ:vt
ſ.eo.l.ſi mandatū.Alio modo dicitur directa reſpectu vtilis:
2 & ita aſſumitur hic.†Et primum quādo actiones diſtingua
ᷓ per actionem directam,& contrariam.Ponit hic gl.& clarius
in l.conſenſu.de actio.& obli.tamen in aliquibus deficit.ideo
dic,ꝙ quandoq; eſt aliquis contractus,in quo nō variatur no
men contractus,nec nomen contrahentium,vt in cōtractu ſo
cietatis:tunc ex vtraq; parte actio eſt directa,nec diſtinguiᷓ
inter directam,& contrariam,vt in ti.pro ſocio.ff.& C.& In
ſti.eo.Quandoq; variatur nomen contractus,& cōtrahentiū:
vt in emptione,& venditione,locatione.& cōductiōe:& hoc
caſu nō diſtinguitur actio per directam & contrariam:ſed cui
libet compęit ex nomine ſuo:vt mihi ex empto,tibi ex vēdi
to:& mihi ex locato,tibi ex conducto.Quandoq; variaᷓ no-
men contrahentium ſeu quaſi:nō aūt variatur nomen cōtra-
ctus,vel quaſi.Iſto caſu qn̄q; iſta variatio cōtingit:quia nomē
deſcendit à nomine:vt mandans & mandatarius:deponēs &
depoſitarius: commodans & commodatarius:& his ſimiles:
tunc variatur actio inter actionem directam,& contrariā.nā
directa competit ei,qui habet nomen proprium.Cōtraria ei,
qui habet nomen deriuatum:vt ſ.eo.l.ſi mandatum.& in to
to ti.ff.depo.ff.commo.ff.manda.& C.Qn̄q; variatur nomē
cōtrahentium,vel quaſi,& nomen non deſcēdit à nomine,&
nō variatur ſenſus cōtractus vel quaſi,vt in cōtractu pignoris
vnꝰ vocatur creditor,alter debitor:ſed ex vtraq; parte iſte cō
tractus vocatur pignus.Idem in negotio geſto,vnus vocatur
gerens,alter dn̄s:& tamen ex vtraq; parte vnus dicitur quaſi
contractus,ſcilicet negotiorum geſtio:tamen iſta actio diui-
ditur inter actionem contrariam,& directam,directa compe
tit ei,ad quē res pertinet:contraria cōpetit alteri:vt ff.de pig.
act.l.tutor.§.contrariam.& per totum tit.C.& ff.eod.& iſtis
caſibus,tam directa,quā cōtraria,diciᷓ directa reſpectu vtilis:
3 de qua dicam j.¶Secundò eſt videndū,quando† dicitur dire-
cta reſpectu vtilis,& hic aduerte:Directa,& vtilis,diciᷓ diuer
ſimode.Vno modo dicitur vtilis reſpectu directæ,q̄ alijs ca-
ſibus competit,nō in iſto de quo loquitur.& hoc proſequiᷓ
gl.noſtra hic.Alio modo dicitur vtilis reſpectu directę,quæ
eodem caſu competit.& iſtud gloſ.non proſequitur hic.Di-

a ¶Sua culpa.Adde latè de hoc ꝑ Ro.conſi.cccccvij.Abba.conſi.lxxxv.& quæ poſui in l.diuortio.§.ſi vir.ff.ſolu.matrimo.

b ¶Si paterno.Adde Lud.Roma.in cōſ.cclij.pro his quæ hic dicuntur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eo primò dicitur vtilis reſpectu directę: quia alio caſu compe
tit. Ponit gl. exemplū, quādo vno caſu habent locum verba,
& mēs legis: tūc habet locū directa. quādo in alio caſu, habet
locū mens legis, & nō verba: tūc habet locū vtilis. Probat gl.
ff. eo. l. iij. in prin. & §. ſed & ſi quid. vbi edictū ꝓtoris loqtur
de eo q gerit negotia domini viuētis, vel negotia quæ fuerūt
mortui. §. ſed & ſi quid. prętor loquitur de eo qui gerit nego
tia, quæ nō ſunt viuētis, nec fuerūt mortui: vnde cùm deficiāt
verba, habet locum vtilis. ¶ Item pōt poni exemplū hoc edi-
ctum de negotijs geſtis habet locū in eo qui gerit ſpōte: in eo
qui gerit coactè, nō habent locū verba, ſed mēs: ideo habet lo
cum vtilis, vt hic: & vide gl. in princi. ¶ Iſtud dictum glo. re-
prehendit per doct. nam vbicūq; habet locū mens legis, tunc
orit directa, licet verba deficiāt. Vidiſtis expreſſum in l. j. ff.
4 vti poſsi. aliàs j. vti poſside. vbi † licet interdictū loquatur de
ædibus: tamen habet locū in fundo directū. Probatur in l. nō
dubiū. ſ. de leg. eſt tex. in l. nominis & rei. §. verbū. ff. de verb.
5 ſigni. & in l. iij. in fi. & l. ſeq. ff. de legi. tuto. Dicendū † eſt ergo
aliter ſecundū doct. Actio directa tūc habet locū, quando ha-
bent locū verba, & mens legis, vel mens tantùm: vt dictis le
gibus. Actio vtilis habet locū, quando nō habent locū verba,
nec mens legis: ſed per Iuriſconſultū illa lex extendit ꝓpter
idētitatem, vel ſimilitudinē rationis: vt l. pe. ff. ſi quadru. pau-
pe. feciſ. dica. ita loquit hic. Nā edictū de negotijs geſtis loquit
de gerente ſponte: nec ibi verba, nec mens prætoris, fuit de ge
rente neceſſario, ſed per Iuriſconſultū ad ipſum extenditur:
ideo tūc habet locū vtilis. Ita debetis intelligere hāc materiā.
¶ Item debetis ſcire, dicit gl. ꝙ iſta variatio qñq; conſiſtit in
perſona actoris: quādoq; in perſona rei. In perſona actoris fit
variatio per nomina, vt directa, & vtilis: in pſona rei fit varia
tio per aduerbia, vt directè, & vtiliter. Ideo ſi aliqs gerit ſpon
te, ipſe habet actionem negotiorū geſtorū directā: ſi gerit co-
actè habet vtilē. ſi gerit negotia domini, vel mortui, habet di
rectò directā: ſi neutrū horū fuerit, habet vtiliter directam di
cit gl. & ſic poteſt eſſe ꝙ habet locum directa directò, & dire-
cta vtiliter: vtilis directò & vtilis vtiliter. Et idem gl. dicit in
rei vendicatione, in petitiōe hæreditatis. Et idem no. ff. de rei
vēdi. ſuper rubrica. Doctores Vltramonta. contra. & dicūt ve
ritatem, iudicio meo. Iſta diſtinctio nominum, & aduerbiorū
eſt diſtinctio magiſtralis, quæ lege nō reperitur: quinimo nec
eſt bona diſtinctio. nam iſtæ diſtinctiones habēt ſua principa.
vnum ex parte actoris: aliud ex parte rei. Et ſi qđ iſtorum de-
ficit, non pōt dici directa, ſed dicitur vtilis. vnde falſum eſt, ꝙ
dicamus directam vtiliter. poſito enim ꝙ ego ſim dominus, ſi
ex perſona conuenti non poteſt habere locum vēdicatio, vel
hęreditatis petitio, vel iſta actio directa, dicetur tota actio vti
lis. Caſus eſt ff. de noxa. l. electio. §. j. ¶ Secūdo modo dixi, ꝙ
6 dicebat vtilis reſpectu † directę, quę competit eodē caſu, vt di
recta cōpetit cedenti, vtilis ceſsionario: eodē caſu directa hę-
redi, vtilis fideicōmiſſario. vel directa procuratori, vtilis dño:
vt in l. cauſæ. in fi. ff. de procu. Et differūt iſtæ actiones vtiles
inter ſe: quia vtilis de qua loquor, ſi cedat, nihil remanet apud
cedentē: quia ſolùm illam vtilem habebat: vt j. de hæred. vel
actio. vendi. l. emptor. & l. ex aſſe. & ibi no. ad Trebel. & eſt
tex. in l. j. §. de illo. eo. ti. Alia verò vtilis, de qua ſupra dixi, ꝗ
dicitur reſpectu directæ, quæ alio caſu competit, licet in aliū
transferatur: tamen remanet apud cedentē: & ſic poterit dici
directa, reſpectu vtilis, quæ competit ceſsionario. Exemplū
in bonorū poſſeſſore, de iure prętorio, qui reſtituit hæredita
tem. nā apud eum remanet vtilis de iure prætorio. in fideicō-
miſſarium tranſit vtilis per Trebel. vt l. j. §. bonorum. ff. ad
Trebel. & l. recuſare. §. j. eo. tit. Ita intelligo hic, ſi minor ce-
deret actionem vtilem contra curatorem, etiam apud eum re
manet, argu. dictorum iurium. ¶ Iſtud eſt vtile ad quæſtionē
7 de facto, † nam ille qui cedit propter virtutem directę quę re
manet apud eum, poteſt ſolutionem recipere, & debitorē libe
rare: niſi in certis caſibus, qui ponuntur in l. iij. j. de noua. ſed ſi
apud eū nihil remaneret, tūc ſecus. & iſta ſunt ſubtilia, & mē
ti tenenda. ¶ Sumus expediti de duabus primis glo. & dicitur
8 hic, ꝙ contra hęredes in hac actione, † non venit niſi dolus, &
lata culpa. ¶ Opp. ad hoc j. de hære. tut. l. j. ij. & iij. Sol. Fateor
ꝙ nō venit niſi dolus, & lata culpa. Fallit in tribus caſibus, q
ponuntur in legibus cōtrarijs. ¶ Opp. j. arbi. tute. l. quicquid.
& j. eo. l. tutori. Sol. Fateor, ꝙ ipſe curator tenetur de dolo, &
lata culpa, & leui: ſed hęredes eius nō tenētur, niſi de dolo, &
9 lata culpa. Fallit in tribus caſibus, quos ſ. dixi. ¶ † Quęro, cir-
ca iſtam partē, de duabus quęſtionibus. Primò vtrū hoc ſit ve
rum in hęrede geſtoris voluntario, ſicut hic in hærede geſto-
ris neceſſario, vt teneatur in minꝰ hęres, quā defunctꝰ. Gl. hic
dicit ꝙ non, imò dicit ꝙ in volūtario geſtore in tantum tenet
hęres, in quantum defunctus. Idem no. in l. acti. ff. eo. Cōtra-
rium no. ff. eo. l. iij. §. hæc actio. & ff. de actio. & obl. l. ex depo
ſiti. cōmuniter omnes tenent gl. hic poſitā, & ſimiles: quia in
geſtore voluntario iſta differentia nō reperitur in aliqua lege.
¶ Quęro, iſtud eſt verū, ꝙ hæres nō tenetur niſi de dolo, & la
10 ta culpa defuncti: an teneat † de leui culpa ſuſpſius hæredis,
in eo quod ipſe geſſerit. Gl. dicit hic, ꝙ ſic. & vide gl. Cōtrariū
videtur in l. cùm oſtēdimus. ff. de fideiuſ. tu. Sol. Ibi loquitur
qñ geſsit aliquid, quod habebat gerere neceſſe: hic quando
geſsit illud, quod gerere non habebat neceſſe.

OBnegotium. Hæc actio eſt bonæ fi-
dei, ſiue ſponte, ſiue ex
neceſsitate geratur: ideo ex mora in eo veniūt vſu
ræ. hoc dicit.

ABvno. Etiam pro communi negotio, habet lo
cum hæc actio. hoc dicit breuiter in
ſumma &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Officium procuratoris, quando ſit voluntarium.
2 Geſtor quando teneatur etiam de neglectis.
3 Geſtor quando teneatur de leui culpa.
4 Geſtor non poteſt intentare actionem.
5 Geſtor vnius negotij tantū an teneat à ſeipſo debita exigere.

TVtori. Tutor & curator differūt à geſto-
re: qa ipſorū officium eſt neceſſa-
riū: & finit neceſsitate ceſſante: ſed officiū geſto-
ris eſt voluntariū, & volūtate ꝓpria terminatur.
¶ Item primus poteſt exercere actionē: ſecūdus nō: & vterq;
etiā de leui culpa tenetur. h. d. ¶ Diuide primò ponit differē-
tiam inter tutorem & curatorem ex parte vna: & geſtorē ex
parte alia, in adminiſtratione inchoanda & finiēda. Secundò
ponitur vnum, quod eſt cōmune obligationis vtriuſq;. Ter-
tiò ponit differētiam inter prædictos in exercendo actiones.
Secūda ibi: ſecundū quæ. Tertia ibi: de cæteris. ¶ Nota primò
ex prima parte differentiā inter adminiſtratorem voluntariū
& neceſſarium. ¶ Secundò nota quòd geſtor tenetur de dolo,
lata culpa, & leui. ¶ Ex tertia parte nota quòd ſine actione ne
mo experitur. & ſic non poteſt geſtor intentare actionē. ¶ Ad
1 primum opp. & videtur † quòd officium curatoris ſit volun-
tarium: vt Inſti. de cura. §. item inuiti. Sol. Voluntariū eſt ex
parte eius, cui datur: & ex parte eius, cui datur eſt neceſſariū.
¶ Opponitur ad idem de l. ij. §. quæritur. de cura. bo. dan. Sol.
Ibi loquitur in curatore dato bonis: quod ſupra dixi, loquit
in curatore adulti. ¶ Item opp. & videtur ꝙ officium tutoris
vel curatoris non finiatur pubertate: vt j. vt cau. poſt puber.
tutor adſit. in l. j. Sol. Fallit ibi in negotio non perfecto, vt ibi
dicitur. ¶ Habes expeditam primam gl. ſuper verbo, mune-
ris. venio ad aliam gl. ſuper verbo, voluntas. ¶ Opp. & vide-
2 tur † quòd geſtor teneatur etiam de neglectis: vt l. in commo
dato. §. ſicut. ff. cōmo. Sol. In iſto paſſu fuerunt opi. inter glo.
noſtros inter Ioan. ex vna parte, & Guliel. antiquum gloſ. ex
alia. Veritas eſt iſta, quòd diſtinguitur ſic, aut quis incœpit ge
rere, & poſtea illud omiſit: & de illo tenetur. arg. d. l. in cōmo
dato. §. ſicut. ff. commo. & j. de actio. & obli. l. ſicut. Aut non
incœpit: & tūc aut ab initio acceſsit vt omnia geſturus: & de
omnibus tenetur: vt l. Pomponius in negotijs. in fi. cū l. ſeq.
ff. eo. Aut nō acceſsit vt geſturus omnia: ſed vt geſturus quę-
dam: & tunc aut alius fuiſſet geſturus omnia, niſi ipſe acceſsiſ
ſet: & tenetur de omnibus: vt l. ſi pupilli. §. videamus. ff. eod.
Aut alius non erat geſturus: & tunc non tenetur: niſi de his,
ad quæ gerenda acceſsit: vt hac l. cū his quæ ſibi cōnexa ſunt:
vt l. tres tutores. §. ij. ff. de admi. tut. Quod ergo hic dicitur, ꝙ
volūtas imponit finē adminiſtrationi: intellige de voluntate,
quā habuit ab initio, cū acceſsit ad gerendum. ¶ Venio ad ſe-
3 cundā partē: hic dicitur ꝙ † geſtor tenetur de leui culpa. Con
tra. ff. eo. l. iij. §. interdū. Sol. Illud, quod hic dicitur eſt regula
re. Fallit in caſibus, qui ibi not. ¶ Itē opp. de l. curatoris. ſ. eo.
Sol. Aliud eſt in hęredibus adminiſtratoris neceſſarij quā in
ipſo adminiſtratore voluntario. & ibi dixi. ¶ Venio ad ter-
4 tiam particulam: & opp. & videt ꝙ geſtor poſsit † intentare
actionē: vt l. ſed & hæ. de procu. l. maritus. ſ. de ꝓcu. Solu. Ibi
pōt agere, nō quia geſtor: ſed quia cōiuncta perſona. ¶ Quęro
5 vtrū geſtor vnius † negotij tantùm teneat debita à ſeipſo exi-
gere. Glo. paruula quę eſt hic, ponit duas opi. Tene vltimā ꝙ
teneat exigere à ſe illud: qđ debet de adminiſtratiōe nō aliud
quod probatur ff. man. l. ſi non remunerādi. §. apud. niſi eſſet
generalis adminiſtrator: vt hic per doctores.

SIcognati. Obligatio perſonalis non impe
dit libertatē ſerui: & factus liber
non tenetur ex antè geſto. h. d. Dic vt l. Pomponius
in negotijs.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in negotijs.ff.eod.

**NEgotium.** Tutor non tenetur de caſu fortuito. hoc dicit hæc lex breuiſsima, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Prohibitio tollit actionem negotiorum geſtorum.
2 Proteſtatio poteſt fieri in ſcriptis, & ſine ſcriptis, & quando. & numero 5.
3 Prohibitio in gerente negotia, an tollat repetitionem.
4 Vtiliter expēdenti poſt prohibitionem, an competat aliqua actio de æquitate.
6 Proteſtatio, de qua hic, an debeat ſpecialiter fieri, vł ſufficiat quòd in genere fiat.

2 **SI quis nolente.** [a] Prohibitio tollit actionē negotiorū
geſtorum, in his quæ poſt prohibitionē gerūtur:
ſecus in his quæ geſta ſunt ante. hoc dicit. ¶ Nota
1 †quòd prohibitio tollit hanc actionem. ¶ Secundò nota† ꝙ.
2 proteſtatio poteſt fieri in ſcriptis, & ſine ſcriptis. ¶ Oppo. ꝙ
3 videtur† quòd iſta prohibitio non prohibeat repetitionē: vt
ff.de inſtito.l.ſi quis mācipijs.§.Proculus.Soluit glo.optimè
ibi: licet prohibuerit dominus.tamen nō ꝓhibuit ſeruus: qui
ſeruus poteſt obligare dominum inuitū de peculio, vel de in
rem verſo: vt l.ſi quis ſeruū.§.etiā.ff. de pecul. ¶ Opponitur
de l.at ſi quis.§.idem Labeo.de relig.Sol.Speciale eſt in fune
raria, quæ nō tollitur per prohibitionem. ¶ Iuxta hāc legem
4 quærūtur duo: vtrū huic vtiliter expendenti† poſt prohibi-
tionem de æquitate competat aliqua actio. Gloſ. ꝓ ſolutiōe
huius quæſtionis, intrat aliam quęſtionem, quādo ꝓhibitio
nō fuit facta expreſsè, ſed tacitè. verbi gratia: mandaui tibi vt
emeres mihi codicem pro decē: emiſti pro viginti: an illa de-
cem vltra poſsis repetere. Et in hoc fuerūt opiniones. finali-
ter glo.determinat ꝙ nō repetit. Si ergo tacita prohibitio im
pedit repetitionem: multò magis expreſſa, in ꝓhibitione ex
preſſa. Habemus duas gloſ. contrarias. Vna eſt in l.ſoluendo.
ff.eo. Alia eſt in.l.ſi Stichum.in fi.ff.de noua.quæ cōtrariatur
huic. Guli.de Cug. videtur tenere glo.l.ſoluēdo. per l.ſi quis
mancipijs.§.Proculus.de inſtit.& de relig.l. at ſi quis.§. idem
Labeo. Ad iſtā legem reſpōdet bene, & valde ſubtiliter: hic
loquitur quando prohibitio eſt facta circa adminiſtrationem
rerū, poſtquā quis non poteſt adminiſtrare ſine delicto: nam
poſt prohibitionem delinquis ſi ingrederis fundū meum, vel
in eo operaris: vt l.diuus.de ſeruitu.ruſti.prædio.& l.iiij.circa
prin.de acquir. rerū do. & quod vi aut clam.l.j.§. quid ſit vi.
ſed quæſtio gl.in l.ſoluendo.loquitur quando poſt prohibi-
tionem poteſt geri negotium ſine delicto: vtputa conueni ne
creditori meo ſolueres pro me frumentum, & ſimilia: tūc de
æquitate habet locum actio non obſtāte prohibitione. Licet
hęc reſponſio ſit bona ad hāc legem, tamen eſt contra l. ſi pro
te.ff. mād. Vnde teneas hāc gloſ. & gl. quę eſt in l.ſi Stichū.
in fi.ff.de noua. Nō obſtat §.Proculus.& §.idē Labeo. vt ſu-
5 prà reſpōſum eſt circa contraria. ¶ Quæro, †vtrum hoc ſit ve
rum indiſtinctè, ꝙ proteſtatio poſsit fieri in ſcriptis, vel ſine
ſcriptis. Breuiter. quandoq; proteſtatio ſuccedit in locū actio
nis: tūc debet fieri in ſcriptis: vt l.vt perfecti⁹.de anna.excep.
Quādoq; nō ſuccedit in locum actionis: tūc regula eſt, quòd
poteſt fieri ī ſcriptis, & ſine ſcriptis: vt hic, & l. ſcire oportet.
§.oportet.de excuſa.tuto. Fallit in caſu j.de non nume.pecu.
6 auť. hāc autem querelam. ¶ Quæro ſecundò, vtrum† ꝓteſta-
tio, de qua loquiť hic, debeat ſpecialiter fieri, vel in gñe. text.
hic in principio videtur dicere ſpecialiter. Glo. videtur expo
nere ſpecialiter, id eſt expreſſe. Dic ſi quidem volo ꝓhibere,
ne gerat negotia mea ſimpliciter omnia, tūc ſatis eſt ſi genera
liter loquatur: nec eſt neceſſe ꝙ res deſigneť, vel negotiū no-
minetur: vt l.de pupillo.§.q nunciat. de oper.noui nun.ſed ſi
volo prohibere de aliqua re particulari, illam debeo deſigna-
re, nec debeo obſcurè loqui: aliàs proteſtatio nihil operare-
tur: vt l.aut qui aliter.circa prin.§.j.ff.quod vi aut clam.

## *De his quæ ui, metuſue cauſa, geſta ſunt. Rubr.*

¶ Continua gloſſ. vno modo: & dic vt in ea. Vel aliter: dictū eſt de pactis, & de tranſact. verùm quia prædicta fiunt metu, vel dolo aliquando: ideo ſubiungiť rubrica de his, quę metu, vel vi. & poſtea de dolo. Quæro quare fecit mentionē de vi. Gl. dicit: quòd Imperator ſecutus eſt antiquam intitulationem: ſed hodie aliter, vt habes in glo. quam vide &c.

LEX I.

**PErſecutionem.** Ad furē, & metū inferētem, ſpectat periculum interitus. h.d. ¶ Oppo. de l.ſi cùm exceptiōe.§. quod ſi homo ff. eo. Sol. Ibi loquiť quādo res perit intra quadrimeſtria tempora: hic quando perijt ante. Ratio patet ibi. ¶ Oppo. de l.ſi cùm exceptione.§.ſed & ſi nō culpa.ff.eo. Sol. Ibi loquitur quādo res erat eodem modo peritura penes actorem: hic non. Quod intellige vt ibi no. Item oppo. de l.ſubtracto.j.de fur. & ff.de condi.fur.l.parui. Solu. Ibi purgauit moram: hic non. ¶ Quæro vltimò, re perempta, ad quid formabitur libellus, vel quid petetur. Tex. hic videť quòd ipſa res peteť, licet ſit petita. Vnde ea quæ ſunt ablata etiam poſtquam interciderint, poſſunt peti. Idem videtur in l.ſi ſeruus.§.boue.ff.de cōdic.furti. & l.inter ſtipulantem.§. penul. de verbo.obliga. & l.ſi mulier.§.j.rerum amota. ¶ In contrariū, quòd petatur æſtimatio, videtur tex. in l.in re furtiua, de condi.fur. licet gloſſ. ibi aliter exponat text. Ego iſtū paſſum examino multum diffusè in repetitione l. ſtipulationes non diuiduntur. de verbo. obli. vtrum obligationem reſtitui re perempta, ſuccedat obligatio ad intereſſe: & quid ſit in petitione: & ſinaliter teneo, quòd vtrunq; poſsit peti: ſcilicet res, & æſtimatio. Ad hoc facit l.illud.§.j. de dona. cauſa mor. & ibi dixi. ¶ Vltimò glo. intrat hic materiam violētiarum, quam glo. ponit latius in l.extat.ff.eod. & ponit hic ſex genera violentiarum. & vide eam.

**PErſecutionem.** Fur, & metū inferens, teneť de interitu. hoc dicit. ¶ Oppo. & ſum in glo.ij. dicitur quòd metum inferens teneť de interitu. contra de l.ſi exceptio.§. quòd ſi homo.ff.eo. Sol. quòd hæc debet limitari ſecundùm illam: quia hoc eſt verum, niſi res pereat intra quadrimeſtre tēpus. & quæ ſit ratio huius. dic vt ibi not. Sed cōtra iſtam ſolutionem opp. & ſum in gloſ.j. & videtur quòd indiſtinctè veniat periculū: vt l.j.§.rectiſsimè. & l.merito.ff. de vi & vi arma. Timore hui⁹ glo. diſtinguit hic, quòd quinq; ſunt genera violentiarū. Iſtud dictum redarguitur: & ad contrarium reſpondet, ꝙ in duobus generibus violentiarū, videlicet expulſiua, & ablatiua, venit interius indiſtinctè: in impulſiua nō habet locū lex noſtra. & d.§. quòd ſi homo. ¶ Sed contra iſtam ſolutionem oppo. de l.ſi ipſa.ff.eo. Solue, vt ſoluit glo. magna circa mediū. & aduerte ad vnum quod glo. dicit: quia gl. magna circa fin. dicit, ꝙ ſunt plura alia genera violentiarū. Iſtud dictum redarguitur per docto. quia nō eſt verū, quòd ſint plura. Bene ſunt plures modi puniēdi iſtas violentias, & plures cōſtitutiones factæ: & has cōſtitutiones vide plenè: vt l.extat.ff.eo. ¶ Item oppono. & ſum in glo.ij. & videtur quòd debeat diſtingui vtrum res eſſet eodē modo peritura penes actorem vel nō: vt l.ſi cū excep.§. quatenus. verſicu. ſed & ſi nō culpa.ff.eod. glo. fatetur contrarium. ¶ Contra iſtud poſſet opponi de l.ſi in alia.ff.depoſi.§.fi. de l. quòd te. & quod ibi not.ff.ſi cer.peta. Pro huius ſolutione dic ſecūdùm do. Iaco. Butri. quādoq; quæritur, nunquid moroſus teneatur de interitu indiſtinctè, vel debeat diſtingui, vtrum res eſſet eodem modo peritura penes actorem, &c. Dic ſic: quòd quandoq; contingit, ꝙ nulla obligatio præcedit. pone exemplum in reali, poſsides Stichum meū &c. Circa iſtud membrū dic vt not. in l.ſi vehenda. aliàs in l. litem ſi verberatū.§.fi. in glo. magna.ff.ad leg. Rhod. de iact, Quādoq; cōtingit ꝙ pręcedit: & tunc aut talis obligatio deſcendit ex delicto: quia eſt factum quod fieri non debuit. aut deſcēdit ex alio contractu. Primo caſu regulariter moroſus tenetur de interitu: vt d.l.j.§.rectiſsimè. & l.merito.ff.de vi & vi arma. Fallit in meticuloſo, vbi debet diſtingui ſecundùm quod diſtinguitur in d.§.quatenus. verſi. ſed & ſi non culpa. Si autem obligatio deſcendit ex contractu: dic, aut præcedit mora, aut culpa. Primo caſu moroſus tenetur indiſtinctè de interitu: vt d.l.quod te. & d.l.ſi in alia. in fin. licet Martin. dixerit aliter: vt ibi not. In ſecundo caſu, vbi præcedit culpa: tunc debet diſtingui vtcùm res eſſet eodem modo peritura penes actorem, an nō: eſt tex. cum gloſ. ſua in l. ſi vehenda.§. penul.ff.ad leg. Rhod. de iact. Item oppono de l.ſubtracto.j.de fur. Solue vt gloſſ.ij. in fin. quia ibi fuit purgata mora. Barto.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Ignorantia iuris quando noceat in damnis vitandis.
2 Scienter ſoluens quod promiſit per metum, non repetit quod & quæ ſoluit.
3 Exceptio merè odioſa quæ dicatur.
4 Exceptio metus eſt odioſa reſpectu metum inferentis, & reſpectu paſsi eſt fauorabilis.

❧ *P. P. A V. P.*

[a] ¶ Si quis nolente. Circa quæſtionem quam tāgit hic. gl. de emēte rem pro pluri, vide Paul. de Caſt. cōſil. clxxvij. incip. ſuper domina. vbi tangit materiam huius legis. Item regulam huius legis limita nō procedere in medico, qui medetur infirmo, etiam inuito, & in ſoluēte ꝓ cōdemnato corporaliter, vide Barba. in rub. extra, de ſolu. ad fin.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

5 Solutio poteſt parere obligationem, & ſolutionem.
6 Soluens coactè poſt cautionem metu factam quãdo repetat.
7 Metus tyranni quando dicatur durare.
8 Qui iurauit per metum dare decem ſi ſoluit quod repetat.
9 In materia iuramenti ſtatur iuri canonico.
10 Vbicũq; in ſolutione poteſt ſubeſſe alia cauſa, quã approbatio primę promiſsionis, quis non præſumitur illã approbare.
11 Stante ſtatuto, quòd per inſtrumẽtum non poſsit opponi exceptio doli vel metus, quin debitor capiatur ſoluens nõ videtur primam obligationem approbare.
12 Contra aſſerẽtem ſe ſpoliatum metu competit exceptio: ſed non competit quando agit poſſeſſorio.

LEX II.

quòd ibi ſpeciale: vel illa corrigiť per iſtã: vel ibi
extra iudiciũ. Dicit gl. certè non placet[a] aliqua iſta
rũ. Dicunt noſtri doc. Fateor, ꝙ procurator debeat
iurare de calumnia: vt lege cõtraria: non tamẽ per
hoc excludo, quin debeat iurare etiã principalis:
vt hic. Et hoc puto ſatis bene dictum: quia eſt ca-
ſus in c. ij. §. j. extra. eo. li. vj. & glo. videť hoc velle
in auť. principales. quã ſtatim legã. Tu verò quan
tũ ad legẽ cõtrariã dic melius ꝙ hic loquiť de iura-
mento calũnię, quod eſt de ordine iudicij. ibi loqui
tur de iuramẽto calũniæ, hoc eſt ad probationem
ejus, de quo agiť, qđ põt præſtari per procurato-
rem: vt ibi patet. & ibi de iſta materia dixi multũ
diffuſè ſatis. ¶ Quęro, pro declaratione materiæ
1 † & l. an per pcuratorẽ poſsit dominus præſtare
iuramentũ calũniæ. olim erant opi. deciſum eſt ho
die ꝙ ſic in c. vlt. extra, eo. lib. vj. qđ per pcurato-
rem poteſt iurari de calũnia. & aduerte: quia iura-
mentũ calumniæ quod præſtat pcurator vt ipſe,
prę̃ſtat in animã ſuã: vt vidiſtis ſ. pxi. §. iuramen
tum quod præſtat pro dño, prę̃ſtat in animã dñi,
& refert verba ad dñm, ſcilicet dñm calũniæ cauſa
non poſtulare, &c. cũ omnibus illis capitulis. Hoc
pbat tex. optimè in d. §. ſi alieno. ¶ Ex hoc ſequi
2 tur † qđ ad prę̃ſtãdũ iuramẽtũ calumnię requiriť
ſpeciale mãdatũ. aliàs nõ poteſt iurare in animam
3 domini, vt ligaret eũ. Nam in generali † mandato
nõ venit delictũ: vt l. ſi pcurator. ff. de cõdi. inde.
Vnde nõ poſſet facere procurator deierare dñm
ex vigore generalis mãdati: ideo requiriť ſpeciale.
¶ Et ideo puto de iure, quòd nõ ſufficiat ſpeciale
mandatũ hoc modo, & ad iurandũ de calũnia, &c. b
4 ſed eſt neceſſe † ꝙ dicat ad iurãdũ de calumnia[b] in
b tali cauſa: vt l. ſi qs mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq.
hære. quod no. per doc. ſ. etiã per procuratorẽ cau
ſam in integrũ reſtitu. agi poſſe. l. j. Ratio eſt ma-
nifeſta: quia ſi mãdatũ eſſet ſimpliciter ad iurandũ
de calũnia, intelligereť in cauſis iuſtis: & ſic dñm c
5 nõ ligaret, vt hic. ¶ Quęro, quid † ſi procurator nõ
c habet ſpeciale mãdatũ[c], & dominus eſt abſens ita
à longinquo ꝙ non poteſt haberi? Vltramontani
dant conſiliũ, ꝙ detur curator bonis: tunc ille erit
legitimus adminiſtrator, & poterit iurare de calu
mnia ſ. pxi. §. Mihi nõ placet: ſicut tutela teſtamẽ
taria excludit datiuã, ita eadẽ ratione iſte, q habet
mãdatũ à dño, excludit curatorẽ datũ à iudice. &
ideo puto ꝙ tũc procurator admittatur ad iuran-
dum, & procedit iudiciũ. & iſte §. debet intelligi,
quando dominus põt haberi de facili. Simile ff. de
iudi. l. ſi longius. & qđ ibi not. alibi actio vtilis nõ
cõpetit niſi facta ceſsione. hoc eſt verũ, ſi ille, qui
cedit, põt reperiri. aliàs à iure cõcediť: vt j. de act.
& obli. l. j. ff. de inſti. l. j. & ij. l. dãni. §. fin. & quod
ibi no. ff. de dam. infec. Spe. tamen in materia poſi
tionum, vt mihi videtur, tenet præcedentem opi.
6 ¶ Reuertor ad glo. Quæro, † quid in procuratore
in rem ſuam? Gl. hic & l. non ſolũm. in princ. ff. de
procu. tenet, & bene, ꝙ ipſe debet iurare de calu-
mnia. dic vt in eis. ¶ Quæro, & reuoco in dubiũ,
7 quid de defenſore: † an debeat de calũnia iurare?
Reſpõdet gl. hic diſtinguendo: vt in l. non ſolũm.
ff. de procu. Tu dic latius, Quandoq; defenſor in-
teruenit animo nouãdi: & tunc nõ eſt dubium qđ
ipſe iurabit, tanquam procurator in rem ſuam, vt
dictum eſt. Facit ff. de noua. l. delegare. Quãdoq;
non interceſsit animo nouãdi: tunc ſi quidem in-
terceſsit animo repetẽdi: tunc procedit diſtinctio
gl. ſcilicet: Aut cõuenitur ex obligatione propria,
& iurat de calumnia: aut ex promiſsione domini:
& dominus ipſe debet iurare: vt hic. Si verò inter-
ceſsit animo non repetendi: tũc ipſe debet iurare.
argu. l. ſolutionem. ff. de ſolutio. & l. ſoluendo. de
neg. geſt. Ita debetis intelligere hanc materiam.

Principales. Iſta auť. ponit
quædam, quæ
ponuntur in hac lege, licet addat quę-
dam: & inter cætera addit vnũ capitu-
lum iuramenti, ſcilicet quòd nihil promitteret, vt
falſa ſententia detur. & addit etiã vnũ aliũ caſum.
¶ Quæro, quæ ſint iſtę perſonę, ad quas negotiũ
trãſit. Dicit gl. ad hæredem. Item ad procuratorẽ.
& ſic tenet iſta gl. quòd procurator teneatur iura-
re de calũnia. & vide eam. Caſus eſt hodie, ꝙ pro-
curator debet iurare. extra, eo. c. ij. §. j. lib. vj. Dixi
ſ. pxi. §. Iſtud vltimũ ſi nõ vult reſpondere, qua-
liter punitur, dicam j. eadẽ l. §. quod ſi actor, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Coram arbitris iuratur de calumnia.
2 Iuramentum calumniæ poteſt tacitè omitti.
3 Iuramentum calumniæ, ſi petitur, & non præſta-
tur, reddit proceſſum nullum.
4 Clerici quando debeant iurare de calumnia.
5 Princeps, quòd poſsit remittere iuramentum ca-
lumniæ per reſcriptum.

Sed quia veremur. Sacramẽtũ
calũniæ, nõ
poteſt remitti à partibus. hoc dicit. Vel aliter:
Quæ ad vtilitatem publicam ſunt inducta, non
poſſunt cum conſenſu partium renunciari. hoc
dicit, Nota quod dixi in ſummario. ¶ Nota quòd
coram

b ¶ Iurandum de ca-
lumnia. Bart. vide-
tur tenere contra-
rium in d. §. ſi alie-
no.

c ¶ Speciale manda-
tum. Et hoc dictũ
nota. ad plura alia
iuramẽta extendit
Bar. in l. qui bona.
§. ſi alieno. ff. de da
mno infe. ſed con-
tra eum tenet hic
Bal. in §. ſed quia.
in princ. ꝙ nõ valet
conſuetudo, ꝙ etiã
parte non petente
iſtud iuramentum
non præſtetur: vt
refert Alex. in l. de
pupillo. §. q opus.
ff. de oper. no. nun.
& ibi etiam refert,
quid ſi minus legi-
timè eſt prę̃ſtitum.
& vide Imol. in l.
qui bona. §. ſi alie-
no. ff. de dã. infe. &
ſcias quòd etiã in
cauſis ſummarijs
prę̃ſtatur iuramen
tũ: vt in cle. ſæpe.
de ver. ſign. & not.
Bar. ſ. ea. l. §. ſi au-
tem. & dixi ſ. eo. l.
j. vbi vide. Adde ꝙ
nõ valet conſuetu
do quòd iſtud iu-
ramentũ non præ-
ſtetur: vt extra, de
fideiuſ. c. conſtitu-
tus c. præſentium.
& tamẽ valet con-
ſuetudo, ꝙ ſolũm
tempore ſententiæ
exigatur, ſecundũ
Ioã. And. in addit.
ad Spec. eod. tit. §.
ſequitur. verſic. qd
de cauſa appellatio
nis. & refert Piſ.
ita tenere. & Hoſt.
dicit ꝙ ita ſeruaba
tur Mediolani, tem
pore quo ibi aſſeſ-
ſor fuit. de quo vi-
de Abb. in c. cæte-
rum, extra, eod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Hoc etiã. Sed Gui. de Suza. vult hunc §. loqui etiam ſine cõiuncta perſona, quæ poteſt agere ſine mãdato. ſi enim is, quẽ cõſtat habere mãdatũ, non releuet dominũ à iuramẽto: quantò minus debet ipſum releuare, cõiuncta perſona, quam conſtat non habere mandatũ: ſed principium legis loquitur quãdo cõiũcta perſona agebat proprio nomine, pro ſuo intereſſe: tunc enim debet ipſe iurare, non alius. & plus mihi placet. And. Barb.

Bal. in d. §. quod obſeruari. in viij. col. quòd cõtumax in non reſpondendo poſitioni non admittendę non habetur pro confeſſo. hic adde Barto. in l. de ætate. §. qui tacuit. de interrogato. actio. & dum dixi quòd poteſt contumax purgare moram, vide hic per Gul. de Suza. & do. Ant. in c. pe. circa penul. col. extra, eodem.

b ¶Omnino repellitur. Vide Bart. in l. qui bona. §. ſi alieno. de dam. infe. & in l. ij. in prin. s. co.

c ¶Syndicus. Adde s. eo. in §. quod obſeruari. in iij. col.

d ¶Quid in Abbate. Vide quæ dixi poſt Bald. in l. ij. §. q accuſ. non poſ.

✠ P. P A V. P.

e ¶Calumniæ. Circa hoc vide quod ſingulariter ponit Iaſ. in repetitione legis, admonendi. in xj. charta. in iij. col. ff. de iureiuran. dicens allegãdo Bal. ꝙ ſi poſtquam ꝙ plenè probauit ſuã intentionem exigeretur iuramentum calumniæ, & ille recuſaret, quòd per hoc nõ habetur pro confeſſo, licet tale iuramentum peti poſſit in quacunque parte iudicij c. j. de iura. calum. in vj. Rationem, vide per eum. Super quo ipſe dubitat in l. iuſiurandum & ad pecuas. in j. colũ. cod. atu. vbi etiam ponit aliam limitationem, ꝙ quando eſt petitum ſolùm à parte, ſi non pręſtetur, per hoc processus redditur nullus, ſecundùm Bal. per eum relatum: licet alleget alios tenere oppoſitũ. Et idẽ Iaſ. in l. videamus. §. differri. in j. notab. ad finem. de in litem iuran. refert ſe tenuiſſe contra Bald. in d. §. ſi alieno. in v. co. de damno infecto.

1 coram† arbitris, debet iurari de calumnia: ſicut coram iudice. ¶ Circa hanc legem quæro vtrũ iuramẽtum calumniæ poſſit tacitè omitti. In gl. ſunt
2 opi. hodie† eſt caſus extra, de iuramẽto calumnię. c. j. & .j. lib. vj. ꝙ ſi tacitè omittatur, nõ vitiatur pro
3 ceſſus. Ex hoc† ſequitur, ꝙ ſi à parte petitur, & nõ præſtetur, ꝙ pceſſus eſſet nullus: vt hic, & in hoc §. ¶ Quæro, vtrum remittatur parẽti, & patrono.
4 Dixi s. eo. l. j. in prin. ¶ Quęro, vtrum clerici† debeant iurare. Glo. in hoc multùm ſe inuoluit. De hoc habemus text. eo tit. in antiquis per totũ, de
5 iuramen. calum. & c. j. §. ſi. lib. vj. ¶ Quęro† vtrum princeps poſſit remittere hoc ſacramẽtum per reſcriptum. Certè ſic, ſi dicit, non obſtante lege.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Diſpoſitio huius §. non habet locum in cõiuncta perſona: quia poteſt iurare de calumnia.
2 Vniuerſitas iurat de calumnia, per eius adminiſtratores.
3 Syndicus an poſſit de calumnia iurare.
4 Abbas quando poſſit de calumnia iurare.

**Hoc etiam.** a Qui admittitur cum cautione de rato, non poterit in cauſa procedere, niſi per principalem de calũnia ſit iuratum. h. d. ¶ Opp. ꝙ procurator, qui nullum mandatũ offert, omnino repellitur b: vt s. de pcu. l. j. Solu. Hic protulit, ſed non probauit perfectè. Hoc vult dicere quedã gl. paruula, quæ eſt hic ſuper verbo prolato. Ex hoc† apparet ꝙ iſte §. nõ loquitur in perſona cõiuncta, quæ agit pro perſona coniuncta. Nam ille cùm ad hoc habeat legitimã perſonam, vel adminiſtrationem, admitteretur ad iurãdum: vt s. in §. quod obſeruari. ¶ Quęro quomodo intelligatur in hoc ꝙ debet iurare vniuerſitas, † vel maior pars. Dicit bene, ꝙ debẽt iurare illi, qui regunt vniuerſitatẽ, vel maior pars eorum. Inconueniens enim eſſet, quòd ſi quis haberet litigium cum iſta ciuitate, quòd omnes deberẽt iurare. ¶ Item, † vtrum ſyndicus c poſſit iurare de calumnia. Certè ſic: quia habet adminiſtrationem legitimam: ſed hic dubitabatur, an eſſet ſyndic' vel non. ¶ Quærit glo. quid in Abbate, d an† iuret de calumnia? Certè glo. dicit quòd ſic. Et dic vt in ea. De iſto ſyndico qualiter debet iurare, & reſponde re poſitionibus, habes plenè in c. præſentium. extra, de teſti. lib. vj.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Non iurans de calumnia, cadit ab actione per ſententiam, quæ fertur lite conteſtata. nu. 3.
2 Iurans de calumnia, qui habetur pro confeſſo, ꝙ poſſit appellare.
4 Nolens reſpõdere poſitioni, an habeatur pro confeſſo: & an per ſententiam, vel ipſo iure. nu. 5.
6 Pœna huius §. quando tranſeat ad hæredes.

**Quod ſi actor.** Breuiter dicit: Si actor non vult iurare de calumnia, e cadit ab actione: reus volens iurare habebitur pro confeſſo. h. d. Dicitur hic, ꝙ actor cadit ab actiõe. ¶ † Quęro, an ipſo iure, vel per ſententiã. Certè per ſentẽtiã: vt habuiſtis in au. princi pales. s. proxi. Circa hoc opp. & videtur iniquum. quia fortè vellet à lite deſiſtere: vt l. poſtquã liti. s. de pac. Sol. Non põt deſiſtere actor: vt in au. q ſemel. j. quõ & qñ iud. ¶ Opp. j. de iud. l. pperãdũ. §. ſi autẽ ex geſtis. Sol. Ibi loqtur de abſente: hic
2 de præſente, & iurare nolẽte. ¶ Quæro, an iſte † q habeẽ pro cõfeſſo, poſſit appellare. Gl. tua dicit, ꝙ ſic: vt l. creditor. §. iuſſus. ff. de app. ¶ Item quærit

3 gl. † vtrũ iſta ſentẽtia ferať lite nõ cõteſtata. Certè nõ: quia iuramentũ calũnię poſt litẽ cõteſtatã debet prẽſtari. ¶ Quęro, vtrũ reus ſemper debeat cõdẽnari. Dicit gl. & bene, ꝙ nõ: per iſtũ tex. qui dicit ꝙ prout rei qualitas ſuggeſſerit. fortè poſito ꝙ habeať pro cõfeſſo, nõ erit efficax ad condemnandum. & libellus ſtabat, ita ꝙ debebat ſequi abſolutoria. ¶ Quæro, vtrũ qs poſſit petere tempus ad
f deliberandũ. f Dic vt etiã dixi in §. qd obſeruari.
4 ¶ Quæro † vtrũ ille, qui nõ vult reſpondere poſi-
g tioni, habeatur p cõfeſſo. g De hoc fuit magna contentio olim vt refert Cy. hic. & gl. dicit ꝙ ſic, in l. certũ in prin. ff. de cõfeſ. & per Azonẽ in ſumma eo. tit. C. hodie eſt facta de hoc decre. extra, de cõfeſſis. c. ij. li. vj. quę dicit, ꝙ duo, vel tria ſunt neceſ
h ſaria h: vt qs pro cõfeſſo habeať. Primò ꝙ poſt litẽ cõteſt. ſecũdò, ꝙ fuerit iuſſus à iudice: & quòd ſit præſens, & interrogeť. Tertiò, ꝙ abſq; rationabili cauſa recuſet reſpõdere: & tunc poteſt haberi pro
i cõfeſſo. ¶ Sed aduerte i, vtrũ eo ipſo ꝙ recuſet re-
5 ſpõdere habeať pro cõfeſſo, † an ſit neceſſe ꝙ hoc pronũcietur? Reſpõde. neceſſe eſt ꝙ iudex pronũciet eũ haberi pro cõfeſſo, vel pronũciet eũ contumacẽ in reſpondendo, vel pronũciet eum ſine rationabili cauſa recuſare: vnde oportet iudicẽ pate facere eius delictũ, añq̃ habeatur pro confeſſo. Caſus eſt in l. eius q delatorẽ. in princ. de iure fiſci.
6 Itẽ dico, † q ſi iſte talis cõtumax in non reſpõdendo, vel nõ iurãdo decedit ante iſtã pronũciationẽ:
k ad eius heredes k nõ trãſit iſta pœna, vt habeantur pro cõfeſſis. Caſus eſt in l. eius q delatorẽ. in prin.

**Si enim.** Hic eſt quidam verſicu. qui non eget ſummario: imò eſt quædã ratio præcedẽtis. ideo debet legi cum præcedenti.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Contra aduocatos prolixos.
2 Conſtitutio edita ad litis ordinationẽ, porrigiť ad lites futuras, ſup factis etiã preteritis pẽdentibus.

**Antiqua.** Hæc lex habet locũ in litibus inchoãdis poſt hãc legẽ, & in pẽdẽtib9, ſi partes ſunt præſentes: aliàs ſecus. h. d.
1 Dicũt qdã ſup verbo, & cõpẽdioſa. Nota ar. † pro aduocato, q dicit ſe breuia verba dicturum: poſtea vtiť magna plixitate verborũ. ſic j. de vſufr. l. anti
2 quitas. ¶ Nota ex iſto §. & tene mẽti † ꝙ conſtitutio, quę reſpicit litis ordinationẽ, porrigiť ad lites futuras ſuper factis etiã præteritis pendẽtibus: vt hic vides, &c. ¶ Opp. de l. leges. s. de legib. vbi lex ad pręterita nõ trahiť. Sol. Ibi loquitur de legibus quę reſpiciũt litis deciſionẽ: & ſic iuſtitiã, vel iniuſtitiã partis: hic de his qui reſpiciũt litis ordina-
l tionẽ, ſeu proceſſum l. Nam proceſſus etiam de futuro tenet ſuper cauſa præterita. Ita dico multum plene in repetitione l. omnes populi. de iuſtitia & iur. & perpetuò tene mẽti: quia quotidie accidit.

¶ Explicit liber ſecundus.

# Incipit Liber tertius.

*De iudicijs.* *Rubrica.*

¶ Viſis præparatorijs iudiciorum, ſequitur videre de iudicijs. Et hanc continuationem vidiſtis s. de pactis. ſuper rubrica.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Conditio actoris quando fiat deterior per litis conteſtationem.

g ¶Pro confeſſo. Sed non ipſo iure. & hoc etiam tenet Ioan. Mo. in d. c. ſi poſt prẽſtitum. de confeſ. in vj. & hoc ſequitur Bald. c. ſi vaſallus feudum. ſi de feu. fue. contro. quod cõputabitur alia ratiõe: vt quia cõmittitur motui iudicantis in d. c. ſi poſt preſtitũ. dum dicit, abſq; rationabili cauſa. ergo requiriť iudicis declaratio. & ideo ſis cautus: quia ſi tu es aduocatus eius, qui nõ reſpondet, & cauſa committatur conſulenda: facias quòd committatur ſola diffinitiua, & non interlocutoria: quia cùm ſit interlocutũ diffinitiuè, id poteſt fundari ratione cõtumacię. ſed altera pars ſit cauta, ꝙ faciat committi quæ ſunt partes iudicis. quod tene menti. & ſunt verba Bal. in l. conſtit. de pœn. iud. qui ma. iudi. & in l. j. in xij. col. de confeſ.

✠ P. P A V. P.

h ¶Neceſſaria. Vide etiã in materia iuramenti de calũnia ꝙ ſatis ſit ipſum præſtari quandocunq; ante concluſionem in cauſa. Et quid ſi reus in ratione libelli petat ne poſtea detur. in ſtet, an proceſſus ſit nullus, Alexan. in l. qui bona. §. ſi alieno. in v. col. de damno infec.

i ¶Sed aduerte. An autem requiratur citatio in iſta ſententia declaratoria? Specul. dicit ꝙ non, in titu. de depoſi. §. viij. ad fin. Sed pro hoc vide Ioan. And. in not. vbi de hoc tangit. And. Barb.

k ¶Ad eius hæredes. Et ſic habes hic, q d ficta confeſſio non nocet hæredi. Adde tu ad idem Lanfran. de Ori. in repet. ca. quoniam contra falſam. de proba. in verſi. reſponſiones. col. fin. Philip. de Ruſi. in c. cũ ſpeciali. §. porro. col. iiij. de appel.

f ¶Quod ſi actor. Ad deliberandum. Adde tamen quòd contumax in non reſpondendo poteſt purgare contumaciam, licet iſte actor ſit grauatus in probando, vt dicit Baldus in c. j. de milite vaſal. qui contumax eſt, alleg. Iaco. de Areti. in hac l. & Adde quòd reſpondens poſitionibus, licet non congruè, non debet reputari contumax, ſecundùm Bald. s. ea. l. §. quod obſeruari. in iiij. col. & vide quæ ibi dixi. dicit etiam

l ☞Proceſſum. Scriptum exemplar habet: Nam proceſſus eſt de futuro, licet ſuper cauſa præterita. Alex. Loſæus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

2 Stipulatio vſurarum, quando tollatur per noua-
tionem.& num.8.
3 Vſuræ q̄ currūt poſt litis conteſtationē, quomo-
do petātur in actione, vel officio iudicis. & nu. 6.
4 Officium iudicis ordinariū concurrit cum actio-
ne ordinaria.
5 Rei vendicatio, licet ſit iudiciū ſtricti iuris, tamen
eſt arbitraria.
7 Nouationis ſpecies eſt triplex; & de effectu eius.

LEX I.

✻ P. P A V. P. [a]
a ¶ Iudicio. Quòd ſentētia lata ſuper principali nō tollat, quò minus pœna cōmittatur ſuo tēpore, vide Com. conſilio cxlij, circa medium.

IVdicio. [a]Per litis cōteſtationē nō extinguitur obligatio vſurarū commiſſa, vel cōmittēda. h.d. Primò præmittit vnū antecedēs, ex quo ſequiť declaratio quęſtiōis. ¶ Secundo ponit ipſam determinationē quæſtionis.
Secūda ibi: ſupereſt: Antequā ponā caſum in ter-
minis: primò debetis ſcire ꝙ hęc lex variať duob⁹
modis principaliter. Primò, ꝙ loquatur in ſtipula
tione vſurarū cōmittenda. Secūdò, vt loquatur in
ſtipulatione iam cōmiſſa vſurarū. & iſtæ lect. tā-
guntur in ſecūda gl. huius legis. Itē prima ſubdi-
uiditur in duas. Vna ꝙ vſuræ quæ currūt pēdēte
iudicio, poſſunt peti vigore eiuſdē inſtātiæ. Alia
ꝙ noua inſtantia opus ſit. Iſta tāgunť in gl. ſuper
b verbo deductū. Pone ergo caſum ſecūdùm j. lec. [b]
ſcilicet in ſtipulatione vſurarū cōmittēda: quę eſt
magis rationabilis. ¶ Nota ꝙ p litis cōteſtationē
1 † nō fit deterior cōditio actoris. quod apparet: qa
nō perimitur ſtipulatio vſurarū. ¶ Nota ꝙ vſuræ
quæ currūt pendēte iudicio poſſunt peti. ¶ Opp.
ꝙ per litis cōteſtationē fit nouatio: vt ff. de noua.
2 l. alia ſed † per nouationē ſtipulatio vſurarū extin
guitur: vt ff. de noua. l. nouatione. & l. Paulus. er-
go, &c. Huius timore hæc lex legiť duob⁹ modis.
Primò. ꝙ illud quod diciť in l. cōtraria, ſcilicet ꝙ
tollitur ſtipulatio vſurarū, loquiť in ſtipulatione
cōmittenda: hic in ſtipulatione cōmiſſa. & hęc eſt
ij. lec. quæ tāgitur in ſecūda gl. Declara, vt in gl, &
in ea nō inſiſto: quia nō habet dubiū. vide gl. Alia
lec. eſt ꝙ loquať de ſtipulatione vſurarū cōmittē
da: tūc ad cōtrariū reſpōdeo, ꝙ ſtipulatio vſurarū
tolliť per nouationē voluntariā: ſed per litis cōte-
ſtationē fit nouatio neceſſaria, quę non habet no
cere actori: vt d. l. aliā. & de reg. iur. l. non ſolet. &
loquiť hic ita. ¶ Modò ad iſtā lec. opp. tex. innuit
3 ꝙ iſtę vſuræ † quæ currūt poſt litis conteſtationē
debēt peti nouo iudicio. cōtra: quia imò hoc ve-
nit in eodē iudicio: vt l. ædiles. §. item ſciendū. de
ædi. edic. Huius timore, ſunt hic duę lec. Vna eſt,
ꝙ cōtrariū fatemur, ꝙ hic poteſt cōueniri, ſcilicet
per officiū iudicis, vel etiā actiōe principali, quo-
modo vult. Alij dicūt, ꝙ hic debet conueniri, ſcili
cet per officiū, vel etiā actione principali, ſcilicet
in noua inſtantia. & iſta fuit opi. Io. & ad §. item
ſciendū. reſpōdet, ꝙ ibi loquitur in iudicijs bonæ
fidei. Vide glo. Contra iſtā reſpōſionē videť caſus
ff. de rei ven. l. nō ſolùm. videlicet ꝙ etiā in actio-
nibus ſtricti iuris ea, quę poſt litē cōteſtatā emer-
gunt, ſpectant ad officiū iudicis. Propter quod gl.
videť recedere ab opinione Io. tenendo opi. gl. ꝙ
hic pōt peti etiā iudicis officio. ¶ Opp. extraordi-
nariū nō concurrit cū ordinario: vt in l. ꝓuinciali,
ff. de no. ope. nū. & l. in cauſę. la ij. ff. de mino. ergo
nō debet cōcurrere iudicis officiū cū actione ordi-
naria. Solu. Dico ꝙ actio ordinaria non concurrit
officio iudicis, qđ principaliter intētať loco actio-
4 nis: ſed cū officio iudicis † mercenario ſic. Ita lo-
quiť hic, & in d. l. nō ſolū. ff. de rei vē. Ita defendit
glo. iſtā lec. Nos qd dicemus? Breuiter dicamus, ꝙ
opi. Io. eſt vera, ꝙ iſtæ vſuræ nō veniāt officio iu-
dicis, ſed alia interpellatione opus eſt: vt text. hic
expreſsè dicit. Ad §. itē ſciēdū. reſpōde, vno modo
ſecundū opi. eiuſdē Io. ꝙ ibi loquiť in bonæ fidei
iudicijs: hic in ſtricti iuris. Nec obſtat l. non ſolū.
5 de rei vēd. qa licet rei vēdicatio † ſit iudiciū ſtricti
iuris: tamē eſt arbitraria: vt l. in actionib⁹. ff. de in
litē iur. & ideo ęquiparať actioni bonę fidei. Vel
6 aliter, † & melius: & iſta eſt veritas, ſicut Deus eſt
Deus. Quędā occurrūt pendēte iudicio, quæ poſ-
ſunt peti ex natura actionis propoſitæ: tunc poſ-
ſunt iſta expediri p officiū iudicis deſeruiētis illi
actioni: vt d. §. itē ſciendū. & l. nō ſolùm. Quædā
emergūt pēdente iudicio, quæ in natura actionis
ꝓpoſitę nō veniūt: vt in caſu legis noſtrę. nā vſu-
ręhic debenť ex ſtipulatiōe vſurariū, nō ex natu- c
ra actionis ꝓpoſitæ ad ſortē: meritò p officiū iudi
cis expediri nō poterūt. Caſus eſt hic: & l. Athe-
ius. §. fi. cū ſeq. ff. de aqua plu. ar. & l. ſi qs iuſſum.
§. fi. ff. de dā. infe. Ideo opus eſt alia interpellatio-
ne. Caſus eſt hic. Modo habes intellectū huius le-
gis. modo veniamus ad gl. magnā. ¶ Opp. ꝙ p litē
cōteſtatā fit nouatio, vt dixi: ſed p nouationē tol
litꝛ ōis obligatio: vt l. j. ff. de noua. Inſti. q. mo. tol.
ob. §. ꝑterea. ergo vſurarū ſtipulatio eſt perempta.
7 Hui⁹ timore debetis ſcire † ꝙ triplex eſt ſpēs noua
tionis. Vna eſt nouatio, quę eſt vni⁹ obligationis
in aliā trāsfuſio, atꝙ trāſlatio: & iſta fit duob⁹ mo
dis, p ſtipulationē, & p litis cōteſtati. factā cū alio
animo nouādi. Secūda nouatio eſt, ad obligationē
nouæ qualitatis adiectio: & iſta fit p lit. cōte. con
tra debitorē: & appellať hæc nouatio neceſſaria:
& de hac loquitur iſta l. Tertia nouatio eſt primæ
nouatiōis ad vetere adiectio. & iſta fit p ſentētiā:
nā primę actioni adijciť actio, nō factū ex ſenten-
tia. Videamus ergo de effectu iſtarū nouationum.
De qualibet ponit gl. p ordinē: ideo vide gl. in eo
quod dicit, p nouationē volūtariā decedit ab obli
gatione. Dic plene, vt dixi in d. l. aliam. ff. de noua.
8 † In eo qđ dicit, ꝙ p ſecūdā ſpeciē nouationis in-
terrūpiť ꝑſcriptio: dic plene vt dixi tibi in l. ij. §. fi.
ꝓ emp. Dicā in l. cū notiſsimi. in prin. j. de præſcr.
xxx. an. & l. more. j. de rei vē. In eo qđ dicit de a-
ctione reſciſſoria, quæ perpetuať: dic verū eſt in re
ſciſſoria: ſecus in officio iudicis reſcindēte, vt dixi
plenè ś. ex qb. cau. ma. l. fi. Circa tertiā ſpeciē noua
tionis: in eo quod dicit, ꝙ lata ſentētia ſuper reali
parit vtilē in rem: nō eſt verū, niſi in ſentētia arbi
tri: vt l. ne in arbitris. ś. de arbi. ſec⁹ in ſentētia iu-
dicis: vt l. miles. §. iudicati. ff. de re iu. & ibi dixi. &
gl. tāgit. & dicā in l. actori. j. de iureiur. Item in eo
quod dicit, ꝙ primę actioni decedit p ſentētiā: nō
eſt verū in vſuris. Nā ſi quis vellet prima actione
agere, poſſet agere inſolidum, ſicut prius habuiſtis
no. in l. j. ſi plures vna ſentētia fuerint cōdem.

c ¶ Cùm quæritur. Quid ſi pater dedit tutorē filio ſuo Titium debitorem ſuū, poſtea cōuenitur Titius de malè geſtis, & fit compromiſſum de cauſa: cōdēnať Titius in xxx. pro malè geſtis, & omiſsis: an ſi agit ad debitum patris ſui, obſtet exceptio? vide Specul. in titu. de arbit. §. excipiť. ſed pone.

✻ Pro cōcordia. Aduerte ꝙ Bar. in hac l. quoties. allegatur contrariari per do. Alex. in l. Titia. ff. ſolu. mat. vbi dicit Bart. tenere contrariū eius, quod hic dicit. & in l. omni innouatione. C. de ſacroſan. ecc. Solutionem vnā dat do. Alex. ꝙ aut loquimur in his quę ſunt merè eccleſiaſtica, & quæ nullo modo actiuè ſpectant ad Laicos: vt quia agitur de puniēdo clericum, vel hæreticum, & ſimilia. Et tunc ſiue incidat quæſtio facti, ſiue iuris, nūquam cognoſcit iudex ſecularis: & ita loquiť ca. ſi iudex. de ſent. excō. in vj. & procedat ſecunda opi. ſcilicet, ꝙ incidenter non poteſt cognoſcere: ſi autē actiuè caderet in laicum: tunc procedat alia opi. Bar. in d. l. Titia. cum diſtinctiōe prædicta, quæ fuit originalis Pauli de Eliaza. in Cle. j. de vſuris. Adde prædicta ad Bald. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

LEX II.

LIcet iudice. Quādo eſt petitio generalis, ꝓſecutio ſpālis, & ſentētia generalis, cōtra exceptionē rei iudicatæ, repli
c catio doli obijciť. h. d. ¶ Opp. de l. cū quęritur. [c] &
l. & an eadē. de excep. rei iudi. Sol. Hic cōſyderata
actione generali ꝓpoſita, & ſentētia generali, ob-
ſtat exceptio rei iudicatæ: qa agiť de eodē: ſed con
ſyderata ꝓſecutione, nō agiť de eodē: ideo replica
tio obijciť. ¶ Opp. de l. ſub prętextu. ś. de tranſac.
Solue vt ibi dixi. & l. age. eo. tit. ¶ Opp. j. eo. l. ſi cū
tibi. Solue vt ibi. & illa eſt notabilis determinatio
ad hāc l. ¶ Quęro, qd ſi ſciēter qs omiſit ꝓſeq vnū
articulū? Reſpō. idē: qa pinde obſtat exceptio rei
iudicatę, ac ſi eſſet ꝓſecut⁹. Caſus eſt in l. de reb⁹.
ff. de arbi. qui caſus eſt ſingularis quo ad hoc, ita ꝙ
nō eſt alibi: & ita plenè tractať in iſta materia.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Iudex ſecularis quando poſsit incidenter co-
gnoſcere de cauſa ſpirituali.

LEX III.

✻
1 QVoties. Iudex † incidēter pōt de cauſa ſpirituali cognoſcere, qđ aliàs principaliter nō poteſt. h. d. Hoc eſt verū ſimpliciter, ſecū
dum iura noſtra: ſed de iure canonico hoc eſt limi
tatū. ꝙ hoc intelligať, qñ incidit quęſtio, quæ non
ſit ſpūalis. Nā de quęſtione ſpūali nō pōt etiā inci
d denter cognoſci [d]: vt extra, qui fi. ſint legi. c. lator.
de ordi. cog. c. tuā. Et poſſumus dicere etiā, ꝙ hæc
limitatio eſt vera de iure ciuili vt ś. de ſacroſ. ecc. l.
omni innouatione. vbi feci tibi notare quòd qñ
emergit aliqua quęſtio in ſpūalibus, nō debet ter-
minari ſine cōſenſu epiſcopi: qa in talibu ad eum
debet

✻ P. P A V. P.
d ¶ Cognoſci. Idem Bar. in tract. differētiarum inter. Et in j. colū. notabiliter tenet ꝙ poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis non eſt ſpirituale, ſecundū Bal. in cap. j. quib. mod. feu. amit. tit. ij.

b ¶ Secundùm primam lect. Vide de materia Angel. de Are. Inſtit. de act. in §. actionum. in penul. col.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

debet recurri.& ideo vos videtis,quādo opponiť
exceptio vſuraria,ſemper remittitur probatio ad
epiſcopū.idē in exceptione excōmunicationis. Itē
q̄n emergit cōtentio matrimonij:vt in c.præalle.
& extra,de ſen.excō.c.ſi iudex laicus.li.vj. Tamē
ego cōſueui vobis dicere,ꝙ poteſt eſſe contentio
de matrimonio taliter,ꝙ poteſt expediri per iudi-
cem laicū:quia ego dico,ꝙ ille nō deſponſauit talē
per verba de preſenti:de hoc autē an deſponſauit
eā vel ne?hoc eſt facti,nec eſt ibi aliquid ſpiritua-
a litatis.ª Sed ſi eſſet cōtentio an inter eos potuerit
eſſe matrimoniū,vel an ſint aliqua verba quæ ha-
berent inducere matrimoniū:tunc iſtud eſt ſpiri-
tuale. Ita loquuntur dicta c. Idem dico de vſuris.
Nam ſi eſt cōtentio inter te & me:qa dico inſtru-
mentū factū de duplo in fraudē vſurarū:aduerſa-
rius dicit cōtra. Iſta queſtio eſt ſup facto,& nihil
eſt hic ſpiritualitatis. Sed ſi eſſet cōtētio ſuper ali-
quo cōtractu certo,vtrū eſſet vſura,vel nō:vt pu-
ta in iſtis emptionibus frumēti,quę fiunt ante tē-
pus:in iſtis,& in alijs ſimilibus,tūc ad ep̄m debe-
mus recurrere.& ita loquiť tex.in d.l.omni inno-
uatione.§.allegata.& dixi tibi in l.Titia.ff.ſo.ma.

SIcum tibi. Sententia generalis parit exceptionem
in non proſecutis,ſi tamē ſunt de appendi
tijs proſecutorū.h.d. Hic eſt ſingularis caſus,quē
ita clarè neſcio alibi. ¶ Opp.ſ.eod.l.licet. Solue vt
in vlt.ſol.gl.quę concordat cum ſummario quod
tibi dedi.& tene menti:quia neſcio alibi ita clarè.

b AIudice. ᵇ Delegatus non ſubde-legat, niſi ſit delegatus à
principe.h.d. ¶ Opp.ff.de offi.procon.l.
legatus. So. Hæc regula fallit in legato procōſ. Ra
tio:quia delegatus eſt de cōſcientia legis. ¶ Opp.
ff.quis & à quo ap.l.j.§.j. Sol. Ibi loquitur in dele
gato ad vniuerſitatē,qui poteſt vnā ſubdelegare.
¶ Opp.de auť.ad hęc j.poſita. Sol.vt ibi videbitis
incōtinenti. ¶ Quęro,vtrū iudex delegatus poſt
litē cōteſtatā poſsit ſubdelegare. Glo.in quibuſ-
dam locis videtur dicere quòd ſic,ad ſimilitudinē
procuratoris:vt ſ.de procu.l.neq;. Doc.noſtri di-
cunt cōtra:quia differētia eſt inter procuratorem
& iudicē. Nam per lit.cōteſt.poteſtas iudicis non
plus firmatur,quod apparet:quia poteſt reuocari
etiā poſt litē cōteſtatam vt l.iudiciū ſoluitur.ff.de
iudi.quod in ꝓcuratore nō eſt. Non ſunt hic alia.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Diſpoſitio huius authen.non habet locum de
iure canonico.
2 Delegatus ad vnam cauſam,an poſsit vnum arti-
culum illius cauſę delegare.

ADhæc ſi admini. Pono
caſum ſecūdum gl. ¶ Opp.de l.à iudi
ce. Soluit gl.ꝙ hic loquiť quando iu-
dex vult delegare.reſeruata ſibi ſentētia.& ita cōi
ter obſeruat cōſuetudo,dicit gl. ¶ Vltramō.intel
ligūt aliter,& melius,ꝙ hic nō loquitur de iudice
delegato,ſed de aſſeſſoribus.& ſic intelligitur iſta
auť.vt iudex,q habet ſuos aſſeſſores,poſsit expe-
dire ꝑ ſuos aſſeſſores omnia acta,dūtamē ipſe etiā
interſit. Ita loquiť hic. Iudex vero appellatiōis,&
iudex delegatus,debēt omnia acta ꝑ ſe expedire,
1 non per ſuos aſſeſſores. Sed circa hoc ſunt† variæ
conſuetudines locorū:tamē de iure canonico iſta
auť.non procedit:qa iudex pōt delegare oīa,reſer
uata ſola ſibi ſententia:vt in c.ſup q̄ſtionū.extra,
2 de offi.& pote.iudi.deleg. Item† an iudex delega
tus ad vnā cauſam poſsit vnū articulū illius cauſę
committere. Dic vt extra.de offi.deleg.c.j.in Cle.

SEruus. Seruus nō habet legitimā
ꝑſonā ſtādi in iudicio.h.d.
Et fallit ī caſibꝰ hic poſitis in gl. In ꝑſona
monachi dic vt in auť.cauſa quę fit cū monach.ſ.
de epi.& cle.in ꝑſona filij dic vt in l.j.j.de bo.ma.

CVm debitoris. Contra ſeruum
ex perſona defuncti domini, agi non
poteſt:ſed ſi non defendatur per offi-
cium iudicis actor in poſſeſsionem mittetur.h.d.

c PLacuit. ᶜ Aeq̄tas ſcripta ꝑferť ri-
gori.h.d. Iſtā materiā ex
plicaui tibi plenè in l.j.ſ.de leg.dic vt ibi.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Plena cauſæ cognitio in quibus cauſis adhibe-
ri debeat.
2 Summariè intelligitur quo ad ſolennitatem iudi
ciorum,probationes tamen requiruntur.
3 Semiplena probatio ſufficit in cauſis,quæ non pa e
riunt plenum præiudicium.
4 Plures dilationes dantur ad allegandū remiſsiuè.
5 Iudex an poſsit limitare terminum ad proban-
dum remiſsiuè.

IVdices. In cauſis,in quibus ſen
tētia lata plenū prẹiudi
ciū parit,debet adhiberi plena cauſæ co-
gnitio.h.d.in ſumm.ſ. ¶ Opp.de l.ſciāt.j.de ꝓba.
1 Sol.†Breuiter quędā eſt criminalis cauſa,& in il-
la exigiť pleniſsima cauſæ cognitio:vt d.l.ſciant.
quędā eſt cauſa ciuilis:& in iſta qn̄q; ſentētia quę
ſup ea ferť,plenū ꝑiudiciū parit:tūc debet adhibe
2 ri plena cauſę cognitio,vt hic. Et vbicunq; † repe
ries ꝙ in iſtis cauſis plenū ꝑiudiciū parentibus co-
gnoſcatur ſummariè:intelligiť ſummariè quo ad
ſolēnitatē iudiciorū:probationes tn̄ requiruntur
plenæ:vt extra,de ver.ſigni.c.ſæpe.in Cle.& j.de
naufrag.lib.xj.l.de ſubmerſis. Si verò ſunt cauſæ
3 †quæ nō pariūt plenū prẹiudiciū,tūc requirūtur
ꝓbationes ſemiplenæ.ff.ad exhib.l.iij.§.ibidē.&
l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.de lib.agno.ff.ad
exhibē.l.theſaurus.cū ſimilibꝰ. ¶ Opp.ꝙ non deť
4 niſi vna dilatio:vt l.ſi.ff.de fer. Solu. Hic† loquiť
in dilationibus,quæ dantur ad allegādū:ibi in his
quæ dantur ad probādū. ¶ Quęro,an iudex poſ-
5 ſit limitare terminū† ad ꝓbandū,ſeu proponēdū
exceptiones. Cy.tractat hic Dy.in c.indultum.de
reg.iu.li.vj. Dixi vobis plenè in l.ij.ff.de re iudi.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞Productioni teſtium,vel inſtrumentorum,an
renunciari poſsit:& valeat renunciatio.
2 Pactum quòd contra inſtrumentum non poſsit f
probari,niſi per inſtrumentum,non valet.
3 Allegationibus iuris,q̄n quis poſsit renunciare.

IVbemus. Opp.de l.ſi.ff.de
fer. Gloſſa dicit,
hic in dilationibus,quæ danť abſenti:
ibi præſenti,& petenti. Truſſa eſt. Tu
dic ꝙ hic loquitur in dilationibus,quæ dantur ad
allegandū:ibi in his quę dantur ad probandū. Itē
ſcias ꝙ vſus nō approbauit ꝙ dentur tot dilatio-
nes ad probandū,ſeu allegandū. Et,vt dixi vobis,
nō ponitur iſta ſolennitas in numero ſolennitatis
ſubſtantialis:ita ꝙ eius omiſsio vitiaret ſententiā:
1 vt dixi vobis in l.prolatam.j.de ſen. ¶ †Quæro,ſi
d aliquis renūciauit ᵈ productioni teſtiū,vel inſtru-
mentorū,an hęc renūciatio valeat. Iſta auť.vide-
e tur ꝙ ſic:ibi allegationibus ᵉ renūciauit. Glo.deter
minat contrarium,videlicet ꝙ non valeat renun-
ciatio.& hæc auť.loquitur in allegationibus iuris.
Vide gl.quæ eſt vna noua glo. Contrarium huius
videtur notari in corpore vnde hęc ſumiť.& Iac.
de Aret.tenet contrariū,& etiā Cano.vt extra,de f
teſtib.c.de teſtibus.& iſtud quotidie obſeruatur
in iudicio:ergo quis poteſt renūciare ſuis proba-
tionibus:ſed extra iudiciū talis renūciatio nō va-
2 let:vt not.in auť.vt ſine prohi.ma.de.& cre.§.qa
f verò.†Et illa pacta quæ ſępe ᶠ quotidie apponū-

a ¶Spiritualitatis. Adde quæ poſui in l.Titia.ff.ſol.matrimo.
b ¶ A iudice. Quis poſsit delegare,& ſubdelegare?vide latè Specu.in tit.de
iudi.deleg.§.iam nunc dicendum.vſq; ad §.ſeq. Ex oppoſito,an delega-
tus à principe,& an delegatus inuitis partibus,& etiam delegatus Papæ.
Et quid ſit officium delegati,vide Specu.in tit.de offic.delega.§.ſequi-
tur.& quid poſsit
facere,& an coërce
re,vide latè in d.§.
ſequitur. Et quid ſi
eſt delegata cauſa
pluribus:an vnus
poſsit conſocio cō
mittere vices ſuas,
& conſenſum,vide
ibi latè formā com
miſsionum.

*P.P.A.V.P.*

b ¶A iudice. Iſtam
legem inquantum
loquitur de dele-
gato principis,li-
mita vt ſolùm pro
cedat in delegato
ſupremi principis.
Secus in delegato
ducis vel marchio-
nis. Ita ponderat
Bart.ab Imol.in l.
iij.§.j.in fine.ff.de
damno infec. Nota
tamen ꝙ delegatus
inferioris à prin-
cipe poteſt ſubde-
legare actum non
iuriſdictionalē,li-
cet nō poſsit iuriſ-
dictionalē ſecun-
dum Panor.conſi.
lxj.in iij.col. Vide
de materia Feli.in
c.cum Bertoldus.
in vj.col.de re iud.
& in c.ſi pro debi-
litate.de off.deleg.
& ibi in ij.colū.tan
git ſi delegatus nō
haberet neceſſaria
requiſita à iure,an
poſſet ſubdelegare
alteri etiam non ha
benti:vide etiā ibi
latè Deciū in ma-
teria. An autē poſ-
ſit ſubdelegare v-
num articulum,po
nit etiam Feli.in c.
ſup quæſtionū.in
prin.ad fi.& princ.
ſeq.de offic.deleg.
& in §.illud.ponit
latè an & q̄n dele-
gatꝰ inferioris poſ-
ſit ſubdelegare.

*P.P.A.V.P.*

c ¶Placuit. Vide de
materia Felin.in c.
ij.in princ.extra,de
re iudica. Et intel-
lige quando æqui-
tas eſt ſcripta poſt
rigorem. Secus ſi
æquè. vide Socin.
in l.ſi tibi.in viij.
notab.ff.ſi cer.pet.

*P.P.A.V.P.*

d ¶Renunciauit. De
hac materia an par
tes per pactum poſ
ſint ſibi reſtringere
facultatem, vide
Alex.in cō.cccj.ad fi. An autem tunc ſit ſuccurſum aliquo remedio,vide
Ro.ſingulari ccj.inci.dubium eſt an valeat contractus. Vide etiam de ma
teria Cepol.cautela cclxxij.& duabus ſequen. Vide in Bertachino in ver.
pacta inter debitorem.in viij.c.vide omnino Feli.in c.ij.in vlt.col.extra,
de proba.vbi etiam ponit quid in ſtatuto:& quòd terminus datus ad pro
bandum & proba
tum habendū non
trahatur ad allega-
tiones iuris, vide
Alex.cōſi.ccxliij.
incip.quòd valeat
cum iuramēto. Vi
de etiam Iaſ.hic,&
Felin.vbi ſ. In con
trarium vide Bar-
bat.in rubr.extra,
de probat.in xvij.
col.& ſeq. Pro pri-
ma opinione vide
Alexā.conſil.cij.in
v.volumi.

e ¶Allegationibus.
Sed quid ſi ſimpli-
citer renunciauit al
legationibus:an vi
deatur renūciatum
allegationibus iu-
ris,vel facti, vide
Ioan.And.in addi.
ad Spec.in tit.de re
nuncia.§.j.& Pau.
de Caſt.hic.

*POMATES.*

f ¶Quæ ſępe. In cō
trarium videtur fa
cere text.in l.te-
ſtium.C.de teſtib.
& ibi Bald.iuncta
regula,quod quæ
poſſunt fieri per le
gem poſſunt fieri
per pactum.gloſſ.
in l.non impoſsi-
bile.ff.de pactis.
Solu.patet ex di-
ctis per Barto.in l.
omnes populi.in
vj.colū.in fin.ff.de
iuſtitia & iur.& vi
de Alexan.conſi.l.
col.j.volu.ij.Felin.
in ca.ij.de probat.
col.pen.& fin.

*P.P.A.V.P.*

¶Quę ſæpe. Vide
Ang.conſilio ccc-
xxviij.incipien.ex
themate quatuor
dubia oriuntur.in
ſecundo dubio.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a POMATES.¶Nulli.Limita iſtam l.vt per Oldra. cõſi.xvij.col.
iij.& nota ꝙ qui eſt iudex cauſæ preparatæ.& vide Bart.in c.ij.col.iiij.de
offi.deleg.& Alexan.conſi.cxcvj.colũ.ij.in fi.vol.ij.& conſi. lxiij. vol.iij.
a P. P A V. P.¶ Nulli. Ad materiam vide Bart.in l.j.ff.de offic.
conſul.vbi ponit multas quæſtiones. Et ad materiã vide quod dicit Bal.
in l.caſus.ff. de ſe-
nato. quòd licen-
tiatus in ſtudio Pa
pienſi non potuit
doctorari in ſtu-
dio Bononiẽſi. Et
ad intelligentiam
hui⁹ materiæ quòd
continentia cauſæ
diuidi non debeat,
vide multa per do.
Franc. conſi. xxix.
in antepenul. col.
vſq; ad finem.
b ¶Examinari. Li-
cet continẽtia cau-
ſæ nõ debeat diui-
di, intelligitur ſem
per, niſi diuiſio eſ-
ſet neceſſaria: vt
eſt caſus not. in l.
nam & ſi ſur. ff. ſi
cer. pet. vt puta, ſi
pecunia quam de-
di mutuo in parte
ſit cõſumpta: quo-
niam tunc ante par
tẽ conſumptã, &c.
Secũdò limita iſtã
regulam non habe
re locum. ſi reus
non opponat: quia
ad hoc vt procedat
iſte tex. requiritur
ꝙ pars opponat.
Iſtud fuit ſingula-
re dictum Inno.in
c. cùm M. Ferrar,
de conſtitu. adde
Bal.in terminis in
authent. ſed nouo
iure.C.de ſer.fugi,
& Bald. in c. j. de
contro.feud. inter
pa.Et ad limitatio
nem vide Bald. in
c. de inueſtitura in
mari facta. Tertio
fallit, quando pe-
titur coram iudi-
ce, qui non habet
iuriſdictionem vl-
tra partem petitã.
Ita ſingulariter di
xit Bartol. in l. in
commodato. in §.
duabus.ff.commo,
& vide quæ dixi
in margine mei co
dicis, in hac l.
c ¶Properandum.
An in executioni-
bus ſit dare inſtan-
tiam, vide Bart.&
Paul. in l. litibus.
de agrico. & cenſi.
lib.xj.
P. P A V. P.
c ¶Properandum.
Circa materiã iſtã
habes tractatũ per Soci. Item iſta lex eſt aliter limitata per ſtatutum Pa-
pieñ. vide in primo ſtatuto cauſarum ciuilium, in j.cap.

tur in inſtrumẽtis, quæ dicũt promittentes, quòd
cõtra inſtrumẽtũ nõ poſsit probari, niſi per aliud
inſtrumẽtum, nõ valent: vt not.in d.§.quia verò.
3 ¶ Itẽ illud quod gl.dicit,† ꝙ allegationibus iuris
pôt renũciari: intellige quãtũ ad hoc, vt ſibi vlte
rius nõ ſtatuatur terminus ad allegandũ: & nõ ſit
qui imputet iudici.tamẽ renũciatio non impedit
quin ſcilicet, ſemp poſsit allegari: qa illis non pôt
renũciari: vt l.ornamẽtorũ.de au.& arg.leg.& de
interrog.act.l.cõfeſsionibus.de leg.j.l.nemo pôt.

*SVMMARIVM.*

1 Cauſæ continentes quæ dicuntur, ad hoc vt
non poſsint agitari coram diuerſis iudicibus.
2 Ratio conuentionis, & reconuentionis, impedit
cauſas agitari, coram diuerſis iudicibus.

a NVlli. [a] Hęc lex loquiť duob⁹ mo
dis principaliter. dicit bre-
uiter: Cauſę cõtinẽtes nõ debẽt coram
1 diuerſis iudicibus diuidi. h.d. ¶ † Ad
euidentiam debes ſcire quòd cauſæ dicuntur inui
cem continentes quandoq;: quia ſub vna actione
generaliter plures ſpecies, & plura capitula conti
nentur. Hoc modo hic intelligitur hæc lex in ſe-
cunda gl. huius legis. Alio modo dicuntur cauſæ
cõtinẽtes: quia ſuper eadẽ re, licet diuerſis actio-
nibus agatur: vt petitoriũ, & poſſeſſorium. & iſto
modo loquitur prima gl.magna. Et iſta diuiditur
in quatuor: vt in ea patet. Redeo ad primã gloſ. &
prout hæc lex loquiť in petitorio, & poſſeſſorio.
Hæc lex loquitur quatuor modis. Primo modo
ponitur hic caſus, ꝙ hic impetrauit vnũ iudicem
ſuper petitorio: aliũ autẽ ſuper poſſeſſorio. Certè
hæc lex nõ poteſt eſſe vera in ſe, propter duas ra-
tiones. Primò ne cauſæ cõtinentiæ diuidantur, vt
hic. Secũdò propter naturã cõuentionis & recon-
uentionis, quæ vult ꝙ fiat corã eodẽ iudice: vt l.
cùm Papinianus. & auť. & cõſequenter. j. de ſent.
tamẽ hæc lec. nõ cõgruit literæ propter tex. in fi.
qui loquitur de eodẽ impetrãte. vide tex, Secũdo
modo legitur in eodem impetrante, ꝙ hoc facere
non poſsit. ¶ Sed contra hoc opp. ꝙ cauſa poſſeſ-
b ſionis, & proprietatis, non pôt ſimul examinari: [b]
vt l.incerti. j. de interdic. Sol. Intellige hic de poſ-
ſeſſorio recuperãdæ, vel adipiſcẽdæ poſſeſsionis,
vel etiã retinẽdę, in caſu, in quo poteſt cõcurrere
cum petitorio: vt dixi in d.l.incerti. & iſta lec. eſt
bona. Alij dicunt, ꝙ lex, incerti. præcipit cauſam
poſſeſsionis prius examinari, vel terminari: ſed
tamen non impedit quin cognoſcatur ſimul. Iſta
nõ eſt vera eo caſu quo eſſet cõtrarietas inter poſ-
ſeſſoriũ & petitoriũ: vt ibi dixi. Alij dicunt, & iſta
eſt quarta lect. ꝙ finito iudicio ſuper cauſa pro-
prietatis, volebam impetrare alium iudicem ſuper
cauſa poſſeſsionis, vel ecõuerſo: quod nõ poſſum.
¶ Sed contra hoc opp. ꝙ hoc poſsim finito iudi-
2 cio: vt j. de ſen. auť. & cõſequenter. So. † Ratio cõ-
uentionis, & recõuentionis impedit cauſas agita-
ri coram diuerſis iudicibus: prima tamen perit, vt
in contrario. Sed ratio cõtinentiæ cauſæ impedit
eas agitari coram diuerſis iudicibus, etiam prima
finita. Ita loquitur hic, & ff. de quibus rebus ad
eundem iudicem eatur. l.j. hic non habetis alia.

*SVMMARIVM.*

1 Diſpoſitio huius legis eſt correcta de iure Ca-
nonico, & in terris eccleſiæ non ſeruatur.
2 Tempus inſtantiæ an poſsit de conſenſu partium
prorogari.
3 Tempus inſtantiæ cauſæ appellationis, proroga-
tur per compromiſſum.
4 Pactum, per quod inſtantia prorogatur, non fir-
matur etiam iuramento.
5 Cautela vt poſsit inſtantia cauſæ prorogari.
6 Sententia lata extra inſtantiã quando, & quibus
caſibus teneat.

c PRoperandum. [c] Hæc eſt nota
bilis deciſio. Primò ponit ſtatutũ ſuũ,
in quo limitat tẽpus inſtãtiæ. Secundò
punit actorẽ contumacẽ. Tertiò reum cõtumacẽ.
Quartò iudicẽ negligentẽ. Quintò aduocatos ne-
gligẽtes. Sextò tutores & curatores. Secunda ibi:
in §. & ſi quidem. Tertia ibi: ſin autẽ reus. Quarta
ibi: in §. ſin autẽ alterutra. Quinta in §. illo procul
dubio. Sexta in §. ſi vero cauſę. ¶ Venio ad primã,
quæ videtur dicere: Inſtantia cauſæ ciuilis durat
triennio, exceptis cauſis fiſcalibus, & publicarum
d functionum [d]. h.d. Et diuidiť iſtud principium. Et
primò ponit procœmiũ. Secũdò ponit ſtatutũ. Ter
tiò exceptionẽ. Quartò recepilogat præcedentia.
Quintò reſpõdet cuidã tacitę obiectioni. Secunda
ibi: cenſemus. Tertia ibi: exceptis. Quarta ibi: ſed
omnes. Quinta ibi: hoc enim. ¶ Opp. j. e.l. §. ſin
aũt in medio. Sol. quod hic dicit, fallit ibi. ¶ Opp.
j. vt intra cer. tẽp. quęſtio cri. ter. l. fin. Sol. quod di
cit hic, fallit ibi. & in alijs legibus hic enumeratis
in gl. quas vide p temetipſum. ¶ Opp. & videtur,
ꝙ minus tẽpus ſtatuiť: vt j. quõ & qñ iud. auť. qui
ſemel. Glo, videtur hic velle, & j. proxi. §. quod p
illã auť. hæc lex in aliquo mutetur. quod nõ eſt ve
rum, vt dicã j. proxi. §. & ideo quendã diſtinctio-
nem quam gl. hic ponit, omitto: quia cadit melius
j. proxi. §. ¶ Item opp. j. de tẽp. app. auť. ei qui ap-
pellat. Sol. Hic loquiť in tẽpore cauſę principalis:
ibi in tempore cauſæ appellationis. ¶ Opp. extra,
1 eo. c. ſignificantibus. Solutio. † De iure Cano. iſta
lex eſt correcta: quia inſtantia litis non perit triẽ-
nio: ideo illa obſeruatur in terris eccleſiæ: hęc ve-
rò obſeruatur in terris Imperij. ¶ Circa hanc legẽ
2 quæro de duobus. Primò † an iſtud tempus inſtan
tię poſsit de conſenſu partiũ prorogari. Glo. dicit
ꝙ nõ: quia iſtud eſt introductũ propter publicam
vtilitatẽ: ex rationibus poſitis hic in principio le-
gis & ius publicũ pactis priuatorum, &c. Ita dicit
gloſſa. cõtra hoc videť tex. j. de tẽp. app. auť. ſi tñ.
Dicũt quidã ꝙ iſtud tempus inſtantię non poteſt
prorogari paciſcẽdo ſimpliciter, vt hic: ſed cõpro-
e mittẽdo ſic [e]: vt lege cõtraria. Alij dicũt, ꝙ tempus
inſtãtiæ cauſæ principalis, non pôt prorogari cõ-
3 promittẽdo. ſecus † in inſtãtia cauſæ appellatiõis:
vt lege contraria. & iſtud videť hodie canonizatũ
extra, de appel. c. quãdiu. in cle. ¶ Ex prædictis ap
4 paret, † ꝙ iſtud pactum de prorogãdo termino in
f ſtãtiæ, cum ſit cõtra publicã vtilitatẽ [f] nõ poſſet iu
ramento firmari: vt extra, de fo. cõpe. c. ſi diligẽti.
5 ¶ Sed vidi adhiberi † talẽ fraudẽ, ꝙ vna pars pro-
mitteret alteri hoc nõ allegare, ſcilicet ꝙ tẽpus in
ſtantię ſit peremptũ. tamẽ iſtud nõ releuaret: quia
iudex ipſe videns inſtantiã peremptã, non debet
dare ſentẽtiã: quia nõ valeret, ex quo inſtãtia iam
eſt perẽpta. arg. eorũ quę dicta ſunt ſ. vt ꝗ deſunt
aduo. per l.j. qs ergo eſſet modus? Cogito ꝙ vnus
modus ſit tãtũ ſcilicet ꝙ de nouo renoueť inſtãtia
g vno ictu [g], oĩa repetendo, ſcđm qđ no. in ſimili in
l. mutari. ff. de procu. Prędicta intellige, niſi aliud
obſtaret: vt qñ eſt talis cauſa, in qua perẽpta inſtã
tia eſſet perẽptũ ius: vt in actiõe de dolo, & ſimi-

c. de cauſis. de offi. deleg. in fi. chartę. qui Barb. reprehendit Imo. & con-
cordat. & melius vide in ſuo cõſi. lxvij. vbi plenè loquitur. Et poſſet capi
talis concor. per eundem in d.c. de cauſis. vt prima opi. loquatur in prima
inſtantia, in qua nõ eſt tantum periculũ. in d. auť. loquatur in cauſa appel
lationis. Et iſtã videť ſentire ipſe Bar. in auť. ei qui. C. de appel. adde ad
not. in l. Seius & Augeri⁹. ff. ad l. fal. poſt Barto. & alios domi. Alex. conſil.
xxiiij. in iiij. vol.
P. P A V. P.
d ¶Functionũ. Vi-
de ad hoc Comen.
cõſi. lxxj. in princi.
vbi vult idẽ eſſe in
camera fiſcali do-
mini marchionis,
de quo ibi quid in
fiſco principis. Itẽ
circa iſtã materiã
ad faciendũ quòd
inſtantia non laba
tur triennio, vide
Cepol. cautela lxij.
Itẽ limita ꝙ inſtã-
tia nõ pôt tranſcẽ-
dere terminũ niſi
eſſet appellatũ ab
interlocutoria, quę
cauſam diſtuliſſet.
vide Pau. de Caſtr.
cõſil. xxix. ad finẽ.
Item limita iſtud
nõ ꝓcedere in in-
ſtantia cauſæ emer
gentis, qa non finiť
triẽnio, ſed eſt ꝑpe
tua ſecundum Ro.
ſingulari cclxxix.
inci. nunquid inſtã
tia. Curt. hic poſt
princip. & Aret. &
Iaſ. hic colũ. ij. poſt
Alex. Itẽ nunquid
valeat ſentẽtia lata
poſt terminũ præ-
fixũ iudicij per ſta-
tutũ ad cauſę expe
ditionẽ. Itẽ an va-
leat poſt terminũ
præfixũ nõ iudici,
ſed cauſæ. Item ſi
ſtet per iudicẽ, an
currat tẽpus, vide
Pau. conſil. cccxx-
viij. & j. in §. ſin au
tẽ vtraq;. Nũquid
autẽ lapſo triennio
inſtãtia finiať ipſo
iure in totũ, adeò
vt ius partis tollať,
vide Bald. in c.j. in
iij. col. ſi de inueſt.
inter do. & vaſal.
lis oriť. Quid autẽ
ſi ꝑpter ſubterfu-
gia partis inſtantia
labať, an detur re-
ſtitutio, vide j. in
§. ſin autem vtraq;.
e ¶Cõpromittendo
ſic. Et vide Spec. in
ti. de offi. dele. §. re
ſtat. verſi. ſed nun-
qd de tpe triennij.

Pro concordia aduerte quòd inſtantia cauſæ principalis pacto nõ proro-
gatur, ſecundùm Bar. in hac l. properandum. in princ. Contrarium tenere
allegatur in auť. ſi tamen. C. de tempo. appel. de quo per Imol. & Barb. in

f POMATES. ¶Vtilitatẽ. Præfixio ergo inſtantiæ eſt de iure pu
blico. & vide quid Alexan. inferat ex hoc conſi. l. col. ij. ad fin. volu. ij. &
vide etiam Soci. conſi. xxiiij. aliàs xiij. col. x. vbi ponit, an per procurato-
rem poſsit fieri prorogatio.
g ¶Vno ictu. Adde quod Aret. in cap. cauſam quæ. de iudi. colũ. fin. alleg.
libus:

& ſequitur dicta Bart.hic.

a ✠ P. P A V. P. ¶ Quòd nõ. Ad idem vide Comen.cõſi.xvij.inci. Hieronymus de Biſcherijs.in ij.col.circa finẽ. Vide Fel.in c.pen.de iudi. in vj.col.in c.de cauſis.col.iij.de offi.deleg. Itẽ adde ꝙ licet tẽpus inſtantiæ principalis nõ poſsit prorogari:ſi tamẽ iudex ꝓnũciauit de volũtate partiũ tẽpꝰ nõ currere, interim nõ valere, labereř inſtã-tia, vide do. Anto. conſi. xliiij.ꝑ totũ. & loquitur etiã ſi defenſor cauſę fuit ille qui cõſenſit, ne tẽpus laberetur. In contrariũ vide qđ dicit Iaſ.in iſta lege, in pri.in v.col. Item quõ ſentẽtia lata poſt inſtantiã poſsit valere, vide Feli.in c.de cauſis. in iij.colũ. de quo ſ. & Barba. ibi in pe.& vlt.colum.& Deciũ ibi colũ.viij. Itẽ ꝙ nõ poſsit ferri ſententia perẽpta inſtantia ſup meritis cauſæ, etiam ſi lapſus inſtãtiæ nõ opponař, vide Alexan.conſil. xxxix. vol.v.in princi.Et qñ ſtatutum imponit pœnã, an poſſit iudicari poſt inſtantiam, vide in d. c.de cauſis.ꝑ Dec.

libus:quia tunc nõ eſſet faciendũ. ¶ Quero, quid 6 ſi ſententia ſit lata poſt trieniũ, † an teneat? Glo.dicit ꝙ nõ:[a] vide iſtã gl. Contra iſtã determinationẽ opp.ſ.vt omnes cauſæ tam ciuiles quã criminales l.j.in fi. ¶ Pro huius declaratiõe debes ſcire quędã quæ hic tãguntur per Cy.licet nõ perfectè tamen perfectius per do.Old.in quadã ſua diſputatione, quandoq; tẽpus ſtatuitur parti, quandoq; iudici, quãdoq; inſtantiæ, qñq; actioni. Primo caſu, quando tempus ſtatuitur parti:pars non audiatur poſt tẽpus:vt l.peremptorias.j.ſen.reſcindi non poſſe. b Quandoq; tempus ſtatuitur iudici[b]:tunc aut ſtatuitur iudici tẽpus, & iuriſdictio:& tũc finito tẽpore iudex nõ poteſt aliquid facere:vt l.ij.§.ſed ſi iudex.ff.eod.j.quomodo & qñ iud.l.ſi vt propoſitis.laij.Si verò tẽpus ſtatuiř iudici tantũ:tunc qđ iudex facit poſt tẽpus valet, ſed ipſe punietur:vt d.l.j.i fi.ſ.vt omnes cau.tã ciuil.quã crimi.& ideo aduertas ad verba ſtatuti:qa,vt vides, differt multum. c Quãdoq; tẽpus ſtatuiř inſtãtiæ[c]:tunc illud, d quod iudex facit finita inſtãtia, non valet[d]:vt hic, cum gl. Ratio, quia ſentẽtia nõ valet, niſi præcedãt acta ſolẽnia ad ſententiã:vt l.prolatã.j.de ſen.ſed perempta inſtantia pereũt omnia acta pertinentia ad ordinationẽ:vt l.cum lite.ff.iudi.ſolui.vt vide bitis j.proxi.§.Ergo apparet ꝙ ſententia lata fini to tẽpore, fertur ſine libello & litis cõteſtatione: ergo nõ valet. Facit ad hoc ff.de excuſ.tuto.l.ſcire oportet.§.cõſequens.& quod ibi no.ꝑ doctores. Quãdoq; tẽpus ſtatuiř actioni:tunc nõ eſt dubiũ, ꝙ finito tempore finiatur actio:vt l.ſi.ſ.de dolo. & l.ſuperuacuam.ſ.de temp.appel.cum ſimilibus.

✠ P. P A V. P.

b ¶ Iudici. Vide etiã Feli.in c.pœnæ.in vj.col.de iudic. Vide etiam Feli.in c. pen.in pen.col.de conſti.in c.de cauſis.de offic.delega. col.pen.vbi limitat, niſi eſſet impoſita pœna iudici permittẽti labi inſtantiam. De quo etiã vide Alexã.in iſta lege, in princi. col.vlti.

c ¶ Statuitur inſtantiæ. Vide Specu.in tit.de offi.deleg.§. reſtat. verſi.ergo ſi inſtãtia.aliàs ſtatuto. Adde Pau.de Caſt.cõſi.cccxxxviij. Abb.conſi.xvj.ij.lib. Et in materia adde, & vide per Aret.in c.venerabilis.de iudi.aliter diſtinguentem.

## S V M M A R I V M.

1 Tempus inſtantiæ in cauſis, in quibus lis conteſtatur, incipit currere à die litis conteſtatæ, in alijs ab ea die qua cœpit tractari de cauſa.
2 Prope finem triennij, dicitur per ſex menſes.
3 Pupillus dicitur proximus pubertati, quando eſt prope ſex menſes.
4 In cauſa ſemper proceditur ad inſtantiam petentis, etiam altera parte abſente.
5 Eremodicium actore abſente contrahitur.
e ¶Perdat actionem. Circa iſtā materiā an verba præſentis vel præteriti tēporis importent ipſo iure, vide Pano. in c. ſi diligenti. extra de foro cōpet. in ij. col. & vide Roma. ſingu. iij. Anto. de But. conſi. iiij. Vide Ang. cōſ. xxxvj. inci. in dei noīe. in vlt. col. vbi limitat illud ꝙ verba primitiua futuri tpis requirunt ſentētiam poſt ſe, vt procedat in verbis diſpoſitiuis: ſecus in conditionalibus, vt ibi per eum, qui etiam limitat aliter. Itē pro ſingulari limitatiōe huius materiæ. vide Ang. oīno cōſi. cccxxiiij. inci. illuſtris & magnificus dn̄s. ad fi. Itē circa practicā hic poſitā vide Roma. cōſi. cclxix. in vlti. col. Itē ꝙ verba futuri tēporis prolata à teſtatore, puta, priuetur hæreditate: importēt ipſo iure, vide Bal. in l. j. in vij. col. C. de his quæ pœnæ no. Frāc. Crem. ſingulari vij. refert Soci. in ca. Rodulphus. in verbo, verba. extra, de reſcri. dicēs Bal. hoc nō dicere. Item vide in materia quę ſcribit Feli. in c. ij. col. j. extra, de reſcrip. Item an illa verba, actus nō valeat: importēt ipſo iure, Bal. in l. vniuerſas. ſ. de preci. Imper. offe. cū apoſtilla

1 eſt hic ſingulare: & †ſic licet mutauit domiciliū,
a tū poteſt conueniri[a] in loco vbi habebat domici-
b lium[b]. ¶ Quæro, vtrū per †ſtatutū poſsit fieri, ꝙ
2 reus ſequat̃ forū actoris. Breuiter inter ſuos ſub-
ditos, poteſt facere ſtatutū quod vult. Sed ꝙ quis
poſsit ſtatuere, ꝙ homo non ſuæ iuriſdictiōis te-
neatur in foro actoris. Rn̄. hoc non pōt: quia ciui-
tas non poteſt facere ſtatutū de his quæ ſuæ iuriſ-
dictionis non ſunt: vt j. eod. tit. l. fi. & ego exami
no plenè in l. cunctos populos. & l. omnes populi.
quia vtraq; pono &c.

LEX III.

c PRiuatorū. [c]Priuatorū conſenſus nō dat iuriſdictionē. h. d. ¶ Op. j. e. l. fi. & ī aut. de defen. ciuita. circa prin. & §. j. Solu. Conſenſus priuatorū nō dat iuriſdictionē, vt hic: ſecus in conſenſu alicuius collegij, vel vniuerſitatis: vt in contra. ¶ Quæro, an ſtatim facta electione, qs habeat iuriſdictionē antequā ingrediat̃ officiū. Gl. dicit, ꝙ ſic. De hoc dic vt dixi in l. Publius. in prin. de cōdi. & demō. & de teſt. mil. l. pen. &c.

NEmo poſt. Ordinarius non poteſt recuſari. nec pōt ante diffinitiuā ſnīam appellare. h. d. An poſsit recuſari iudex ordinarius, vidiſtis in l. apertiſsimi. ſ. de iudi. &c.

*SVMMARIVM.*

1 Reus in vetito examine quomodo poſsit trahere actorem.
2 In pœna hui⁹ l. habet locū pn̄ia vſq; ad ſentētiā.
3 In pœnis legalibus habet locum pœnitētia vſq; ad ſententiam. Fallit in l. j. ſ. de plus peti.
4 De qua ſententia hic intelligatur.
5 An pœna huius legis inferat̃ ipſo iure, vel habeatur pro condemnato.
6 Pœna huius legis an in eadem inſtantia, vel in alio iudicio auferatur.
7 An agi poſsit condictione ſine cauſa, contra trahentem in vetito examine, vt liberet tractum.
8 Practica quō pronūciabitur contra trahentem, in vetito examine, in ſententia diffinitiua.

IN criminali. Hęc eſt bona, & ſingu
d laris lex.[d] Et breuiter dicit. Qui alium
in vetito trahit examine, perdit cām.
h. d. Recitemus apparatū noſtrū per quæſtiones.
1 ¶ Quærit glo. quō †reus pōt trahere actorē in ve-
tito examine. Dicit glo. fortè ſi reus cōminet̃, & ſi
ſub tali iudice nō agat, & ſic per metū, vel per do-
lū eū ad hoc cōpellit. hoc ſatis placet. Tu aūt po-
ne exempla magis clara. Sunt qdā caſus in quibus
reus trahit actorē ad iudicē. verbi gratia, in l. diffa-
mari. j. de inge. ma. vel facit reus actori ſtatui ter-
minū ad agendū. vt habuiſtis no. ſ. in l. j. vt nemo
inui. agere cog. j. qui accu. nō poſ. l. ea quidā. l. Ti-
tia. ff. de accuſ. facit quod habuiſtis in l. iij. qui bo.
2 ce. poſ. & qđ ibi dixi. ¶ Quæro ſecūdò †quid ſi a-
ctorē poſtea, vel reū pœniteat. Dicit glo. ꝙ ſi eum
pœnituit ante ſnīam, indulget̃ ei, vt actionē non
perdat, nec pro confeſſo habeat̃: vt l. quāuis. ff. de
in ius voc. Quidā Vltramōtani reprehēdūt: vt re
3 fert Cy. Tu dic glo. dicere verū: qa †in iſtis pœnis
legalibus eſt locus pœnitētię vſq; ad ſententiam:
vt l. qui cū maior. §. accuſaſſe. de bo. li. & l. in ſerui
tutē. §. petiſſe. eo. tit. Et no. pe Dyn. in l. amplius.
ff. rem ra. ha. Fallit in caſu l. j. ſ. de plus pe. vbi vſq;
ad lit. cōte. tātum eſt locus pœnitētiæ. Ratio, quia
4 ibi in duobus deliquit. ¶ Sed quæro: †dicitur hic
ꝙ ante ſententiā pōt pœnitere. de qua ſentētia lo
quitur hic. Puto ꝙ intelligat̃ de ea ſentētia ꝙ̃ finit
iudiciū primū, in quo qs fuit tractus in examine
vetito. De hoc dicā ſtatim clarius. ¶ Quæro vtrū
e actor perdat actionē[e] vel reus habeat̃ ꝓ †cōdēna-
5 to ipſo iure, vel expectet̃ ſentētia. Gl. dicit, & bn̄,
ꝙ ſentētia requirit̃: qa tex. dicit mulctet̃, nō mul-
ctat⁹ ſit. Simile in l. iubem⁹. §. œconom⁹. de ſacro
ſan. ecc. & de pœ. iudi. q ma. iudi. aut̃. nouo iure. &
aut̃. qui ſemel. j. quō & qn̄ iud. & in multis ſimi-
6 lib⁹. ¶ Sed q̃ro, vtrū †hoc fiat in eadē inſtantia, an
opus ſit nouo iudicio. Gl. videt̃ ponere vtrāq; pra
cticā, vel ꝙ fiat noua īſtātia cōdictiōe ex hac l. vel
f in ipſa ſentētia diffinitiua ſentētiabit̃,[f] cōtra vo-
cātē in vetito examine. vide gl. ſup verbo, habeat̃.
quaſi circa fi. In eo qđ gl. dicit, ꝙ reus cōdēnatus
poſt cōdēnationē agit cōdictiōe ex hac l. nō vr̄ ꝓ-
cedere. Aut em̄ reus vocat⁹ in vetito examine, nō
oppoſuit exceptionē iudicis incōpetētis: & tūc vr̄
iuriſdictionē ꝓrogare: vt ſ. e. l. j. & videbitis. j. vbi
de cri. agi op. l. j. & ſic videbit̃ vocat⁹ corā cōpetēti
iudice. Aut oppoſuit exceptionē iudicis incōpetē
tis, & fuit admiſſa: & tūc nō ꝓcedit glo. ꝙ̃ dicit ꝙ
fuit cōdēnat⁹ reus. Aut oppoſuit, & fuit repulſus:
qa iudex ꝓnūciauit ſe eſſe iudicē cōpetētē: & tūc
nō poterit ampli⁹ dicere ſe vocatū in vetitū exa-
mē cū ſemel ſit ꝓnūciatū examē eē idoneū, & iu-
dicē cōpetētē. Rn̄. in primo caſu ſi ponis ꝙ reus nō
oppoſuerit exceptionē incōpetētis iudicis, intelli
git̃ in caſib⁹, in qb⁹ iuriſdictio nō pōt ꝓrogari: vel
qa re⁹ ignorabat: vt no. j. tit. ij. l. j. vel qa iudex nō
hēbat aliā iuriſdictionē ſup illis: vt dixi ī l. j. ſ. eo.
vel qa ipſe re⁹ nō poterat ꝓrogare, vt cleric⁹ de iu-
re cano. extra. de fo. cōpe. ca. ſi diligēti. Scđo caſu
qn̄ exceptionē iudicis īcōpetētis oppoſuit, & ob-
tinuit: qa iudex ꝓnūciauit ſe nō eē iudicē cōpetē-
tē: tūc fateor ꝙ nō ꝓcedit gl. in eo qđ dicit, ꝙ re⁹
fuit cōdēnat⁹: ſed ꝓcedit tex. qa re⁹ habebit cōdi
ctionē ex hac l. vt actorē faciat priuari ſua actiōe.
Et iſto caſu illa erit ſnīa, vſq; ad quā licet pœnite
re. ſ. ſnīa in qua iudex ꝓnūciauit ſe eſſe nō iudicē.
¶ Tertio caſu, qn̄ exceptionē oppoſuit, & fuit re-
pulſus: qa iudex ꝓnūciauit ſe iudicē cōpetētē: tūc
ꝓcedit gl. ſi pōim⁹ iudicē malè ꝓnūciaſſe: hoc em̄
poterat examinari in alio iudicio. in quo agit̃ cōdi
ctiōe ex l. iſta: qa ad aliū finē tēdit, iuxta ea ꝙ̃ dixi
7 vobis ſ. in l. j. de or. iu. ¶ Deīde dicit gl. †ꝙ pōt agi
cōdictiōe ſine cā, vt actor eū liberet. Iſtud nō pla-
cet: qa nō deſijt eſſe obligat⁹ ſine cā, donec condi-
ctiōe ex l. iſta actor ſit in actiōe priuat⁹. Deīde di-
8 cit glo. †dādā aliā practicā. ꝙ in ipſa ſentētia diffi
nitiua ſentētiabit̃ cōtra vocātē in vetito examine.
g Hinc aduerte:[g] ſi actor vocauit reū in vetito exa-
mine, pōt iſta gl. ꝓcedere: qa reo ſupuenit defen-
ſio, pēdente iudicio, quæ ſibi ꝓdeſt ad abſolutio-
nem. Inſtit. de perpe. & tēp. act. §. fi. & l. iuſiurādū
& ad pecunias. §. fi. ff. de iureiur. Sed ſi reus traxit

quā ibi addidi ad Feli. remiſsiuè. Itē latiſsimè de materia, quæ verba importēt ipſo iure & quę nō, vide oīno Feli. in d. c. Rodulphus. vbi ſ. vbi ponit in ſpecie de infinitis verbis: & quid de verbo, non audiatur. de quo ibi vide Alexan. in l. j. §. ſublata. ff. ad Trebel. quem refert Felin. in c. ſedes. in vlt. col. in prin. de reſcrip. an importēt ꝙ excludatur ipſo iure. Sed tenēdo contrarium vt per Feli. ibi, ille tex. probat contrarium. Et de verbo, careat, vide Felin. omnino in c. ex tenore. in antepe. co. de reſcrip. & in dicto verbo, verba. in iij. col. ante finem. Vide etiā in materia Iaſ. in l. fina. C. de iure emphy. vide in eius tabula, ſeu in l. ij. ibidē. Itē de verbo ſpoliari, an importet canonē latę ſentētię, vide Barba. in c. cum olim. in pe. col. de rer. permu. Quid autē de verbo, non valeat, an importet ipſo iure, vide latè Iaſo. in l. vniuerſa. in iij. colū. C. de trāſact. Idem de verbo, irritū ſit, ꝙ nō ſemper importet ipſo iure, niſi ſit iunctum cum alio, puta, irritū & inane, vide Iaſonē ī l. poſtquam. circa finem. C. de pact. vide aliqua per Aretin. in l. ij. §. quid ſi actor. de iureiuran. in j. colū. Quæ importent ipſo iure, licet addantur verbo futuri temporis, vide etiam in materia do. Anto. conſilio xxij. poſt princip. Et pondera eum velle quòd vbi lex dat facultatem aliquem expoliandi propria authoritate, innuit eum eſſe ipſo iure priuatum iure ſuo. Item adde quòd vbi ſunt duo verba ſimul iuncta, puta irritum & inane importent ipſo iure licet adijciantur verbo futuri tēporis, vide Iaſo. in l. non dubiū. in x. notabi. C. de legib. vbi etiam cōtra regulam adducit vnum tex. ſuper quo relinquit cogitandum.

f ❧ *P. P. A. V. P.* Sententiabitur. Vide Abba. latius declarantem has practicas in cap. ſi diligenti. in nona columna, de foro competenti. Et pro ſecunda practica quod coram eodem iudice poſsit peti vt puniatur: dicit Bartolus hic. & Abbas ibi. vide etiam Alexandrū conſilio cix. poſt princip. in verſiculo pro hoc etiam facit in quinta columna ad finem illius verſiculi.

g ❧POMATES. ¶Hic aduerte. Nota ergo, ꝙ in huiuſmodi remedijs, quis dicitur reus, & propterea dixit do. Alex. conſi. ſuo. ciij. volu. v. ꝙ talia remedia intentabit coram iudice ſuo &c.

actorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

actorem in vetitū examinē, nō poteſt in hac diſ-
finitiua reus cōdēnari,vel pro condēnato haberi:
quia ius qđ ſuperuenit actori pēdente iudicio, nō
pōt videri ī iudiciū deductū: vt l.nō pōt.ff.đ iud.

MAgiſteriæ. ᵃMagiſter militū, poteſt cognoſce-
re etiā ſummariè inter milites.hoc dicit.

*SVMMARIVM.*

1 Collegia approbata poſſunt dare ſuis credito
ribus iuriſdictionem.
2 Collegia approbata poſſunt facere ſtatuta de his,
quę pertinent ad eorum iuriſdictionem.
3 Negotiatores quam militiam exercere poſſunt.
4 Milites Florētini,qui militāt cauſa honoris,mer
cantiam exercent.
5 Priores artium an poſſunt cognoſcere de cauſis
publicis.
6 Rectores artium,non habent iuriſdictionem,niſi
in his quæ pertinent ad eorum artem.
7 Vniuerſitas ſcholarium eſt approbata, & poteſt
habere rectorem.

PEr iniquum. Hæc eſt bona
l.Qui ſunt de
aliquo collegio rōne ꝓfeſsionis, iuriſdi-
b ctionē eius q p̄eſt collegio, ᵇrecuſare nō poſſunt.
1 h.d. ¶ † No.ex hac l.ꝙ eſt multū mēti tenēdū, ꝙ
collegia approbata poſsūt dare ſuis rectorib⁹ iuriſ
2 dictionē ordinariā.¶ Ex hoc nota† ꝙ collegia ap
ꝓbata poſſunt facere inter ſe ſtatuta, de his q̄ pti
nēt ad eorū iuriſdictionē. dixi in l.oēs populi. de
iuſti.& iu.¶ Opp.dicit̃ hic,ꝙ illi q ſunt de nego-
tiatione,nō habēt exceptionē occaſione militiæ.
& ſic innuit ꝙ poſſunt eſſe milites.Contra j.nego
tia.ne milicēt in rubro & nigro li.xij.Sol.ītellige
3 hoc† de quadā militia inermi.nō eīn iurabāt ſe nō
euitaturos mortē ꝓ re publica,ſed aliā militiā aſ-
4 ſumebāt,vt faciūt milites Floren.q militāt†cauſa
honoris:nihilominus mercātiā exercēt: & dicūt
5 populares.¶ Op.ſc̄d̄o,† qa ſecūdū hoc iſti Prio-
c res ſeu Capitanei artium ᶜ poſſent cognoſcere de
publi.criminib⁹:vt ibi,tā publicis quā in priuatis
&c.qđ videt̃ cōtra l.j.ff.de off.ei⁹ cui mā.eſt iuriſ.
vbi hoc cōcedit̃ ſolū iudicib⁹ maiorib⁹. Sol. dicit
gl.intellige hic publicis,i.ſocietatib⁹, vt̃ collegijs
illius.& ꝙ dicit priuatis:ītellige quā habēt inter
ſe illi de illo collegio,vel ſocietate,in his q̄ ptinēt
ad eorū artē.&ita obſeruat cōſuetudo.& vide iſtā
gl.& no.Iſtud ēt tenet Inn.de off.or.c.cū ab ec-
6 cleſiarū.Et ſic iſti† rectores artiū,nō habēt iuriſ-
d dictionē,niſi in his,q̄ ptinēt ad eorū artē, ᵈ & in
illis poſſunt facere ſtatutū,& nō in alijs.¶ Quęrit
gl.vtrū vniuerſitas ſcholariū poſsit habere recto-
rē? Gl.videt̃ dicere ꝙ nō qa tex.dicit q aliquas pro
feſsiones,vel negotiationes exercet.ſed ſcholares
nō profitētur,vel negotiantur: ſed ſub ꝓfitētib⁹
addiſcūt,vnde doc.bene poſſunt habere rectorē:
qa ꝓfitētur. Vide gl.tuā,q̄ hoc dicit doct.tenent
7 ꝙ† vniuerſitas ſcholarium ſit approbata, & poſ-
ſit habere rectorē, per authen.habita. j.ne fil.pro
patre.& ita obſeruat cōſuetudo.Hic nō ſunt alia.

a ¶Magiſteriæ. Vide qđ p iſtū tex.notanter dicit Bal.hic in fi.& not.& limitat Alex.in l.magiſtratibus.ff.eod.

b ¶Qui p̄eſt collegio. An autem iſte electus ſit à ſuperiore confirmandus, vide Alex.in l.more.cū ſeq.in vj.col.ff.eo.titu.

c ¶Capitanei artium.Et an priores artiū ſtatutis ſuis poſsint adijcere pœnas, vide quæ dixi in l.ij.ff.ſi qs ius di. non optempe.

✻ *P.PAV.P.*

d ¶Eorū artē. Et ita obſeruat cōſuetudo a Vid d.Frā.cō.xxxiiij.ī pri.et vid oīno alia quæ habes ad Bar.in l.fi.ff.đ excu.tu. Vide multa per Iaſon.in l. oēs populi.in ix.col.ff. de iuſt.& iure.in ij. lect. & in l.ſi qs ex argētarijs.§. rationē. ff.de edē. in iij. & iiij.nota.dicit ꝙ habeat iuriſdictionē non ſolū in ſpectantibus ad artem ſed etiā in dependētibus & connexis ab eis:Itē ꝙ intelligat in ſpectantibus ad artē, vide Iaſ.in l.age.in ij.col.C.de traſ.Et đ ca.& alijs colle.ꝙ nō poſsint ſtatuta cōdere,vid p Fel.in c.cū oēs.in j.& ij.char.de cōſt. & in c. cū acceſsiſſent.col.ij.& iij.eo.titu.Barb.latè cōſ. xxix.vol.iij.vbi ēt qđ ſi eſſent cōfirmata à ſuperiore.

✠ POMATES.

e ¶Si cōtra pupillos. Vltra priuilegiū, qđ habet miſerabilis ex iſta l. vide ēt aliqd qđ ponit̃ in c.j.de poſtu. Aliud qđ ponit gl.ij.in c.licet.extra, de cēſi. & ibi Pan. aliđ qđ ponit Inno.in c.ſignificātibus.de offic.dele.ꝙ nō valet reſcriptū impetratum contra miſerabilem perſonam niſi facta mentione de eius miſeria per textū noſtrum hic. ſed illud ibi reprobat Imol.quia tex. noſter non probat hoc.Vide Car.conſil.cxxxvj.colū. v. ad fi.Itē aliud ponit Ant.de Bu.in l.licet ex ſuſcepto.de foro compe. ſed illud ibi reprobat.Panor.in v.col.in ver.ij.non placet.Itē aliud,qđ ponit in c.ex tenore.de for.compe.& ibi vide Maria.in c.j.in vlti.not. & aliud qđ ponit Bar.in q.ventilata inter glorioſam virginem Mariam, & demonē.in v.col.in ver.dixit aduocata. & aliud qđ ponit in l.iiij.§.hoc autem. iudiciū.in iiij.opp.ff.de dā.infect.an autem his priuilegijs poſſum renunciare,vide glo.hic in verb.excedere q̄ videtur ſentire ꝙ nō.& vide etiam Panor.in c.ex parte.ſ.col.iij.de foro compe.& Barba.in c.ij.col.ij.de offic.delega.ad fin.& Felin.in dicto c.ſignificantibus.col.ij.& ſequen.vide Anto.de But.conſi.xliiij.

e ✻ *P.PAV.P.*¶Si contra pupillos.Eſt hic vna gl.ſingularis ꝙ etiā ſi iſtę perſonæ renunciarent huius priuilegio non valeret:quam ſequitur & commendat Feli.in c.ſi diligenti.de foro compet.in illa materia quomodo quis poſsit iuri ſuo renunciare,colligens ꝙ vbi cōceditur aliquid alicui miſerabili perſonæ,& in miſericordiā,non pōt per eū,cui cōcedit̃, renunciari.Itē an priuilegiū huius legis cōcedatur indiſtinctè pupillis & viduis,etiam ſi ſint diuites.Alber.hic tangit,ſed non firmat.Spec.in tit.de inſtru editio.§.nunc aliqua.verſi.& ſcias.el ij.eſt in vj.charta.tenet qđ ſolū in pauperib⁹: quia tunc ſunt miſerabiles perſonæ: vt per Alex.conſi.xxj.ad fi.vol.j. Allegat Inno.in c.ſignificantib⁹.de offic.deleg.quem vide.& clarè non firmat. Et vide Deciū in c.cæterū.col.x.de iudi.qa videtur velle contrariū Pau.de Caſt.in iſta rub.idē ſentit bene probatū in iſto textu in fine:in dictione,alij. Et licet rubrica generaliter loquatur, non eſt incōueniens eā reſtringere ad pauperes,in quib⁹ militat ratio miſerationis, ſuper qua fundatur iſta deciſio,vt per Bald.& alios hic.Et ad hoc pōdera textum in c.ſuper quibuſdā.in fine.de verb.ſig. qui etiam generaliter loquit̃. Reſtringitur igitur ad pauperes per Canoniſtas in d.c.ſignificātibus.

f ¶Miſerabiles perſonæ.Vide Innoc.in cle.j.de conſtit.do.Ant.in c.licet.de cenſ.& latè do.Abb.in c.ſignificātibus.de offi.dele.& vide Spe in titu.de reo.verſic.item ꝙ pupillus. adde Paul.de Caſtr.hic & adde tu dictum Bart.hic: dum dicit relinqui arbitrio iudicis, quæ dicantur perſonæ miſerabiles,non procedere qn̄ in iure eſſet expreſſum, q̄ dicantur perſonæ miſerabiles.Ita do Maria.Soci.de foro compe.in ca.ex tenore.

## *Quando Imperator inter pupillos, uel uiduas. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 Iuriſdictio ordinaria recuſatur propter miſera
bilitatem perſonarum.
2 Quis quando poſsit trahi extra prouinciam.
3 Miſerabiles perſonæ,nō pŏt trahi extra ꝓuinciā.
4 Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.
5 Vidua dicitur etiam mulier,quæ nō habuit virū.

LEX VNICA.

e SI cōtra pupillos. ᵉ
Perſonæ miſerabiles non poſſunt
trahi ad ius extra prouinciam: ſed
ipſi alios trahere poſſunt.h.d.Not.
1 †ergo caſum,in quo iuriſdictio ordinaria recuſa-
tur:quia miſerabiles perſonæ faciunt hoc anthoritate huius legis. Alium caſum vidiſtis in l.j.j.ſi
quacunq; prædi.po. ¶Oppo.& videtur ꝙ hoc ſit
2 de iure communi,ꝙ † quis non poſsit trahi extra
prouinciam:vt in auť.vt diffe. iudi.§.j. Fateor ꝙ
hodie eſt correctum:quia generaliter nemo trahi
poteſt extra prouinciā ſuā,niſi iudice ꝓuincię ne
gligente.tn̄ hodie ſi iudex ꝓuincię negligeret,nō
3 poſſent trahi miſerabiles† perſonę extra ꝓuinciā:
ſed debet cauſa delegari in ꝓuincia huius.l.autho
4 ritate.¶ †Quęro q̄ dicant̃ miſerabiles pſonę ᶠtex.
f ponit,pupilli & viduæ.& Inno.in c.ſignificanti-
5 bus.de offi.dele. viduas:†intellige etiā q̄ nunquā
habuerūt virum.Nam vidua dicit̃ quæuis mulier,
quæ nō habet virū,& aliæ perſonæ infirmæ. Bre
uiter,puto iudicis arbitrio relinqui &c.

## *Vbi de criminibus agi oporteat. Rubr.*

*SVMMARIVM.*

1 Remiſsio vbi & qn̄ habeat locū ī criminalib⁹.
2 Remiſsio an habeat locū in cōtractib⁹.remiſsiuè.
3 In criminalibus iuriſdictio pōt prorogari: & qūo
prorogetur per ignorantiam.nu.4.
5 Vagabundus poteſt conueniri vbilibet: & quis ſit
vagabundus.nu.6.

LEX I.

g QVæſtiones. ᵍHic eſt valde bo
nus tit.De crimine pōt cognoſci
in loco delicti,in loco domicilij,
& in loco prorogatæ iuriſdictio
nis, & in loco vbi quis plurimū
conuerſatur.h.d.cū l.ſeq.¶ Oppo.dicit̃ hic ꝙ pōt
cognoſcere,vel cognoſci de maleficio in pluribus
1 locis.Contra:†imo quis ſemper debet remitti ad
h locū cōmiſsi criminis:ʰ vt in auť.vt nul.iu.§.ſi ve
rò quis comprehenſorū.poſita j.de adul.auť.ſi ve
rò criminis.Sol,tres ſunt opi. Vna,ꝙ facienda ſit
remiſsio.verùm eſt illo iudice poſtulante,in quo
loco quis deliquit.ita loquūtur contraria. ſecus ſi

g ¶Quæſtiones. De materia huius titu.vide per Angel.de Aret.in tracta. malefic.in ver.exiſtens Florentiæ.& Bartolum in l.ſi cui.§.finali in fine. de accu.

h ✻ *P.PAV.P.* ¶Criminis. Vide circa iſtam materiam remiſsionis,quid ſi iudex domicilij iā cœpiſſet cognoſcere: & quid ſi iā lata eſſet ſentētia:an iudex loci delicti poſsit poſtea petere remiſsionem.Et alia in materia,vide Alex.in l.à diuo Pio.§.ſententiā Romę dictā.in j.charta.& ſeq.ff.de re iudic.poſt alios ibi.& etiam ibi addidi ad eū. An autē ſi quis committat delictum in aliquo loco,poſtea mutet domicilium in alio loco poſsit conueniri in loco noui domicilij,& puniri pro delicto alibi commiſſo,vide Barba.in c.excommunicatus.in ij.col.de offi.deleg.De materia remiſsionis in criminalibus,vide Feli.in c.ſi.charta ij.de foro compe. in ciuili.vide ibi in pen.charta.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

non peteret: quia poteſt alibi cognoſci. ita loquiꝛ
hic. & hæc eſt vna opi. & bona. Alij dicunt ꝙ de-
bent remitti ad locũ delicti. ſ. ad puniendũ. cogno
ſci verò poteſt de delicto in pluribus locis: vt hac
l. Hoc nõ videtur verum: quia hæc lex dicit perfi
ci debere: & ſic denotat ꝙ perficiaꝛ vſq; ad execu
tionẽ. Alia eſt opi. & eſt vera coniuncta cũ prima,
ꝙ remiſsio debet fieri ad poſtulationẽ iudicis illi⁹
loci, vbi maleficium eſt cõmiſſum. tñ remiſsio, nõ
fit ſimpliciter, ſed debet cognoſci ſummatim per
iudicẽ loci à quo poſtulaꝛ remiſsio, an iſte re⁹ fue-
rit contumax in loco delicti: vt in d. §. ſi verò quis
cõprehenſorũ. De hoc dixi in l. fi. §. j. ff. de pub. &
2 l. ſi cui. §. fi. ff. de accu. ¶ An aũt in cõtractib⁹ † fiat
remiſsio, tangit gl. in l. hæres abſens. §. j. ff. de iud.
& ibi dicemus, & tene menti illam opi. ꝙ poſsit co
gnoſcere vnus iudex, & remittere ad iudicem loci
cõmiſsi criminis ad puniendũ: & vide glo. primã.
¶ Opp. ſecundò, diciꝛ hic, ꝙ põt cognoſci vbi in-
choata eſt lis. contra ſecundũ hoc procederꝛ corã
iudice incompetẽti. cõtra l. j. ſ. tit. ij. Sol. Intellige
3 hanc l. † ꝙ fuit lis inchoata corã eo, q aliàs cogni-
tionẽ habebat ſimiliũ cauſarũ[a] criminaliũ: ideo ei⁹
iuriſdictio potuit prorogari. Secundùm ergo hoc
intellige ꝙ ſciẽter fuit lis inchoata corã iudice in-
cõpetenti: vt l. j. & l. ij. ff. de iudi. ¶ Contra opp. ꝙ
cauſæ criminales nõ poſſunt delegari: vt l. j. ff. de
offi. eius cui mãd. eſt iuriſ. Sol. Aliud eſt dicere an
cã poſsit delegari: aliud eſt an poſsit iuriſdictio ꝓ
rogari. illa eñ non eſt delegatio, ſed cognoſcit ex
vigore ꝓpriæ iuriſdictionis: vt habuiſtis in l. epi-
ſcopale. ſ. de epi. au. ¶ Quæro, qd ſi ab initio igno
rat reus, q̃a credebat iudicẽ eſſe ſuũ: poſtea ſciuit,
& ſponte ligauit: an valeat iudiciũ? Glo. iſtud tan
4 git hic meli⁹ quã alibi. Ideo † pro declaratiõe iſtius
glo. dicas tria verba ſic. Qñq; in iudice nõ eſt defe
ctus iuriſdictionis, ſed eſt defectus volũtatis par-
tium, quæ nõ prorogãt iuriſdictionẽ, ꝓpter igno
rantiã[b]: tũc licet ab initio ignorauit, & poſtea ſci-
uit, & ratũ habuit, validatur iudiciũ: quia erat de-
fectus ſolùm in volũtate. argu. l. licet. ſ. de procu.
Qñq; fuit defect⁹ in iuriſdictiõe iudicis: tũc poſt-
ea pendente cauſa iudicij iuriſdictio ſuperueniat.
Dic. aut ſuperuenit ex cauſa de nouo emergente:
& iudiciũ nullo modo põt cõfirmari. Ita tenet hic
glo. in ſecundo mẽbro. Ratio: quia initium iudicij
nõ fuit legitimũ: vt l. momẽtaneę. ſ. qui legi. pſo.
Si verò ſuperuenit iuriſdictio ex cauſa de præteri
to: tunc confirmatur iudicium vt ex nunc, non vt
ex tunc: vt l. obſeruare. §. fi. ff. de offi. procon. Ha
buiſtis no. in l. j. ſ. qui pro ſua iuriſd. iud. dari non
poſ. & vide gloſſ. ¶ Quæro, diciꝛ hic, vel vbi repe
riunꝛ, quid eſt hoc dictũ, vbi reperiunꝛ? dicũt qui-
dã, vbicunq;. ꝓpter illud verbũ Dñi, vbi te inue-
nero, ibi te iudicabo. Certè Deus bene põt dicere
illud verbũ: q̃a habet iuriſdictionẽ ſuꝑ toto: ſed
Imperator, & alius iudex non. Vnde glo. bene di
cit, ꝙ debet intelligi vbi reperiunꝛ: ſcilicet habe-
re domiciliũ. & iſta eſt bona. Alij intelligũt hoc de
vagabũdo, qui põt vbicũq; cõueniri. vide glo. iſtã
5 quã no. Et ſic nota † ꝙ vagabundus põt conueniri
vbilibet. Idẽ no. j. ꝓxi. & de iudi. l. hæres abſens.
6 §. proinde. ſed quis ſit vagabundus, † gl. tangit in
l. eius qui. §. fi, ad munic: & per Dy. melior eſt glo.
in l. iiij. §. prætor. de dam. infec. vbi vagabũdus di-
citur, qui propriam habitationem non habet. Ve
nio ad l. ſeq. &c.

a ¶ Similiũ cauſarũ. Adde tu & vide Arc. in c. ſi diligẽti. col. ij. de fo. compe.

b ¶ Propter ignorãtiã. Et qñ error litigantium impediat prorogationẽ iuriſdictiõis, adde & vide plenè p d. Mari. Soc. ĩ c. ſignificaſti. ar. vj. q. ij. đ fo. cõp.

P. P A V. P.

c ¶ Qua in ꝓuincia. Circa iſtud qđ dr̃ ĩ iſto tex. ꝙ ſi qs haberet priuilegiũ ne cõueniret niſi certo loco, ſi alibi delĩquat, ꝙ poſsit alibi cõueniri in loco delicti, nõ obſtãte priuilegio. Vide Iaſ. poſt alios ĩ l. fi. ff. de cõſti. principũ ĩ ix. col. ad fi. Et põdera tex. notab. ĩ c. j. de priuil. in vj. Et videẽt Abb. ĩ c. fi. ĩ vj. & vij. col. extra, de foro compe.

P. P A V. P.

d ¶ In corpore. Vide Barb. ĩ verbo, clauſula nõ obſtãte. in iij. col. vbi addidi.

## LEX II.

Sciens. Diciꝛ hic. vbi degit, cau-
ſam cognoſcet. quid eſt
hoc dictũ, vbi degit? Glo. dicit, vbi ha
bet domiciliũ. Vel dic de vagabundo.
Certè ſecundũ hoc nihil adderet ad legẽ præcedẽ
tem. Dic ergo, vbi degit. i. cõuerſatur: vt ſcholaris
in ſcholis, qui nõ habet domiciliũ. facit j. vbi ſeñ.
vel cla. l. ij. Et hoc tenet Inno. & dicam vobis ibi.
¶ Ex hoc habes ꝙ Florentini, & alij, qui ſtant in
ciuitate iſta, licet non habeant hic domicilium: ta-
men propter multam conuerſationem quam ha-
bent, poſſent hic conueniri, quod eſt valde notã-
dum. & idem de ſcholari. quod tene menti.

### SVMMARIVM.

1 Quæ priuilegia tollantur ex diſpoſitione huius legis.
2 Reſcriptum nõ põt impetrari extra prouinciam, niſi data negligẽtia iudicis prouinciæ, vel ſi potentiam aduerſarij perhorreſceret. nu. 3.
4 Si conuenitur mandatarius de delicto, habet dilationem ad denunciandũ domino: & propter quid datur.
5 Procurator etiam in ciuilibus habet dilationem ad denũciandum dño, vt poſsit inſtrui de ſuis defenſionibus.
6 Quando quis conuenitur, ſemper habet dilationem ad denunciandum ei, ad quem negotium principaliter ſpectet, vt poſsit vti eius defenſionibus.
7 Fideiuſſori datur dilatio, vt denunciet dño, vt ab eo inſtruatur.
8 Laboratores. conductores, & emptores, & ſimiles habent dilationem ad denunciandum domino, vt inſtruatur ad defenſionem.
9 Caſus, in quo lite non conteſtata proceditur.
10 Sentencia lata contra conductorem, quando poſsit exequi contra dominum abſentem.

c Qva in prouincia. [c] Primò ponit vnũ dictum
vbi quis debeat conueniri:
quod erat de iure antiquo. Secundò ponit quædã ſingularia,
quæ inducunꝛ per hanc auꝛ. Tertiò excipit à prædictis. Secun
da ibi: ſi ergo. Tertia ibi: excipiꝛ. Habes in hac l. quædã ſingularia. Primò
in ver. ſi ergo. habes ſingulare illud. qđ dicit: omni priuilegio ceſſante. In
ver. eo aũt abſente. habes tria ſingularia. Primò ꝙ datur dilatio ad denũ-
ciandũ dño. Secundò ꝙ dñs ipſe abſens condemnabitur lite non cõteſta-
ta. Tertiò, ꝙ cõdemnato ꝓcuratore fit ſatisfactio de rebus dñi: ſi ꝓcura-
tor nõ eſt ſoluẽdo. In ver. ſed ſi nec ipſe. habes aliud ſingulare: quia qs cõ
dẽnabiꝛ lite nõ cõteſtata. ¶ Oppo. ꝙ iſta lex ponat ſuꝑfluũ in ſeipſa. nam
primò dicit, deliq̃t. poſtea dicit, criminũ. glo. exponit ꝙ primò intelligaꝛ
deliq̃t: ita ꝙ cõueniaꝛ ciuiliter. poſtea dũ dicit, criminũ: intelligitur crimi
naliter. Vel dic, primò loquitur quãdo deliquit ſine animo, poſtea cũ ani
mo. Ita dicit glo. vel dicas ꝙ primò in eo qđ dicit, deliq̃t: loq̃tur quando
quis conuenitur in loco delicti. Secundò. cùm dicit, criminum reus: loq-
tur quando quis conuenitur in loco domicilij, vel alio loco permiſſo: vt
l. j. & ij. huius tit. ¶ Opp. ſecundò, & videtur ꝙ hæc lex ſit ſuperflua: qm̃
hoc erat de iure antiquo. Sol. dico ꝙ non erat ita expreſsè dictum de iure
antiquo. Præterea: hic multa ſpecialia adduntur ſpecialiter, illud quod di
cit, omni priuilegio ceſſante. ¶ Sed cõtra hoc oppo. de l. j. ſ. titu. j. & ſ. de
epiſ. & cle. auꝛ. clericus. & auꝛ. cauſa. vbi quis habet priuilegia, per quę re
1 cuſat iudicem. ¶ Quidam dicunt: † bene tollitur priuilegiũ fori, ſed nõ pri
uilegiũ ſui iudicis: quaſi dicat, forũ ciuitatis Peruſij, vbi quis deliquit, de-
clinare non põt. Sed tñ debet conueniri corã ſuo iudice: hoc eſt, clericus
corã epõ: ſcholaris corã ſuo iudice: & ſimilia. ¶ Vel dic verius, ꝙ iſta ver
ba, omni priuilegio. debẽt intelligi de priuilegio in corpore iuris nõ in-
d cluſo. Priuilegia eñ incluſa in corpore[d] iuris, nõ tollũtur ex verbis iſtius
auꝛ. qđ eſt notandũ. Simile not. in l. ij. §. legatis. ff. de iudi. & l. hæres ab-
ſens. in prin. ff. de iudi. qđ tene menti. ¶ Itẽ oppo. ad primũ, & adidẽ, &
videtur ꝙ quis poſsit trahi extra prouinciã per reſcriptum, vt ſ. de dilat.
l. ſi quando. & authẽ. quod fieri. Solu. Hic tollit priuilegiũ reo, ſi aliquod
priuilegiũ allegaret, propter quod non conueniatur in ſua prouincia: ſed
in lege cõtraria concedit actori impetrare reſcriptum extra prouinciam.
Contra hoc opp. de l. in criminali. ſ. tit. ij. vbi innuit etiam reum ad iudi-
cem impetrare reſcriptum extra prouinciam. Sol. Dicunt quidam, quòd
illa corrigitur per iſtam. Tu dic ꝙ non corrigitur. fateor eñ ꝙ reus poteſt
impetrare reſcriptum ad iudicem extra prouinciam: tamen ſi præueni-
retur, quia prius eſſet conuentus coram iudice ſuæ prouinciæ, non poſ-
ſet vti exceptione aliqua ex vigore illius reſcripti, propter verba hui⁹ au
thent. Sed ſi prius traheretur actor ad iudiciũ coram iudice delegato, ꝓce
deret iudicium, nec poſſet poſtea conueniri coram iudice prouinciæ, ob-
ſtãte exceptione præuentionis, quæ eſt inſerta in corpore iuris: vt l. vbi
acceptũ. ff. de iud. nec eſſet tũc ꝓpriè exceptio, ex vigore impetrati reſcri
2 pti, ſeu priuilegij. hodie tñ † eſt hoc expeditũ, ꝙ nec actor, nec reus poteſt
impetrare reſcriptũ extra ꝓuinciã: niſi propter negligentiã iudicis pro-
3 uinciæ: vt in auꝛ. vt diffe. iudi. §. j. ¶ † Itẽ quãdo aduerſarij potẽtiã ꝑhor-
reſceret: vt ſ. tit. j. l. j. in fine, & iſtud eſt hodie expreſſum extra, de reſcri.
c. ſtatutũ. §. cũ verò. lib. vj. vbi vtitur expreſsè verbis l. j. in fi. præcedẽtis
titu. ¶ Venio ad ver. eo aũt abſente. ¶ Primò quæro de intellectu huius
ver. Antiqui poſuerũt caſum vt habetis in prin. gl. quã caſus poſitionem
gl. reprehẽdit & bene. ¶ Secũda caſus poſitio eſt in eo, qui aliquẽ deiecit
de poſſeſsione, aliquo mandante: vt ſi de hoc accuſaretur. vel cõueniatur,
habet dilationem ad denũciandũ domino. & procedatur ſecundùm for-
mam huius authen. Vide iſtam glo. & no. ſecundùm iſtam caſus poſitio
4 nem, † quod ſi conueniatur mandatarius de delicto, habet dilationem ad
denunciandum domino: & iſta dilatio non datur, vt ex hoc liberęꝛ con-
uentus, ſed datur vt conuentus à domino poſsit inſtrui de ſuis defenſio-
nibus. arg. extra, de procura. c. conſtitutis. quod eſt notandum. Et ſecun-
dùm hæc intelliges iſtam authenti. quòd conueniebatur de iſto crimine
ciuiliter, & illo caſu quo vnius ſatisfactio liberat alium, aliàs pro delicto
procuratoris non fieret executio in dominum, cùm vnuſquiſq; propria
& ſeparata

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

&ſeparata obligatiōe teneatur, vt j. dicam. Poteſt tamē eſſe caſus, in quo
a iſte mandatarius excuſabitur[a] propter mandatum, ſecundū ea quæ not.
in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & dixi plenè in l. non ſolùm. §. ſi manda-
to. ff. de iniur. ¶ Tertiò modo ponitur caſus in eo, qui cōtraxit te mādā-
te: vt in glo. & ſecundū hanc debes exponere, ex cuius domo iniquū quid
patior: quia non obſeruantur cōtenta in cōtractu. No. iſtam caſus poſitio
5 nem, ꝙ etiam† in cōtractibus procurator debet habere dilationem ad de
nūciādum domino, vt poſsit de ſuis defenſionibus inſtrui vt dicto c. con-
ſtitutis. ¶ Quarto modo ponitur caſus in eo, cui data fuit pecunia cōtem-
platione vtriuſq;: vt ſuprà, ſi tutor vel cura. interue. l. ſi creditor. & l. ſi pu
6 pilli. §. j. ff. de neg. geſt. ¶ Ex quo nota ꝙ quis† debet habere dilationē ad
denunciandum ei, ad quem negotium principaliter ſpectat, licet non cō-
ueniatur vt procurator, nec vt fideiuſſor: vel debet habere dilationem ad
denūciandū ſocio ſuo, cuius æqualiter intereſt. Et ſemper intelligas quòd
illa dilatio fiat, vt poſsit inſtrui de defenſiōibus ſuis, vt infrà dicā. ¶ Quin
to modo ponit caſum Ioā. in fideiuſſore de iudicio ſiſti, qui debet habere
7 dilationem ad denūciandum domino. Ex quo etiam nota † ꝙ fideiuſſori
datur dilatio, vt denunciet domino, vt ſic ab eo poſsit de defenſionibus
ſuis inſtrui. Facit ad hoc l. idemq;. §. generaliter. ff. mandati. Aduerte, oēs
iſtæ poſitiones poſſunt ſuſtineri, vt vidiſtis, & notabiles ſunt tamen non
congruūt literæ in corpore, quæ dicit, ſiue procurator, ſiue cōductor, ſiue
quicunq; ſit alius. Et ideo Vltramontani ponunt caſum, & bene: ſi domi
nus erat abſens, & dimiſit procuratorem, ſiue caſtaldionem, ſiue laboran-
tem, vel cōductorem ſuum, vel emptorem fructuum: & ille informatus à
domino ſuo incidit arborem in poſſeſsione, quam ali⁹ dicebat ſuam eſſe:
certè ſi talis accuſatur, vel ciuiliter conuenitur, debet habere dilationē ad
denunciandum domino: vt ſic ab eo de ſuis defenſionibus inſtrui poſsit:
qui ſi venerit, vel nō venerit, ꝓcederetur vt litera iacet. Nota ergo ex iſta
8 lectura, ꝙ † laboratores, cōductores, & emptores, & omnes ſimiles debēt
habere dilationem ad denunciandum domino, vel ad denūciandum eorū
actori, vt poſsint inſtrui de defenſiōibus. Et hoc dico ad differentiā illius
dilationis, quę datur ad denūciandum domino, vt infrà, vbi in rem actio.
l. ſecunda. per quam dilationem liberatur reus ab inſtātia iudicij: vt ibi vi
diſtis. ¶ Oppo. hic innuit ꝙ perueniatur ad diffinitiuam ſententiam lite
non conteſta. cōtra in lege fi. §. illud. de tēpo. appella. Solu. Specialis eſt ca
9 ſus, † in quo lite non conteſtata proceditur: quia lis videtur quaſi cōteſta
ta per iſtam dilationem, quę datur ad denunciandū domino: vt videbitis
in dicta lege ſecunda. vbi in rem act. ¶ Opp. res inter alios acta, alijs nō p̄-
iudicat: vt j. res inter alios. acta in rubro & nigro. & j. qui. res iudi. nō no-
cet. per totum. Sed hic dicitur ꝙ lata ſententia cōtra caſtaldionem, cōdu-
ctorem, & ſimiles, ſi nō ſunt ſoluendo, ſatiſfiet de rebus domini: quare ma
lè glo. dicit, ꝙ hic tex. debet intelligi, quādo ſententia eſt lata cōtra ipſum
dominum abſentem: nō autem quando eſt ſententia lata in cōductorem,
& ſimiles, fiet executio in bonis domini. Vide gl. ſuper ver. non fit. Glo.
in l. venditor. ff. de iud. videt velle ꝙ ex ſententia cōtra præſentē fiet exe
cutio in abſentem. Idem videtur tex. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorāter.
ff. manda. tex. hic clarius videtur dicere ꝙ in ſubſidiū nō exiſtente ſoluen
10 do cōductore, vel ſimili, fiet executio in bonis domini, dico ſic. † Quando
aliquis præponit aliquem certo ponderi, vel facit eum vſufructuariū: vi-
detur eum facere procuratorem ad omnia incumbētia illi ponderi: vt l. ij.
ff. de oper. no. nun. & vſufru. quēadmo. ca. l. j. in fi. & l. ſeq. per hoc tamen
generale mandatum nō videtur mandatum delictum: vt l. ſi procurator.
de condi. indeb. vnde ex delicto talis procuratoris, nullo modo in domi-
num debet fieri executio. Sed ſi nos poneremus à domino eſſe mandatū
expreſsè: vt quia locauit poſſeſsionem cum talibus finibus: & ſic compre
hendebat aliena: tūc ſi quidem ꝓcurator, fuiſſet cōuentus criminaliter ex
ſuo delicto, & fuiſſet cōdemnatus, nō ſatiſfieret de bonis domini: quia ꝓ
curator ſoluendo dominum nō liberaret: vt l. ſi quis id quod. §. fi. cū l. ſe-
quen. de iuriſdi. om. iudi. & l. j. de cōdic. fur. Sed ſi cōueniretur ciuiliter ad
intereſſe, quo caſu ſolutio procuratoris liberat dominū: vt d. l. j. de condi.
furti. tūc ipſemet procurator poſſet ſatiſfacere de bonis domini, vt in illis
poſsit fieri executio procuratore hoc volente, vt d. §. ſi ignoranter. & hoc
negotium abſentis vtiliter fit. arg. ſ. de epiſco. & cleri. authen. ſi captiui. &
dixi vobis in l. ea. §. Cato. de verborum obligatio. ¶ Vltimò quærit gloſ.
quot ſpecialia inducantur per hanc authenti. Dixi vobis ſuprà in prin-
cipio legis.

### *Vbi de poſſeſsione agi oporteat.* *Rubrica.*

LEX VNICA.

VBi autem. Vbi eſt facta vis, & vbi eſt poſſeſ-
ſio, ibi poteſt agi de poſſeſsione. hoc
dicit. Vide glo. facit hæc lex ad quæſtionem, ſi exiſtens
in territorio Peruſij, percutit aliquem cum ſagitta in ter
b ritorio Aſsiſij: quo loco poſsit conueniri[b]. De hoc dic
vt dixi in l. libellorum. ff. de accuſa.

### *Vbi fideicommiſſum peti oporteat.* *Rubri.*

LEX VNICA.

FIdeicōmiſſum. De materia iſtius legis dic plenè
vt no. in l. quod legat. ff. de iudic.
¶ Vltimò aduerte ad gl. quæ eſt
ſuper ver. relicta eſt &c. quæ di-
cit, vt ſit tertium adiacens. Dy. dicit, i. verbum ter
tiæ perſonæ nullam determinationem habens.

### *Vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit.* *Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Actio arbitraria quæ dicatur.
2 Vtrum omnis actio ſtricti iuris, dicatur arbitraria propter electionem loci.
3 Si contractus celebratur Florētiæ, & ſolutio deſtinatur Mediolani: an Florentiæ, & ſic in loco cōtractus quis conueniatur.

LEX VNICA.

QVi certo loco. In actionib⁹ arbitrarijs, ꝓpter ad
iectionem loci, habetur ratio in-
tereſſe vtriuſq; partis. hoc dicit.
1 ¶ † Quęro, quæ dicat actio arbi-
traria. Dico ꝙ actio arbitraria eſt, in qua exercet
officium iudicis mercenarium, actioni deſeruiens,
propter aliquod incidēs intrinſecus. Hoc dico, vt
cognoſcatis in quo differat ab actionibus bonę fi
dei, in quibus deſeruit officiū iudicis mercenariū,
ſecundū naturam actionis propoſitæ. Nam ex na
tura actionis propoſitę bonæ fidei, veniūt vſuræ,
venit intereſſe, iurat in litē, & ſimilia. ſed in actio-
ne ſtricti iuris, ſecundū naturā actionis ꝓpoſitæ,
hoc non poteſt fieri: ſed æquitas ſuggerit propter
adiectionē loci, vt iudex habeat rationē intereſſe
vtriuſq;. Ideo ꝓpter hanc adiectionē hęc actio di
citur etiam alijs modis arbitraria: vt Inſti. de ac. §.
2 præterea. ¶ † Quęrit glo. vtrum poſsit cōueniri in
quolibet loco. Dicit gl. ꝙ ſic, ſ. ī loco idoneo. ¶ Itē
quærit, vtrū omnis actio ſtricti iuris ſit arbitraria
propter adiectionē loci. Et dicit ꝙ nō, niſi in qua-
tuor caſibus, ſcilicet in cōſtituta pecunia, ex ſtipu-
latu, ex mutuo, ex teſtō. Do. Nic. de Mat. diſputa-
uit cōtrarium in quolibet iſtorū. Dicemus in ma- b
teria de eo quod certo loco anno futuro. ¶ Quęrit
3 glo. † ego exiſtens Peruſij promiſi me daturū cen
tum Florentiæ. nō eſt dubiū ꝙ Florentiæ poſsim
cōueniri, vbi eſt ſolutio faciēda: vt l. cōtraxiſſe. ff.
de act. & obli. Sed an poſsim cōueniri hic, vbi ver
ba fuerunt celebrata. Gl. tangit hic, & l. iij. §. Iulia
nus. ff. de conſti. pecu. & l. j. de bo. autho. iudi. poſ.
& ibi dixi. Tex, videtur in l. quęro. ff. de ſol. ſecū-
dùm Pet. & ibi dixi.

### *Vbi in rem actio exerceri debeat.* *Ru.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Venditor ſi vult emptorem defendere, an poſſit iudicium ſuſcipere inuito actore.
2 Venditor poteſt ſuſcipere iudicium, vt ſimplex defenſor, non tamen animo nouandi.
3 Stante ſtatuto, ꝙ inter cōſanguineos fiat compromiſſum, ſi vnus ex fratribus qui vendidit, comparet pro defenſione cōtra alium fratrem vendicantem, an ſtatutum habebit locum.
4 Per compromiſſum quod fit in arbitratorem, nō fit mutatio iuriſdictionis.
5 Arbitramentum eſt quædam tranſactio.
6 Qui de neceſsitate aliū defendit, poteſt ex ſua perſona exceptiones, & beneficia deducere.

INrem actio. Actio in rē
dat cōtra poſsidentē: & ex pſona
actoris non fit mutatio iudicis. h.
d. iſta nota. l. ¶ No. tex. ibi ī fi. nec
enim iuriſdictionis &c. Ad illud
1 quod j. dicā. ¶ Circa hanc l. quęrit gl. † qd ſi vēdi-

a ¶ Mandatarius excuſabit. Vide quæ dixi in l. de pupillo. §. ij. de oper. no. nū. ad intellectum §. tignum.

b ¶ Cōueniri. Vide Bal. in l. negāda. in vj. colū. in ver. forma qōnis. j. qui accu. non poſ. Adde not. extra de foro compe. c. poſtulaſti. & c. fin.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Caſus illius q. Vide quæ dixi poſt Bar. in l. facere poſſe. ff. ſol. mat.

✻Pro concordia aduerte, ꝙ beneficiũ miſsionis in poſſeſſionẽ datum per iudicem contra aliquem debitorẽ verum, ſuper aliqua re, quę nõ erat ipſi⁹ debitoris, ſed alteri⁹, præiudicet etiã dño ipſi⁹ rei, ſecundum Bar. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acq. poſ. Cõtrariũ videt velle in hac l. ij. ver. quæro vtrũ in iſto caſu. Tu dic Bar. in d. l. iuſtè. loquit qñ debitor poſsidebat illã rem, in quã fit miſsio in hac verò l. ij. loquitur qñ dñs poſsidebat: quo caſu nullũ fit pręiudiciũ dño: ꝓut apparet ex verbis Bart. vbiq;. Adde ad materiã l. ob maritorũ C. ne vxor pro ma. & in l. in noxalib⁹. ff. de noxa. in l. fin. C. de edi. diui adri. tol. & ibi Bald. in iiij. q.

✻ *P. P A V. P.*

b ¶Si quis alterius. Nota circa iſtã materiã nominationis in iudicio ꝙ nominator tenet in ſubſidium pro nominato, vide in l. nominatori. per illũ tex. C. de pig. vide Bertach. in tracta. de gabellis. in j. parte. in penul. col.

tor vult defendere emptorem, & pro eo ſuſcipere
iudicium inuito actore, an poteſt. Glo. determinat
hic ꝙ ſic: tñ in ſoro emptoris, nõ ipſius vẽditoris:
vt l. venditor. ff. de iudi. facit de peti. hære. l. ſed &
ſi. §. item ſi rem. in fi. & verũ dicit. tamẽ in hoc eſt
dubium, ſi inuito actore poteſt ſuſcipere iudicium
animo nouandi: vt ſic emptor vlterius nõ teneat.
Gl. videt tenere ꝙ ſic in l. liberto. §. fi. de neg. geſt.
& malè dicit, ſecũdùm Modernos hic, per l. ſi man
dato. §. j. ff. manda. Doc. tangunt hic. Ego plenè
dixi in l. ſolutionem. ff. de ſolutioni. Tanquam er
2 go† ſimplex defenſor poteſt ſuſcipere iudiciũ: nõ
tamen animo nouandi. ¶Vltimò hic videt caſus
a illius q.[a] quã diſputaui. dicit ſtatutũ† ꝙ cauſę quæ
3 vertuntur inter cõſanguineos, cõpromittantur in
arbitratores. Contingit ꝙ frater meus vendicauit
ab eo, cui vendidi poſſeſsionem. ego iui ad defendendum illum, cui vẽdideram, & defenſione ſuſce
pta petij cauſam compromitti, tanquã vertentem
inter cõſanguineos aliàs coniunctos: quæritur an
poſſum. ꝙ non debeat compromitti videtur caſus
hic, & in l. vẽditor. ff. de iudicijs. ¶Contrariũ de-
4 terminaui per hanc rationem: quia† per compromiſſum, quod fit in arbitratorem, non fit mutatio
iudicis, vel iuriſdictionis: imò prima cauſa decidit
5 coram iudice. Cùm enim arbitramentum† ſit quę
dam trãſactio: vt in aut. ſi verò cõtigerit. ꝟ. de iud.
& ibi dixi. & in corpore vt diffe. iud. §. j. & ibi gl.
quando peto, cõpromitti, idem eſt dicere, qđ peto
ꝙ tranſigamus ſecundũ arbitrium talis. & ſic non
eſt mutatio iuriſdictionis: ſed eſt quoddam beneficium competens partibus & per hoc hæc lex nihil facit ad propoſitũ. Tamẽ ad determinationem
6 quæſtionis ille, qui de† neceſsitate defendit aliũ,
põt defenſiones, excep. & beneficia, ex ſua perſona in iudiciũ deducere: vt l. idemꝗ. §. genera. ff. mãda. & ibi tex. & gl. l. procurator ad exhiben. §. j. &
ibi dixi. rem ra. habe. ergo iſte poterit ex ſua perſona iſtam defenſionem in iudicium deducere &c.

### *SVMMARIVM.*

1 ☞Poſsidens alieno nomine poteſt dominum in iudicio nominare.
2 Reuerſus quando agat de proprietate, quando aliquis fuit in poſſeſsione ſuorum bonorum.
3 Denunciatio facta domino, qñ habeat vim quaſi litis conteſtationis.
4 Quaſi quoddam prælium, quid ſit.
5 Ex diſpoſitione huius legis inducitur poſsidenti quædam exceptio declinatoria.
6 Diſpoſitio huius legis in quo poſſeſſore habeat locum, vt poſsit dominum in iudicio nominare.
7 Poſsidens ciuiliter, nominatus in dominum in iudicio, poteſt conueniri rei vendicatione.
8 Nominare dominum in iudicio, ꝙ poſsit poſsidẽs rem mobilem. & nu. 11.
9 Noĩatio an poſsit fieri in iuribus incorporalibus,
10 Nominatio an habeat locũ in iudicio poſſeſſorio.
12 Conuentus in actione miſta, vt puta in petitione hæreditatis, quando poſsit dominũ in iudicio nominare.
13 Cõuentus actione perſonali, an poſsit dominum in iudicio nominare.
14 Nominatio ꝙ debeat fieri ante litem cõteſtatam.
15 Nominans dominum in iudicio, an debeat probare ſe poſsidere nomine alieno.
16 Si poſsidens nomine alieno conuenitur, ſi nõ nominet dominum in iudicio an teneat proceſſus.
17 Sententia lata contra, colonum, vel aliũ, alieno nomine poſsidentem an noceat domino.
18 Per iudicem denunciandum eſt domino.
19 Domino comparente datur nouus libellus.
20 Nominans debet poſſeſsionem in nominatum transferre.

### LEX II.

✻ b SI quis alterius.[b] Iſta eſt ſingularis lex: & non eſt alibi in corpore iuris ciuilis. Breuiter dicit: Alieno nomine
1 †poſsidens conuentus põt dominum in iudicio
c nominare.[c] & ei ſunt dandę inducię ad denunciãdum domino, & habet vim quaſi conteſtationis
quo ad interrumpendum præſcriptionẽ, & vt reuerſus dominus de poſſeſsione non audiatur. hoc
2 dicit. Dicitur hic ꝙ† reuerſus auditur de proprieta
te tantùm. Contra: imò de poſſeſsione: vt l. ſi quis
emptionis. §. pe. j. de præſcri. xxx. ann. Sol. Quãdoq; miſsio in poſſeſsionem fit ante litis cõteſtationẽ: & tunc auditur de poſſeſsione & proprieta
te: vt lege cõtraria. Quandoq; miſsio in poſſeſsio
nem fit poſt litem cõteſtatam, vel quaſi: & tũc nõ
auditur de poſſeſsione, ſed de ꝓprietate. hic eſt caſus hic. Quandoq; miſsio in poſſeſsionem fit poſt
diffinitiuam ſentẽtiam: & tunc nõ audit, nec de ꝓ
prietate, nec de poſſeſsiõe: vt l. ꝓperãdũ. §. ſin aũt
reus. ꝟ. de iud. j. quomodo & qñ iud. l. cõſentaneũ.
& ibi vidiſtis. ¶Quęro, vnde inducat iſta quaſi cõ
3 teſtatio, de qua fit hic mẽtio. Tex. dicit† ꝙ hęc de
nũciatio facta domino habet vim quaſi cõteſtatio
nis. Ad quod intelligendũ aduerte, vt dixi tibi in
l. j. de lit. conte. iſtud quod dicimus de iſta litis con
teſtatione ciuili, ꝓcedit quaſi ad exemplum prę lij
4 corporalis: vt vidiſtis. Quãdoq; in pręlio† corporali, illi, qui tenẽt vnam arcem, vel vnũ fortaliciũ,
dicũt volo denũciare dño pro quo hic ſum: & niſi
mihi ſuccurrerit intra tantum tempus, ego cedam
tibi q facis exercitũ cõtra me. Iſtud eſt quaſi qđdam prælium: ita hic iſte tenens rem alieno nomi
ne, nominans dominum in iudicio expectat ab eo
ſubſidium, quo veniente litigat: eo nõ veniẽte ce-
5 dit. Et ſic† ex hac lege inducit poſsidẽti alieno no
mine quædã exceptio declinatoria, vt nõ cogatur
ſubire iudiciũ, ſi ei⁹ dñs veniat, ipſe litigabit, & cõ
tra eum dabitur libellus: vt ibi actoris intentiones
excipiat: ſi verò nõ veniet, ipſe erit citandus, & cõ
ſtituendus in cõtumacia: vt ibi: edictis legitimis ci
tare curabit: & ſic iſte poſsidens nõ inquietabitur
vlterius. Et in hoc differt iſta denũciatio, quę hic
fit, ab ea, quæ ponitur in aut. qua in ꝓuincia. ꝟ. vbi
de cri. agi. nam illa denũciatio fit, vt cõuentus poſ
ſit inſtrui defenſionibus ſuis: non vt per hoc à iudi
cio liberetur: vt vidiſtis ibi. ¶Quęro, dicit hic ꝙ
6 quis alieno nomine poſsidens: de† quo loquitur
iſta lex. Dicunt quidã de eo qui nõ habet ius in re,
vt commodatarius, colonus, vel inquilinus. Item
in eo qui habet ius in re, vt feudatari⁹, emphyteuta, & ſimiles. & hoc propter generalitatem huius
legis. Alij dicunt contra. nam illi, qui non habent
ius in re, poſsident nomine ſuo, non nomine alieno: ideo dominum nõ nominant in iudicio. & iſta
opinio communiter tenet. Et mihi videtur quòd
d debemus ſic dicere[d]. Aut iſte, qui habet ius in re,
conuenitur ſolùm reſpectu poſſeſsionis: vt quia
emphyteuta conuenitur ab alio dicente ſe potiorem emphyteutam eſſe: tunc vera ſit iſta opinio,
quòd non poſsit dominum in iudicio nominare:
quia ei non pręiudicatur. Si verò cõuenitur reſpe
ctu dominij directi: & ſic reſpectu iuris, quod eſt
apud alium, debet nominare dominum in iudicio:
& liberabitur à iudicio, reſpectu illius dñij, quatenus illud iudicium non repugnat iuri ipſius emphyteutæ. Poteſt enim dicere emphyteuta, nõ curo quis ſit dominus directò, nec hoc volo defendere: ſed dico me eſſe emphyteutã, ſed quatenus ius,
vel petitio actoris repugnaret iuri ſuj ipſius emphyteutæ, haberet emphyteuta neceſſe ſe defendere: nec poſſet dominum nominare, quantum ad
declinandum iudicium: ſed bene poſſet eum nominare, vt poſsit ab eo de ſuis defenſionibus informari: vt vidiſtis in authenti, qua in prouincia.
7 ¶Iuxta hoc quæro: †pone quòd nominaret in
iudicio dominum, qui poſsidet ciuiliter tantùm:
an iſte tantùm ciuiliter poſsidens poſsit conueniri rei vendicatione. Opi. ponuntur hic in gloſſ. finaliter gl. tenet quòd ſic. ff. de rei vendicatiõe. ſup
rub. in l. Pomponius. §. ſi is qui precario. ff. de acq.
poſ. & ibi plenè dixi. Et eſt tex. in l. cuiuſcũq;. §. j.
ff. de vſufru. ¶Procedo vlterius: dicit hic, alieno
8 nomine poſsidens rem immobilẽ. ¶Quęro, †qđ ſi
poſsideat

c ¶Noĩare. Quis teneat dñm in iudicio noĩare, vide latè Spe. in tit. de primo decreto. §. reſtat. ver. hoc etiam not. & ibi etiã quid in emphyteuta vel feudatario. & ibi ẽt qđ in procuratore dato ad adminiſtrãdum: & ibi de colono & de viro circa bona dotalia, & alijs ſimilibus: & ibi etiã quid ſi nominans nominato nõ cõparente vult pœnitere, &c.

✻ *P. P A V. P.*

d ¶Dicere. Sic Abb. in c. qm̃ frequẽter. §. ne in alijs. in ij. charta. vt lite nõ cõteſta. Barba. conſil. lxxxiiij. in iiij. vol. vbi dicit opi. Bart. eſſe cõem, vt etiam dicit Abbas in d. §. in alijs. licet Cardi. & Ant. de Butr. ibi aliter loquãtur. & aliter Bald. hic, & Pau. de Caſ. & Ange. Salic. hic ſequit Bar. vide Maria. Soci. in c. qm̃ frequenter §. quod ſup. vt lite non conte. qui ſequitur opi. Abbatis ibi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

poſsideat rem mobilem. Gloſſ. dicit ꝙ non poteſt dominū nominare in
iudicio vigore huius l. ſed res debet deponi ſi eſt perſona ſuſpecta : vt l.
ſi fideiuſſor.§.ſi.q ſatiſdare cogant. Sed hodie poſſet dominū nominare, ꝑ
authē. qua in prouincia. ita dicit gl. Certè authē. illa nihil facit: qa ibi loq
tur de nominatione, q̃ fit, vt poſsit inſtrui de defenſiōe cauſæ: nō autē ad
declinandū iudiciū. Inno. extra, vt lite nō cōteſtata.c. quoniā frequēter.
circa ſi. tenet idē indiſtinctè, ꝙ poſſeſſor rei mobilis poſsit dominū nomi
nare in iudicio, & ꝓ certo nos de hoc nō habemus legē expreſſam: tñ ex
identitate rationis poſſumus bñficiū huius legis ad poſſeſſores rei mobilis
extendere, cū eadē ſit ratio, nec ꝑ hoc introducat alicuius legis correctio.
9 ¶Quęro extra gloſ. vtrum † in iuribus incorporalibus liceat dominum
in iudicio nominare. Inno. tenet ꝙ ſic, per c. inter. de ma. & obe. & no. ipē
in d.c. quoniam frequenter. Iſta enim iura incorporalia habentur pro re-
bus inmobilibus, & maximè quando immobilibus adhęrent: vt l. ſi alie-
10 na.§.j.ff. de vſuſca. cōmu. prę. l.j. ¶Quęro extra gl. † nūqd in poſſeſſorio
poſsit quis dominum nominare in iudicio. videt ꝙ non: qa tex. loquitur
de cōuento act. in rem. Gul. de Cu. tenet hoc idem in cōucto poſſeſſorio.
per aut. qua in prouincia. ſed illa nihil facit vt dixit gl. Decret. tenet con-
tra. xij.q.ij.c. quicunq;. Glo. noſtra videtur velle ꝙ in poſſeſſorio habeat
11 locum beneficiū huius legis vt l. locū.§.j.ff. de tab. exhi. quę gl. etiam † in
a nuit, ꝙ in re mobili habeat locū hæc lex, quod ſatis placet[a] ꝓpter idētita
tem rationis, cū ex hoc, vt dixi, nō introducatur l. correctio. Non obſt.c.
quicūq;. vbi dicit ꝙ ille, qui poſsidet nomine alieno, cōuentus poſſeſſo-
rio debet reſtituere, vtrū eſt, & intellige cū determinatiōe hui⁹ l. vel dñm
12 in iudicio nominare: & ſic declinare iudiciū. ¶Quęro vtrū † cōuēt⁹ actio-
ne miſta, vt petitiōe hęreditatis, poſsit dñm in iudicio noīare. Gu. ꝙ ſic, ꝑ
tex. ff. de pet. hęre. l. etiā. aliàs l. nec vllā.§. ſi qs abſentis. q̃ lex benefacit.
Dices tu: ſecūdùm hoc apparet ꝙ iſte modus nominādi dñm in iudicio,
erat de iure antiquo, vt ſ. dixi: & q̃d hoc nō reperit alibi. Sol. Dico ꝙ alio
reſpectu loquitur §. ille. nam, vt ſcitis, petitio hęreditatis nō datur, niſi cō
tra eum qui poſsidet ꝓ hęrede, vel ꝓ poſſeſſore, ſed ille, qui poſsidet alie
no nomine, nō poſsidet pro hęrede, vl ꝓ poſſeſſore. & pro tāto ibi noīa
bat dñm in iudicio: non autem nominabat, vt ei domino abſenti fieret de
nunciatio: & procederetur ſecundū formam huius legis hoc etiā nō repe
riebatur cautum: tamen per rationem illius §. & per identitatem rationis
iſtius legis tenet hoc eſſe verum: qa in actione miſta conuentus poſsit no-
minare dñm in iudicio, argu. j. titu. j. l. j. & hoc puto verū, prout iſta actio
miſta habet naturā actionis realis: quia datur contra poſsidentem prout
verò haberet naturam perſonalis, dic vt in ea, vt dicā j. proxima quęſtio.
13 ¶†Quæro, vtrū cōuentus actione pſonali poſsit dñm noīare in iudicio,
cùm tex. hic nō loquatur niſi de conuentis act. in rem. Breuiter, quædam
eſt actio perſonalis in rem ſcripta: vt ſunt ferè oīa interdicta vt l.j.§. pen.
ff. de interdic. & in iſtis pōt quis dñm nominare in iudicio: quia eſt eadē
ratio, q̃ in reali. & hoc tenet gl. in prędicta l. locū.§.j. de tabu. exhib. Quæ
dam eſt actio merè perſonalis: & in iſta non licet dñm nominare in iudi-
cio ad declinandum iudicium, ſed vt poſſet ſe de defenſionibus informa-
re. hic eſt caſus in aut. qua in prouincia. Procedo vlterius: dicitur in text.
14 debet ſtatim in iudicio nominare dñm. ¶Quęro † quando debet fieri iſta
nominatio. Reſpon. iſta exceptio eſt declinatoria. & exceptiōes declina-
torię debent opponi ante litem conteſta. vt j. de exceptio. l. ſi. & j. de pro
15 ba. l. excep. ¶†Quęro ſecundò, an iſte, qui nominat dñm in iudicio, de-
beat probare ſe alieno nomine poſsidere. Dic quòd ſic: quia in executiōi
bus reus eſt actor, quantum ad probandum : vt l. in exceptionibus. ff. de
proba. & l.j. ff. de excep. Tu dic, ꝙ ſufficit ſolùm quòd nominet dominū
in iudicio vt per hoc abſoluatur ab inſtantia iudicij: niſi actor in ſe velit
onus probandi aſſumere, & probare eum ſuo nomine poſsidere: vt ſic in
eum transferat poſſeſsio authoritate legis vltimæ. ff. de rei vēdica. Et il-
lud videtur Innocen. velle in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſta.
16 ¶†Quæro. quid ſi talis poſsidens nomine alieno non nominat dominū
in iudicio an valeat proceſſus? Certè ſic, vt, l. officium. ff. de rei vendica-
tio. & iſtud eſt quod gl. hic dicit dum exponit debet, id eſt, poteſt. quaſi di
17 cat: nemo cogitur dñm nominare in iudicio, ſi non vult. ¶†Quęro, vtrū
iſto caſu ſententia lata contra colonum, vel alium alio nomine poſsiden
tem præiudicabit dño. Videtur ꝙ non: vt l. ſi. j. ſi per vim, vel alio modo.
& j. quib⁹ res iudicata non nocet. per totum. & res inter alios acta per to
tum. Plus dico quòd etiam facta executione, & re ad actorem trāſlata nō
b priuabitur dominus abſens poſſeſsione ſua[b], ſi quam habeat: argu. d. l. ſi.
ſi per vim, vel alio modo. Nō obſt. ad hoc l. peregre.§. quibus. ff. de acqui.
poſ. & l. iij.§. quod ſi hic ſeruus. eo. tit. quia ibi loquitur in deijciente, qui
deijciendo colonum habet cauſam priuandi quemlibet ſua poſſeſsione,
at iudex non habet animum priuandi abſentē poſſeſsione ſua: vt d. l. fin.
ſi per vim, vel alio modo. Et hoc videtur tenere Inn. in d.c. quoniam fre-
quenter. ¶Procedo vlterius: dicitur hic, quòd ſtatuitur tempus certum.
18 colono, ad denunciandum domino. ¶†Quæro, an debeat domino de-
nunciari per iudicem, vel ſufficiat ſola data dilatio colono. Reſpond. non
ſed per iudicem etiam debet nunciari domino: aliàs poſſet per colonum
fraus committi, non denunciando domino. Et hoc videtur velle tex. ibi:
certo dierum ſpatio à iudice, &c. eo quod ad notionem eius procedendo
intelligo per iudicem. Et hoc videtur expreſsius dicere text. in dicto ca-
pitulo, quoniam frequenter. circa finem. & ita ibi exponit Innocentius.

a ✠ *P. P A V. P.* ¶Placet. Limita iſtam opinionē, niſi cōueniret ex
ſuo delicto, puta quia ipſe ſpoliaſſet vel violētiā intuliſſet, ſecūdū Abb.
in c. qm̄ frequēter.§. in alijs. col. pe. vt lite nō cōteſt. Ang. hic Soci. in d.c.
quoniam frequēter.§. ꝙ ſunt. vt lite non conteſta.
b ✠ *P. P A V. P.* ¶Poſſeſsione ſua. Vide Alex. in l. peregre.§. quib⁹
in pen. & vlt. colū. de acqui. poſſeſ. Et adde ꝙ ſentētia nū quā prę iudicat poſ
ſeſſori, niſi ipſe ſit noīatim citat⁹, adeò ꝙ vbi aſs ſufficeret citatio gñalis vl per edicta, nō ſuffi
ceret in præiudiciū poſſeſſoris, qui potuit veriſimilè ſcire vide Alex. conſi. v.
in ij. volumi. col. j. Vide ad Bart. in l. iuſtè poſsidet ff. de acqui. poſſeſ. Vide
Alex. ī l. à diuo pio §. ſi poſt edictū. ad finē. ff. de re iudi. ꝙ etiā ꝓpria authori
tate licet poſſeſſori tali expellere talē immiſſum in poſ-
ſeſsionē: vide oīno eūdē in l. clam poſ-
ſidere.§. qui ad nūdinas. in ij. colū. de
acqui. poſ. vbi ponit an talis ingreſ-
ſus acquirat aliquā poſſeſsionē ſaltem naturalem.

¶Procedo vlterius: dicitur hic quòd dominus ve-
niens, vel mittens procuratorem contra actoris in
tentionē excipiet. ¶Quęro, qualiter iſtud fiat, ꝓ
cedatur ne ſuper primo libello dato cōtra colonū:
an verò dabitur nouus libellus contra ſuperuenie
19 tem dominū. Puto † quòd colonus abſoluatur ab
inſtantia iudicij, propter dictam nominationē: &
c libellus de nouo ſit dandus[c] cōtra ſuperueniētem
dominū: quia textus innuit quòd cōtra ipſum de
cætero faciendus eſt proceſſus. ¶Sed tunc quęro,
ſi dominus nullo modo poſsidebat, ſed ille, qui eū
in iudicio nominabat, poſsidebat ciuiliter, & deti-
nebat nomine domini fortè precario: quomodo
contra dominum dabitur libellus? Videtur ꝙ nō
poteſt: vt d. l. Pomponius.§. ſi is qui precario. ff. de
20 acqui. poſ. † Dico quòd iſte, qui nominat domi-
num in iudicio, debet etiam poſſeſsionem ipſam
in dominū transferri: vt ſic poſsit rei vēdicatione
cōueniri: aliàs ſi hoc non faceret, nō abſolueretur
ab inſtantia iudicij: quia per illam nominationem
non eſſet actori conſultum vt voluit hæc lex &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Cognitio ſummaria qualis eſſe debeat, ad co-
gnoſcendum de iuribus actoris.
2 De proprietate vſq; ad quantum tempus quis au
diatur, quando ſit actum ſuper poſſeſsione.
3 Miſſus in poſſeſsionem in actione reali, an ſtatim
poſsideat. remiſsiuè.

Sin verò poſt. Dicitur hic, ꝙ domi-
no non veniente ne-
1 gotium examinatur ſummatim. ¶†Quęro qualis
eſt iſta ſummaria cognitio: vtrū requiratur quòd
de iure petentis conſtet expreſsè, & clarè: an verò
d ſufficiat iuramētū calūnię. Breuiter,[d] qñq; ex miſ
ſione in poſſeſsionē non fit prę iudicium, neq; in
proprietate, neq; in poſſeſsione: tunc ſufficit ſum
maria cognitio per iuramentum calūnię, vt vidi-
ſtis in aut. & qui iurat. j. de bonis authori. iud. poſ
ſiden. Quandoq; fit præiudicium in proprietate,
& in poſſeſsione: vt quādo interponitur ſecundū
decretum, tūc debet cōſtare de iure actoris: vt ple-
nè vidiſtis in l. pe. de bo. auth. iud. poſsidē. Quan-
doq; fit prę iudicium in poſſeſsione, & nō in pro-
prietate: & tunc debet cōſtare de iure actoris ſum
matim, hoc eſt, per præſumptiōes, vel indicia, vel
ſemplenā ꝓbationē: vt l. iij.§. cauſę. ff. ad Car. &
ita in hac l. cū per hanc miſsionē non fiat prę iudi-
ciū, niſi in poſſeſsione. ¶Venio ad finē noſtrę le-
gis. dicitur hic: omni allegatione abſenti reſeruata
2 ſuper proprietate. Quęro, vſq; † ad quod tempus
auditur de proprietate. Dicit glo. vſq; ad decē an-
nos inter prę ſentes, & viginti inter abſentes. Nā
poſtea eſſet res vſucapta, vel prę ſcripta: vt in l. iu-
ſtè. in gl. allegata. Doct. reprobant iſtam glo. nam
per primū decretū. non intendit iudex transferre
dñm per conſequens, nec vſucapiendi condictio-
nem: vt l. clauibus. de contrahen. emptio. Suſtinē-
do gl. dic ꝙ vſucapiet ex poſſeſsione quodāmodo
iuncta cum præcedēti titulo, quem habebat: vt l.
ſi is qui pro emptore.§. penul. ff. de vſucap. & l. cū
qui ædes. poſt prin. eo. tit. ¶Item dicit gl. ꝙ aliud
eſt in actione noxali, cùm ſtatim efficitur domi-
nus accipiens, ſi primus poſſeſſor erat dominus:
vt in glo. hoc eſt verum quando miſsio fit ex ſe-
cundo decreto. ſecus ſi miſsio fieret ex primo. &
ita loquuntur iura allegata in glo. ¶Item dicit gl.
quòd in actione perſonali audit quis vſq; ad xxx.
annos, volens recuperare poſſeſsionem: niſi per-
uentum fuerit vſq; ad ſecundū decretum. & verū
3 dicit gloſ. ¶†Quæro, nunquid in reali miſſus[e] in
e poſſeſsionem ſtatim poſsideat Dic vt diximus in
dicta lege ſi quis emptionis.§. pen. j. de præſcrip.
xxx. an. Facit ad prædicta, quod no. in l. iij.§. ſi. ff.
de acquir. poſ. &c.

c ✠ *P. P A V. P.* ¶Dandus. Et vbi ſtatutum tolleret hoc, ſaltē deberet petitio reiterari. vide Deciū cōſil. lxij. col. iij. Itē q̃nō ſententia lata cōtra colonum præiudicet domino, vide latè Alex. ī l. ſæpe. col. ij. & ſeq. de re iudi.

d ✠ POMATES. ¶Breuiter. Adde Bart. in l. j. C. quo. bo. contrariū tenet in l. admonendi. de iureiur. & in verſic. ſummariè. in extra ua. ad reprimendū vide not. do. Mat. in ij. volu. iij. not.

e ✠ POMATES. ¶Reali miſſus. De hoc autem, an miſſus in poſſeſsionē ex primo decreto, in actione reali poſſideat, vide Alexā. in l. iuſtè poſsidet. in prin. ff. de acqui. poſſeſ.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Si mulus ducitur per mulionem per ciuitatem,
mulio non poterit hic conueniri.
2 Actio perſonalis quæ proponit̃ pro aliqua re im-
mobili, an poterit in loco vbi res eſt, proponi.

LEX III.

ACtor. Actio in rem põt exerceri
vbi poſſeſſor habet domi
2 ciliũ, & vbi res eſt[a] ač̃s debet forum, rei
ſequi, tam in actiõe reali, quã in pſona
1 li. h. d. ¶ †Quęro, quid de re mobili, per ciuitatem
iſtam tranſit quidã mulio: ego dico mulum, quem
ducit, eſſe meum: volo eũ hic cõuenire: an poſsim.
Et videtur ꝙ ſic: quia poteſt conueniri vbi res eſt.
Et de hoc ſunt opi. in gl. noſtra: vt in ea habetis. Fi
naliter[b] ſalua meliori deliberatione, dicendũ vide
tur ꝙ non: quia iſtud, qđ hic dicit̃: vbi res eſt: intel
ligitur vt ibi permaneat, non ad tempus, cauſa cu
ſtodiæ, vel tranſitoriè: tunc enim ibi nõ dicit̃ eſſe.
Vidiſtis in l. ij. de verb. ſigni. & l. quęſitum. §. ij. de
lega. iij. cum ſimilibus. & ideo ſi res eſſet hic per-
manſura, vt hic permaneret: idem eſt in re mobili,
quod in immobili. & ſic procedat opinio Azo. In
re quæ eſſet hic trãſitura, & cauſa cuſtodiæ ꝓcedit
opinio Hug. & aliorum ſalua meliori deliberatio
2 ne. cætera dic vt in glo. ¶ †Quęro, quid in actione
perſonali, quæ proponitur pro aliqua re immobi-
li: vtrum poſsit ꝓponi in loco vbi res eſt, ſi ꝓpo-
nẽs nõ habet domiciliũ. Gl. tenet ꝙ nõ.[c] ff. de cẽſi.
l. forma. §. ſi verò quis agrum. & ibi no. & probat̃
ff. de iudi. l. quod leg. ſecus, in actione miſta:[d] vt j.
proxi. titu. l. j. in qua idem tenet, quod in reali.

## *Vbi de hæreditate agatur. Rubri.*

LEX VNICA.

ILlicvbi.[e] Miſsio in poſ-
ſeſsionẽ debet
peti, vbi res eſt: & petitio hæredi-
tatis põt intẽtari vbi hęres habet
domicilium. h. d. &c.

## *Vbi de ratiocinijs agi oporteat. Rub.*

LEX I.

EVmqui. De adminiſtratiõe
tàm publica, quàm
priuata, ibi ratio reddi debet, vbi eſt ge
ſta. h. d. iſte titulus.

## *Vbi cauſa ſtatus agi debeat. Rubr.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Quo iure cognoſcatur an ſeruus aufugerit.
2 Practica huius legis.
3 Reconuentio an poſsit habere locum, quando cau
ſa conuentionis eſt ſummaria, & reconuentio nõ.
remiſsiuè.
4 Reconuentio non habet locũ in cauſis, quæ ſibi in
uicem præiudicant.

LEX I.

EA quæ. Hæc eſt bona
lex. An qs fuge-
rit, debet prius p iudicẽ examina
ri: & repertus fugiſſe, ad locũ vñ
aufugit, debet remitti, vbi ſtatus
qõ agitur. h. d. ¶ Quęro primò,
1 quo iure cognoſcat̃ de hoc, † an ipſe aufugerit, vel
nõ. Dicit gl. nõ interdicto vti poſsidetis: quia res
eſt mobilis: ſed interdicto vtrobi. nõ eſt verũ: quia
illud haberet locũ, qñ ancilla poſsideret̃ ab alio:
ſed qñ ipſamet facit cõtrouerſiã ſui recurrendũ eſt
ad officiũ iudicis: vt l. iij. §. hoc aũt interdictũ. de li
be. exhi. habuiſtis no. j. de lib. exhi. l. j. ff. de rei vẽ.
2 l. j. §. per hanc. Erit † ergo practica hic, ꝙ ille, à quo
ſeruꝰ aufugit in aliã ciuitatẽ, capiat ſeruũ per per-
ſonã, & cõducat ad iudicẽ illius terrę, in qua eũ ce
pit, & eius officiũ imploret, & hic examinet, an ab
eo aufugit an non. Et ſi eum aufugiſſe reperit̃, re-
mittat̃ ad iudicẽ, vnde ipſe aufugit. ꝓbat̃ i l. j. j. ti.
j. & quod ibi not. ¶ Sed cõtra hoc op. ſi tu cõuenis
me fugitiuũ, petẽdo remiſsionẽ: ego potero te re-
cõuenire ſuper cã ſtatus, dicẽdo me liberũ: vt j. de
ſen. l. cũ Papi. & aut̃. & cõſequẽter. & ſic in eodem
3 loco examinabit̃ cauſa ſtatus. Dicũt † quidã, recon
uentio non põt habere locũ, qñ cauſa cõuentionis
eſt ſummaria, & cauſa recõuentionis requirit, ple-
nariã cauſæ cognitionẽ. Et ita dicũt, ꝙ eſt caſus in
hac lege. Sed an hoc ſit verũ, dicã in d. aut̃. & cõſe-
4 quenter. & tñ ad legẽ noſtram reſpondeo, ꝙ † ma
teria recõuẽtionis nõ habet locũ in cauſis, quę ſibi
inuicem præiudicant, vel quarũ vna eſt pręparato
ria ad aliam. & ita loquit̃ iſta lex: & ibi videbitis.

LEX II.

PRocuratores. Procurator
Cæſaris, nõ
eſt competens iudex in cauſa ſtatus.

LEX III.

SI ex poſſeſsione. In cã
ſtatꝰ,
actor ſequit̃ forũ rei, & partes ſuſtinet,
qui poſſeſsiõis cõmodo gaudet. h. d. cũ
l. ſeq. & iſta lex bene congruit l. j. huius tit. quia il
la loquit̃, qñ eſt dubium: hic quando eſt certum.

IAm. Cauſa libertatis, & ſeruitu
tis, inter fiſcũ, & priuatum,
examinatur à procuratore Cæſaris.
Cauſa verò libertinitatis, & ingenuita
tis, a Præſide. h. d.

INlitibus. In queſtionibus
ingenuitatis ali-
cuius viuentis, præſcriptio quinquẽ-
nij eſt ſublata. h. d.

## *Vbi quis de curiali, uel cohortali, alia ue conditione conueniatur. Rubri.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Liber homo alteri obnoxius, fugiens poteſt
propria authoritate capi, vt ad iudicem ducatur.
2 Cauſa ſtatus liberi hoĩs, an agatur vbi ſit captus.

LEX I.

SIquis.[f] Liber homo alteri ob
noxius, fugiens põt ca
pi, & ſub iudice, ſub quo capit̃, cau-
ſa ſtatus examinat̃. h. d. ¶ Not. hanc
legẽ[g] ꝓ monachis aufugiẽtibus, &
ꝓ alijs obnoxijs. ¶ No. ꝙ liberũ hominẽ quis non
põt capere ſua authoritate. vt l. ob es. j. de act. &
1 obli. de priua. car. l. j. Sol. Speciale eſt † in homini-
bus ſic obnoxiatis, ſic conditionatis: tunc eñ per
conditionẽ perſonę qñq; ſunt fugitiui, & poſſunt
capi: vt hic, & ſ. titu. j. l. j. Et intelligo capi, vt non
detineant̃, ſed vt ad iudicẽ ducãtur. & ita intelli-
git hic gl. no. & j. de decu. l. generali. tangit̃ per gl.
Inſti. de act. in prin. dixi plenè in l. ait Prętor. §. ſi
debitorẽ. j. de his q̃ in frau. cre. ¶ Opp. ꝙ non de-
bet ibi agi cauſa ſtatus vbi eſt captus: ſed debet re
2 mitti ad locũ vñ aufugit: vt ſ. tit. j. l. j. Sol. † Aliud
in ſeruis, vt in cõtrario: aliud in hominibus quorũ
cõditio alio modo eſt obnoxiata, in quibus eſt ſta
tutũ: vbi te inuenero, ibi te iudicabo. ita intelligit̃
hic. Sed certè Gul. de Cug. videt̃ dicere, ꝙ hic agat̃
cauſa ſtatus coram iſto iudice, ſub quo capit̃ ſpon
te. ſecus enim ſi peteret remiſsionem fieri ſecundũ
formam l. j. ſ. tit. j. hoc etiam velle videtur glo. in
l. de iure. ff. ad municip. no. iſtam gl. quæ dicit ca-
pi, ſcilicet vt ad iudicem ducatur.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Sñia diffinitiua an poſsit ꝓferri in cõtumacẽ.
2 Sententia diffinitiua an poſsit ferri in contumacẽ,
pro publicis functionibus.

LEX II.

HAc perpetua. Homines
obnoxia-
ti, vel qui pro exactionibus, vel con-
cuſsionibus conueniuntur, non poſ-
ſunt fori pręſcriptionẽ opponere: niſi ſint milites
armatæ

---

✻ *P. PAV. P.*

a ¶ Res eſt. An idem ſit ſi agatur remedio poſſeſsionis reſtituẽdæ, vide Arc. in c. ex parte. in j. col. de foro compe. Itẽ ꝙ ſit in electione actoris an velit agere in loco domicilij cõuẽti, vide Feli. in c. dilectꝰ. el ij. col. v. de reſcript.

b ¶ Finaliter. Adde tu ꝙ hæc opinio fuit originař. Pet. hic: & illã ſequitũr Ioã. And. in addit. Spe. in tit. de cõpe. judi. adi. §. j. verſic. xx. & in c. fi. de foro cõpe. & ita etiã Abb. in c. ſane. de foro compe. & ibi do. Mari. Soci. in d. c. ſane. verſi. ſecundo declara.

c ¶ Tenet quod non. Et ſic habes ꝙ in perſonalibus quis ratione rei ſitæ nõ ſortitur forum. Ita etiam tenet domi. Mari. Soci. in c. ſanè. verſic. ſeptima declaratio. de foro compet. Adde tamen ꝙ ſi agitur hypothecaria ratione rei ſitæ, ꝙ qs in loco poterit cõueniri. Ita Ioã. And. in addi. Spec. in tit. de cõpe. iudi. §. j. verſi. vij. Et idem ſi agit̃ interdicto turbatiuo, dato ꝙ ſit perſonale: tamẽ eſt ſcriptũ in rem: & ideo quo ad ipſam rem iudicatur vt realis. l. j. ff. de interdict. & no. Inno. in c. ex parte. ſ. de foro cõpetenti.

✣ POMATES.

d ¶ Actione miſta. Vide Ro. cõſi. cxcvij. & Bal. etiam ibidem tenet in l. cũ in longi. §. nihil. j. de præſcriptio. lõ. tẽpo. & Panor. in c. ſi. col. xvij. extra, de foro compe. & Bart. in l. forma. §. j. ff. de cenſi.

✻ *P. PAV. P.*

e ¶ Illic vbi. Vide Io. de Anna. conſi. iiij. incip. viſis ſtatutis. in iij. dubio.

f ¶ Si quis. Et nota gl. ſecundam hic, in ver. ab his, quæ dicit, vel à procuratoribus eorum. Ex qua habes quando beneficium capiẽdi propria authoritate poteſt cedi. qđ perpetuò not. facit quod no. Barto. & doc. in l. j. §. ſi. ff. de noui ope. nun.

✣ POMATES.

g ¶ Nota hanc l. Vide text. in c. pen. & ibi Feli. & Scriben. de proba. & vide Areti. conſi. xcv.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

armatæ militię, vel eis fit ſpecialiter cõceſſum.h.d.¶Nota hic in fi. ſentẽ
1 tiam † ꝓferri cõtra cõtumaces. Gl.quæ eſt hic, dicit, intellige de pœna q̃ inferẽ ipſi cõtumaci, nõ ꝙ diffinitiua ſententia ꝓferatur in contumacem. Gul.de Cug.etiam ſic intelligit, ꝙ diffinitiua ſententia proferatur in cõ
2 tumacem, in caſibus hic poſitis.¶ †Et ſic nota ꝙ quando quis cõuenitur pro publicis functionibus, poteſt in eum contumacem proferri ſentẽtia, quod bene nota, & tene menti.

## *Vbi ſenatores, uel clariſsimi, ciuiliter, uel criminaliter conueniantur. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Reatus excludit omnem honorem.
2 Forenſis delinquẽs in ciuitate puniẽ ſecũdùm formã ſtatutorũ ciuitatis.

LEX I.

QVicunque. Qui occaſione criminis cõueniũtur, rõne dignitatis infra illuſtrẽ priuilegio fori nõ vtũtur.h.d. ¶Nota†
1 ꝙ reatus excludit omnem honorẽ. Itẽ nota tex. dũ dicit, publicis legibus ſubiungenẽ. Ex quo dicũt,
2 †ꝙ ſi forẽſis delinquat in ciuitate iſta: debet hic puniri authoritate publicarũ legũ non ſecundũ formam ſtatutorũ. Cõtra determinãt omnes doc.ſ.de ſum. trin.l.cũctos populos.& ibi plenè dixi. Tangitur per Dyn.in l.ſi cui.§.fi. ff.de accu.&c.

LEX II.

a SEnatores. [a]Senatores etiam in cauſis ciuilibus põt conueniri, vbi habent domiciliũ, vel maiorem partẽ bonorũ: vel vbi conuerſanẽ. in vrbe verò coram ſuis iudicibus.h.d. Quidã habent hic aut: quidã &, prout ha
b betis aut: eſt caſus, ꝙ vbi quis aſsiduè [b]conuerſatut, põt cõueniri, licet ibi nõ habeat domiciliũ. Pro hoc ſ. vbi de crimine agi oporteat.l.fi. vbi de hęredi. agi oporteat.l.j.quod no.in l.hęres abſens.§.proinde.ff.de iudi.per Inno.de foro cõpe.c.ex parte.

LEX III.

QVoties. Viri habentes dignitatem illuſtrẽ, ex adminiſtratione in cauſis criminalibus, ſolũ corã principe, vel cui ipſe mandauerit, poſſunt accuſari: & poſſunt abſolui, nõ cõdemnari Principe incõſulto: & eius aduerſarius poterit de calumnia condemnari niſi ſimilis dignitatis exiſtat. Qui verò ſunt illuſtres conceſsione, abſq; adminiſtratione poterunt ſub quibuſdã iudicibus nominatis in vrbe, in prouincijs verò apud eorũ rectores accuſari, qui eos poterunt abſoluere: ſed non cõdẽnare Principe inconſulto. h.d.tota iſta lex.& habet duas partes. Secunda ibi: viros autem illuſtres. ¶Nota caſum in hac lege, vbi quis poteſt abſoluere, & non cõdemnare. & videtur contra regulam iuris. quod tene menti perpetuò.

## *In quibus cauſis, militantes fori præſcriptione uti non poſſunt. Rubrica.*

LEX VNICA.

OMnes. Militantes etiam in curia Principis, fori præſcriptionem non habent in publicis functionibus: vel ſi pro priuatis negotiationibus conueniuntur, niſi tempore commeatus. hoc dicit.

## *Vbi cauſæ fiſcales. Rubrica.*

LEX I.

c NOn defenſæ. [c]Iſta eſt bona lex, & declarat & ponit practicã qualiter bona auferuntur ab hærede indigno, qui mortẽ non vindicauit. breuiter dicit. De bonis auferendis ab hęrede, qui mortem defuncti non vindicauit, non poteſt agi niſi cõuictis reis, vel defunctis. hoc dicit.¶Nota hic, ꝙ iſta accuſatio facta contra reos conuictos, habet effectum confiſcandorum bonorum contra hæredes. De hoc dixi plenè in l.j.de his quibus vt indignis.& videtur caſus hic, quòd de crimine nõ poſsit agi ciuiliter, niſi prius agatur criminaliter. Sed hoc non eſt verum ſimpliciter. Dicemus in l.fi.de fide inſtru. vbi gl. dicit. & vide in l.j.§.veſtrum.de pigno. Adde quòd locus iſte §.veſtrum.nequiuit comperiri.

CVm vendente procu. Nota hic gl. vtrũ procurator, qui habet mandatum de vendendo, poſsit habere fidem de pretio: &c.

## d *Quando liceat unicuiq; ſine iudice ſe uindicare.* [d]*Rubri.*

¶Suprà habuiſtis ab illo titulo de iudicijs, vſq; huc, quando quis implorat iudicis officium contra alium: hic quãdo ipſemet vindicat, vel Rempublicam.& de prima parte rubricæ loquitur l.j. De ſecunda parte rubricæ loquitur l.ij.&c.

a ¶Senatores. Circa mediũ ꝑ doc.in c.dilectus.el ij.de reſcrip.poſt glo.ib.
b ¶Aſsiduè cõuerſaẽ. Adde & intellige hoc ſaltem per decẽniũ. Ita Cy.hi. & dicit Frãc de Aret.in c.qđ clericis.co.ij.de foro cõpe.& adde do.Marii Soci.in c.licet.queſtio.vj.verſi.j.eo.tit.de foro compe.
b ✠ P. PAV. P. ¶Aſsiduè cõuerſatur. Vide Abbatẽ in c.qđ clericis.in vltimo nota: extra, de foro cõp. Et vide oĩno alia quæ habes ad Bar. in l.hæres abſens. §.j.ff.de re iudi.

LEX I.

LIberam. De nocturno depopulatore agrorũ, & derobatore ſtratarum poteſt quis ſua authoritate vindictam aſſumere.h.d. b

SVMMARIVM.

1 ☞Statuta quæ permittũt bãnitos impunè offendi, ſunt introducta pro quietæ commani.
2 Vindicta publica quæ dicatur.
3 Qui facit pacem cũ bannito, & promittit nõ offendere: ſi tamen poſtea offendit, non dicitur pacem rumpere, quãdo ex forma ſtatuti bannitus poteſt c impunè occidi.

LEX II.

e OPprimendorum. [e] Milites deſertores poſſunt à quocũq; capi, & reſiſtẽtes offendi.h.d.¶
1 †Nota ꝙ ſtatuta, quę ꝑmittũt exbãnitos impunè occi
2 di, ſunt introducta ꝓ quiete cõi. Et diciẽ illa† vin
f dicta publica, [f] vt hic vides. Ex hoc colligiẽ, ꝙ† ſi
3 aliquis priuatus facit pacẽ cũ exbannito, & ꝓmittit nõ offendere eũ, poſtea offendit: nõ incidit in
g pœnam: nec diciẽ rumpere pacem. [g]Nam cum iſta offenſio permittatur propter publicã vtilitatẽ, & diciẽ publica vindicta, nõ potuit pacto priuatorũ tolli: vt l.ius publicum.ff.de pac. Et dicitur ille bonus dolus: vt l.j.§.non facit.ff.de dolo. Et iſtã q. diſputaui Piſis, &c.

## *De inofficioſo teſtamento. Rubri.*

SVMMARIVM.

1 ☞Petitio hæreditatis, quomodo detur contra titulo poſsidentem.
2 Petitio hęreditatis an videatur intentata, quando intentatur querela inofficioſi.
3 Querela inofficioſi, quando poſsit intentari cõtra fideicommiſſarium vniuerſalem.

LEX I.

CVm de inoffic. Querela, & poſt eam hęreditatis petitio, põt contra fideicõmiſſarium, ſicut cõtra hæredẽ, intẽtari. hoc dicit.¶Oppo. ꝙ petitio hære e
1 ditatis non datur† cõtra titulo poſsidentẽ: vt l.hęreditatem.j.in quibus cau.ceſſat longi tempo.pręſcri.& l.regulariter.ff.de petitio.hære.ſed hic fideicommiſſarius poſsidet titulo: ergo &c. Huius f timore ſunt in hac lege duæ opiniones. Vna quæ dicit, ꝙ hic in principio legis, non fuit intẽtata hęreditatis petitio, ſed querela: & poſtquã quis obtinuit in querela, poteſt agere contra fideicommiſſarium petitione hęreditatis: quia titulus allegatus pro non titulo habetur, cùm teſtamẽtum ſit reſciſſum. Et iſta eſt bona lectura, & vera. Alij dicũt, ꝙ
2 intentãdo† querelam, videtur intẽtari petitio hæreditatis. & ideo non poteſt hic intentari contra fideicommiſſarium: quia habet titulum vniuerſalẽ, g & ſciuit eſſe teſtamentum inofficioſum: vt l.nec vllã. aliàs vt l.etiam.§.ſi quis ſciens.de petitione hæreditatis. Iſta non eſt vera, quòd intentata querela, videatur intentata petitio hæreditatis: vt plenè nota.in l.qui de inofficioſo.ff.de inofficioſo te
3 ſtamen.tene ergo primam.¶ Quęro ergo, † & reuoco in dubium, vtrum cõtra fideicommiſſarium vniuerſalem poſsit intentari querela, vt reſcindaẽ teſtamentũ ex toto. Breuiter dic, ſecundùm Gul. de Cug. Aut fuit intentata cõtra hęredẽ antequã reſtitueret: & tũc poſſet: & poteſt proſequi cõtra

✠ POMATES.

¶Vide Panor. in c.qđ clericis. circa j.col. extra, de foro cõpe. in verſic. duo principaliter. idem refert Bart. ſibi contrarius.

¶Nõ defenſæ. Iſtũ ti.limita ꝑut Bar. no.in l.ſi vacantia. C.de bon.vac.li.x. niſi ꝓcurator Cæſaris nõ adeſſet: qa Præſes ꝓuincię eſt iudex in cauſa etiã deuoluta, ꝑ Bar.in l.à diuo Pio.§.ſi emptor.de re iudi. & ad hanc legẽ vide l.cum eorum.& ibi Bar.& Bal.j.de ſenten. & interlocu.omnium iudi.

✠ P. PAV. P.

d ¶Vindicare. Materia huius tituli ꝓcedit qñ delictum eſt de iure cõi punibile. Vide Pau.conſil.cxciij.vbi ponit an valeat ſtatutum ꝙ filius poſsit vindicare necẽ patris. Item quoſdã alios caſus, in quib9 põt quis ꝓpria authoritate ſibi ius dicere vide ꝑ Bal.in c.j.§.j.de pace iura.fir. per Bal.in l.generaliter.C. de decur. lib.x.

¶Opprimẽdorum. Ad hanc legẽ vide Cano.in c.iter alia. de immu.eccle.

¶Vindicta publica. De iſta qõ. vide per Bal.hic & per Bar.in l.quid ergo. §.ſi hæres.de leg.j. & adde qđ dixit Bar.in l.vbi pactũ. de tranſac. ꝙ minimus veniens poterit hoc allegare.

¶Rumpere pacem. Pro hoc vide quod no.Bar.in l.cũ mulier.in j.q.ff.ſoluto matrimo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Si mater. Vide pro ampliatione huius tex. in l. mater. iuncta gl. j. ff. eod.
b ✠ P. PAV. P. ¶Facultatem. Et piſtam regulam ꝙ quando teſtator habet tempus prouidendi, ſi non prouideat, ꝙ ei non ſubueniatur, vt eius diſpoſitio ſuſtineatur, vide quod conſuluit notab. Anto. de But. conſil. lvij. col. vlti. incip. in nomine domini &c. in quęſtione ſurgente. Et qđ dicit Bart. in l. j. in vj. col. vbi alia habes. ff. de vulga. & pupil. & in l. neq; enim. §. cum miles. ff. de teſta. mili. per illum tex. Itē adde ad materiam huius legis ꝙ ſi pater vel mater iſtitueret filios ſuos hæredes, & ignoraret aliquē habere, & de eo nullam faceret mentionem, ꝙ talis filius ignoranter præteritus haberet̃ ęqualiter cum alijs inſtitutus. Vide Iaſ. in l. ſicut certi. in ij. & iij. colū. C. de teſta. mili. Item ad illud qđ dictū eſt ꝙ pater habuit tp̄s ꝓuidēdi &c. vide in cōtrarium quæ ſcribit latè Iaſo. in authē. ex cauſa. in penul. & vlti. colū. de lib. præter.

c ¶Vocetur ad dimidiam. Adde Bar. idem tenentem in l. pater filiū. in xij. col. & quæ ibi dixi ff. eo. titu.

ADDE inquantum Bar. concludit ꝙ poſthumus, qui præſumitur inſtitutus authoritate huius legis agit actione ex teſtamento. quod Bald. tenet contrarium, & per primum vide, an huic competat beneficium l. edicto. An autem ſi filius ſit inſtitutus ex re certa, & inſtituti ſint extranei, habeatur pro præterito. Pil. q. lxxv. vt refert Ioan. Andr. in addi. ad Spec. de teſt. §. j. ver. coram. tenuit ꝙ ſic, ꝑ hanc l. ſecꝰ ſi ſint fratres inſtituti.

d ¶Si pater. Ibi hodie ſecus. Sed certè iſta ſolu. non videtur vera in caſu l. noſtrę. Nam ibi loquitur in querela quę competit contra teſtamentum aſcendentium, hic contra querelam, quæ datur contra teſtamentum fratris mei: cùm in hoc non reperiam mutatum ius antiquū. ergo &c. l. pręcipimus. j. de appella. no. tamen glo. quia fortè ſeruaretur in practica, ſecundùm Franci. de Ramp. & idem ſequitur Bald. in lege ſcimus. §. fina. j. eodem.

e ✠ POMATES. ¶Nouiſsima. Ad hanc authenti. vide Alexan. conſilio lxxxiij. volumine iij. vbi ponit quanta ſit legitima nepotum, faciendo in hoc pulchram diſtinctionem. Vide etiam Alexan. conſi. lxxvj. col. ij. volu. iij. vbi ponit quando teſtamentum ſit inter liberos, an debeant habere iure inſtitutionis. & vide Math. no. ciij. col. xviij.

fideicōmiſſarium: quia ius inſtātiæ tranſit in eum: vt l. j. circa prin. ff. ad Trebel. & l. ita tamē. §. actiones. eo. tit. Si verò fuit reſtituta hęreditas ante litē exortam: & tunc aut fuit tota reſtituta abſq; aliqua detractione, vel facta detractione certę rei: & tunc poterit contra eum intentari querela: vt hic. Si verò fuit facta detractio quotæ, non pōt intētari querela contra fideicommiſſarium, vt teſtamentum reſcindatur pro toto, ſed ſolùm ꝓ parte, quę ſibi reſtituta eſt: vt l. ij. j. ad Trebel. arg. j. eo. l. cum duobus. & ff. eo. l. circa. Si verò intentatur contra hæredem poſt reſtitutam hæreditatem, nullo modo noceret fideicommiſſario: vt l. facta. §. ſi hæres ſcriptus. ff. ad Trebel.

LEX II.

QVamuis. Gloſſ. ponit caſum in l. iſta, de illa bonorum poſſeſsione gratia agnoſcendę litis. Aliter intelligunt doctores quā gl. vt hic refert Cy. ideo videatis eum, qui hoc plenè tractat, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Pręteritio matris habetur pro exhæredatiōe.
2 Præteritio matris, quare magis habeatur pro exhæredatione, quàm præteritio patris.
3 Filius pręteritus, cæteris filijs inſtitutis, ex diſparibus partibus, quam portionem habeat.
4 Filio præterito an detur querela, quando in teſtamento ſunt inſtituti filij & extranei.
5 Contra præſumptionem huius l. ꝙ admittat̃ probatio in contrarium.
6 Filius, qui præſumitur inſtitutus huius legis authoritate, qua actione agat.

LEX III.

SImater. [a] Hæc eſt bona & ſingularis lex, ita ꝙ non alibi reperies eam. Poſthumus pręteritus à matre, quę mutandi teſtamētum
b non habuit facultatem, [b] videtur cū alijs viriliter inſtitutꝰ. ſed ſi eſſent extranei inſtituti, q̄rela agere debet. h. d. ¶Oppo. per natiuitatem poſthumi rumpitur teſtamentum ipſo iure: nec eſt opus querela: vt Inſtit. de exhæ. lib. in prin. Sol. Ibi loquit̃ in maribus facientibus teſtamentum: hic loquitur
1 in fœminis. Et eſt ratio, dicit gl. †quia præteritio matris habetur pro exhęredatione: vt Inſti. de ex
2 hæ. liber. §. mater. ¶ †Sed quęritur, quare præteritio matris magis habetur pro exhæredatiōe, quā præteritio patris. Iſtam rationē ego dixi: alia ſcripta non ponunt: ſed Iuriſconſulti credo ꝙ poſuerunt eam. Ratio hæc eſt: filius in poteſtate patris dicitur dñs viuo patre: videt̃ ideo ꝙ moriente patre nō dicitur poſsidere ꝓ hærede: nec noua hęreditas dicitur ſuperuenire: ſed dicitur cōtinuare, vt l. nihil. j. pro hærede. & ibi not. Vnde cū viuo patre fingatur dñs, niſi exhæredetur hęreditas non poteſt alijs dari, cùm fingatur eſſe dñs: ſed mater non habet ſuū hęredem: & ideo inſtituere extraneum, & filiū pręterire, eſt eū hæreditate priuare: quia eam nunquam habuit, & ex teſtamento non datur ſibi. & ideo Iuriſcōſulti poſuerūt legem in ſuis ti. de lib. & poſth. vt oſtenderēt, ꝙ ex illa lege colligitur ratio, quare filius ſuus debeat exhære-

c ✠ P. PAV. P. ¶Nouiſsima. Circa modum computandi legitimā, qñ ſunt plures fratres, & grauati ꝙ quicunq; deceſſerit ſine liberis, alijs reſtituat. & vnus poſtea moriat̃ alijs inſtitutis, quos ſimiliter grauat: poſtea morit̃ aliqs ex eis, cui vnus tm̄ ex ſuperſtitibꝰ ab inteſtato ſuccedit, qūo & quātū alij nō ſuccedēti, qa ſit cōiūctꝰ ex vno latere tm̄, debeat̃ vigore fideicōmiſsi, vide Com. cōſi. lxvj. incip. Io. deceſsit. ꝑ totū. Et qa dicit̃ hic qđ eſt aucta legitima deſcendentium per iſtam auth. quid ſi ſtatutū prohibeat aſcendenti relinquere extraneo vltra tertiam partem bonorum, & quòd duæ partes relinquantur deſcendētibus, an per hoc dicatur reducta legitima ad beſſem. Vide not. Com. ꝙ non, conſilio cxij. per totum incipiē. ſtatutum, ꝙ nec teſtes per eundē vnū verbum conſilio cxix. ante ſinem. verſicu. tamen verius. Et circa iſtam materiam ꝙ filius debeat habere iure inſtitutiōis, etiam patre teſtāte inter liberos, vide Alex. conſil. cccxliij. in penul. colum. Itē an filius ꝓpria authoritate poſsit occupare bona pro legitima, vide in l. ij. C. quando & quib. quar. pars deb. lib. x. Vide Bal. in l. nō amplius. §. in bonorum. circa finē. de leg. j. Bal. in l. ex facto. §. fina. de hæredi. inſtit. Item an legitima aſcendentium ſit aucta, vide Alex. conſi. cxl. ad fin. & Ant. de But. conſi. cxij. quod ſic. & conſil. xv. poſt medium: Roma. conſi. clxxxv. Cur. hic, & alios. Quid autem in collateralibus, vide Alexā. conſi. ccv. in princ. Modern. hic poſt glo. Item no. quòd ille qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, ſi inſtituatur & grauetur, nō pōt eueniēte caſu ſubſtitutiōis & grauaminis retinere legitimam vide Alex. conſi. cccclx. in v. col. ad fin. & cōſi. cccccxix. Ite plures limitationes ad hāc regulā ꝙ p̄t teneat̃ relinquere legitimā iure inſtitutiōis, vide ꝑ Math. eſil. nota. cvj. Quid aūt ſi ſtatutū dicat ꝙ dos matris ꝑuenire debeat in filiū: an ītelligi debeat titulo ſingulari, an titulo hæreditario: effectus eſt maximus ꝓpter trāſmiſsionē. Vide Ang. cōſi. lxxvij. inci. dña Maria. Itē iſtā auth. & latiſsimè materiā legitimæ qūo & qualiter & quāta debeat̃, repetit latiſsimè do. Fabia. de paroch. vbi multa ponit in materia: ideo vide oīno eū. Itē ſi ſtatutū arguat legatū, an habeat locū in filijs legitimatis, vide do. Bened. de Plūb. in quadā diſputatione inci. ſtatuto piſano. in ij. & iij. dubio. Itē circa illud quod dictū eſt ſ. ꝙ relinqui titulo inſtitutionis: qd ſi ſimpl̄r relinquatur, que

dari &c. ¶Procedo vlterius, & videtur ꝙ iſte filiꝰ
c vocetur ad dimidiam [c] hęreditatis, ſicut ille qui inſtituitur eſſe completo: vt Inſti. de hære. inſti. §. ſi verò totius. Sol. Hic habetur pro inſtituto à l. incerta, & limitata portione: ibi verò fuit inſtitutꝰ à
3 teſtatore ſimpliciter. ¶ †Quęro, quid ſi filij ſint inſtituti ex diſparibus partibus? Reſpondet, ſemper iſte pręteritus habebit virilem. l. qui cùm plures. ff. de vulg. & pupilla. Nec obſtat l. numis. de lega. iij. per quā videbatur ꝙ deberet habere minimū: quia hic eſt certa diſpoſitio legis: ibi verò erat du-
4 bia diſpoſitio teſtatoris. ¶ †Quęro, quid ſi in eodem teſtamēto erant inſtituti filij, & extranei. Dicūt quidam, quo ad extraneos erit locus querelæ: quo ad filios non. Gl. determinat contrariū: quia in nullo ſit locus querelæ. Cùm enim iſte filiꝰ pręſumatur inſtitutus in aliquo, non poteſt dici ꝙ ſit
5 locus querelæ. ¶ †Quęro, extra glo. vtrum cōtra pręſumptionem huius legis admittatur probatio in contrarium, ꝙ mater noluerit illum filium quē gerebat in ventre inſtituere. Guliel. de Cug. dicit quòd ſic. Nam tex. hoc introducit propter coniecturam maternę pietatis. ſed in incertis, nō certis, eſt locus coniecturis: vt l. continuus. §. cùm ita. de
6 verb. oblig. ergo &c. ¶ †Quęro, vtrum iſte filius, qui præſumitur inſtitutus authoritate huiꝰ legis, agat condictione ex lege iſta, vel qua actione. Determinat Guliel. & bene, ꝙ debet agi actiōe ex teſtamento, cùm authoritate huius legis videat̃ inſtitutus. Diſponit enim iſta lex, vt inſtitutꝰ videatur. Vnde non concedit iſta lex hæreditatem ſibi immediatè, ſed per medium teſtamentum: vt in l. lege obuenire. de verborum ſignificatione. Vnde ex teſtamento agetur. quod ſatis placet. Dicam vobis in ſimili infra, de liber. pręte. in authen. ex cauſa. &c.

CVm ex cauſa. Reſciſſo teſtamento per querelam, non reſcindūtur libertates cōceſſæ.

d SIpater. [d] Querela pręparata trāſmittitur. h. d.

CVm quæritur. Filiꝰ cui relicta eſt legitima non habet querelam. h. d. Iſtud qđ erat olim ī quarta, hodie corrigitur, & inducitur legitima ad aliā portionē, ſcilicet trientē, & ſemiſſem, per aut̃. de triē. & ſemiſ. §. j. ideo aut̃. nouiſsima. ſequitur.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Filij hodie debent habere legitimam iure inſtitutionis.
2 Legitima aſcendentium eſt aucta.
3 Trebellianica & Falcidia non eſt aucta.
4 Parentes, an hodie habeant legitimam iure inſtitutionis.
5 Filij, qui non poſſunt ſuccedere, an computentur in numero filiorum, ad computationē legitimæ.

e NOuiſsima [e] Oppono qđ imò debet habere iure inſtitutionis: vt in authentica, vt cùm de appella. cog. §. aliud quo-

1 què capitulū.Sol.fateor, † ꝙ iſta aut̃.per illā corri
a gitur:[a] quia hodie debet habere iure inſtitutio-
b nis[b].Ratio:qa eſt titul⁹ magis honorabilis.¶ Itē:
quia habet ius accreſcēdi in hęreditate,vt dixi vo
bis in lege,quoties. j.de hæredibus inſtituendis.
¶ Item oppon.de l.vxori meæ.j.de vſufruc.lega.
Sol.fateor quòd lex illa corrigitur in hoc:quia in
vſufructu non poteſt filius fraudari in legitima.
2 ¶ † Quæro,vtrum in aſcendentibus ſit aucta por
tio legitimę.glo.& docto.intelligunt ꝙ ſic: vt in
3 authen.eadem.§.j.¶ Item † quęritur,vtrū trebel
lianica,& falcidia ſit aucta.Reſpondeo non: quia
hoc nō reperitur,& quòd non mutatur, quare ſta
4 re prohibetur.¶ Quęro, † vtrū parentes debeāt
c habere legitimam iure inſtitutionis[c]. gloſ.tangit
iſtam queſtionem in patrono.in l.j.§.ij.ff.ſi qd in
fraud.patro.& ibi dixi,ꝙ patronus poteſt habe-
re quoquo relicti titulo: vt inſti.de ſucceſsio.lib.
§.ſed noſtra.Sed parens,& patronus,ęquiparan-
tur quo ad omnia.exceptis quibuſdam, quę not.
in dicta l.j.ſi à patre quis fuer.ma.quia non reperi
tur iſta diuerſitas.ergo &c. Prętere a,quod nō mu
tatur expreſſè,remanet incorrectum vt l. pręcipi
5 mus.in fi.de appella.¶ Quæro, † vtrum filij, qui
non poſſunt ſuccedere connumerentur in nume-
ro aliorum,quātum ad cōputationem legitimæ.
Iſta eſt difficilima queſtio.quam examinaui ple-
nè in l.j.§.ſi pater.ff.de coniun.cum eman. li. &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Falcidia,quæ dicatur propriè.
2 Teſtamentum in quo filiæ ſunt relicta centum pro ſua falcidia,an valeat.
3 Donatio,an valeat inter patrem & filium.
4 Donatio immenſa facta filio,quo iure reuocetur, remiſsiuè.

VNde & ſi parēs. Iſtud quod in lege Codicis dicit̃,ꝙ inſpicit̃ illud quod habet tēpore mortis, limitatur per hanc aut̃.¶ Opp.dicitur hic,nomine falcidiæ, Falcidia dicitur quæ debet̃ iure inſtitutiōis:vt ff.
1 ad l.fal.l.j.in prin.Sol.dicit gl. † hoc nomē falcidia
propriè ponit̃ ꝓ Falcidia debita iure inſtitutiōis:
impropriè ꝓ Trebellianica: impropriſsimè ꝓ le
gitima.Nota:iſta verba faciūt ad q.quam vidi de
facto.Dixit teſtator:relinquo filiæ centū pro ſua
Falcidia:nec adiecit,& ī his eā hęredē īſtituo.Cer
d tè puto ꝙ teſtamentū[d] valeat † & iure inſtitutiōis
2 videat̃ reliquiſſe.Nā cū iſtud nomen Falcidia,acci
piatur pro legitima,intelligere vr̄ iure inſtitutio-
nis:arg.l.ſciendū.de ver.obli.Inſti.de fideiuſ.§.ſi.
de inuti.ſtipu.§.itē ſi ſcriptū.Dixi vobis in l.filiū.
3 ſed & ſi portio,de leg.præſtā.¶ † Opp.ꝙ inter pa
trē & filiū nō valeat donatio:vt j.de do.inter vir.
& vxo.l.donatiōes.Poſſumus dicere,hic erat fili⁹
emācipatus.Vel dic verius,ꝙ etiā in filio in ꝑtāte
pōt hr̄e locū,in quo valet donatio hodie,& ēt ꝗli
bet obligatio ex cā aduentitia.Ita tenet gl.hic,&
l.frater à fratre.ī prima mag.gl.de cōdi.inde.& in
l.pactū.j.de pac.cōuē.& ibi dixi tibi.Et habuiſtis
caſum in l.iubemus.ad Treb.Dices tu,quō poſſu
mus dicere ꝙ donatio ſit ex cauſa aduētitia,cū ea
q̄ à patre ꝓficiſcunt̃,dicāt̃ ꝓfectitia:& ſic eſt ꝓfe
ctitia?R̄ndeo. dicit gl.hic loquit̃,qn̄ pater donat
filio vt extraneo:qd eſt hoc dictū?Dico,intellige
qn̄ ꝑceſſerūt opera filij talia,ꝙ ꝓpter illa opera pr̄
cuilibet extraneo tm̄ donaſſet.Vnde cū illud,qđ
filius acqrit ex operibus ſuis,ſit aduentitiū,vt l.cū
oportet.in prin.j.de bo.q̄ libe.iſta donatio videt̃
aduētitia.Secus ſi iſta merita nō pręceſsiſſent.Di
xi vobis plenè in l.ſi donatione.j.de col.vbi dicit
4 gl.¶ Quęro,quo iure † iſta immenſa donatio filijs
irritet̃.Dicit gl.per querelam inofficioſę donatio
nis.Dicam vobis j.tit.j.in l.j.&c.

NEptem. Neptis exhæredata habet querelam.h.d.

e PArentibus.[e] Pater pōt hæreditatem diuidere inter filios,dūmō vnicuiꝗ legitimā derelinquat.& q iudiciū defuncti agnouit,non poteſt intentare querelam.h.d.

DE inofficioſo. Teſtamētum militis non ſubiacet querelæ.h.d.

an prę ſumatur titulo inſtitutionis,vide oīno q̄ habes in l.his verbis.ff.de hęre.inſti.ad Bar.Nunquid autē portio quę relinquit̃ ex diſpoſitione ſtatuti debeat relinqui de neceſsitate tit.inſtitutionis,vide Alex.cōſi. ccxij. in ij.col.Itē quæ dicat̃ legitima: & an tota portio, quę deferret̃ alicui ab inteſtato,dici poſsit legitima, vide in Bertachi.in verbo,legitima.in prin. Itē an filia excluſa p ſtatutū cōnumeretur inter filios ad augendū vel diminuendū eorum legitimā,vide omnino ſubtiliter & latè d. Ant.conſi.xxxix.per totum.&ibi in prin. ponit qua ratione ſit aucta legitima.& quędam alia in materia, Vide etiam de eo qđ dictū eſt ſtatim ad Barto.in l.j. §.pen. ff.de contra tab. & in Berta.in ver.legitima.in j.col.et ibi in ij.col.latè an poſſit tollere in totū vel minuere legitimā, & ꝙ legitima computet̃ reſpectu eius qđ quis haberet ab inteſtato, excludatur etiam à legitima. vide d. Anto.conſi.xvj. Vide omnino in contrarium circa hoc quę habes ad Bar.in l.j.§.ſciēdū.ff.de ſuis & legiti.ad apoſt.do.Alexan.

POMATES.

a ¶ Corrigitur. Vide de Panor. conſilio xj. ad fin. volumi. ij.Fe.in c.cūm ſup. colū. fina.de offic. deleg.& Alex.cōſ. lxxx.volu.v.colū. ij.vide etiam Ang. in l.milites.j.de teſta.mili.& Bal.cōſi.ij.in fi.in prima parte.vbi ponit an hoc procedat etiam in linea materna.

b ¶ Nouiſsima.iure inſtitutionis.Hanc regulam quod filius debeat habere iure inſtitutionis, limita non procedere in patre teſtante inter liberos: quia ſufficit quòlibet relicti titulo,dummodo aliquid relinquatur.Glo. eſt hic ſingula.& quia defectus alicuius ſolennitatis iuris poſitiui,illud nō vitiat:vt d.§.ex imperfecto.& ageret ad ſupplementum.ſecus ſi præteriti fuerunt aliqui ex ipſis filijs:quia teſtamentum eſſet nullū.l.filio præterito.de iniuſto,rup.teſta.pro hoc bene facit c.Raynutius.de teſta.in prin. & not.in cap.ſi pater.de teſtamen.in vj.& verſicu.inſtituit.& ſecutus eſt Mathe.in ſuis notabilibus.cxl.licet non alleget glo.hic.& iſtam gl.ſecutus eſt Iaco.butr.ar.d.§.ex imperfecto.tamen Iac.de Arc.& Pe.& Cyn. videntur hic iſtam glo.reprehendere,tenentes ꝙ iſta omnino corrigatur per §.aliud quoq; capitulum.quod etiam reputat tutius glo.in d.c.ſi pater.Item fallit hæc regula in inſtitutione in legitima,ſecundum Bar.in l.j.circa fi.ſ.de ſatiſdan.in lec.nō in repe.in ij.q.quintæ partis principalis. & ibi Bald.in xxvj.col.& Pet.de Anch.& Imol.in c.cūm eſſes.de teſta. & ſufficit quòd ſit inſtitutus in vno numo:quia habebit ius accreſcendi, ſecundùm Bald.in l.ſi quis priore.ad Trebel.& ff.de minori.l.deniq;.in fin.not. Bald.hic.ſecus ſi eſſet ſimplex legatarius:quia etiam decedente fideicommiſſario vniuerſali,non haberet ius accreſcendi.l. eam quam.j. de fideicommiſ.& Bald.hic. Item limita ꝙ debeat habere iure inſtitutionis,niſi inſtitutio omitteretur fauore filij:vt in caſu l.multi.de liberis & poſthumis.Ita not.videtur concludere Bartolus & Imola in lege,cum filio.de vulgari & pupilla.Item fallit ſi ſtatutum hoc non ſic diceret,ſecundùm Baldum in lege finali in ſexta columna de bonis quę liberis notat Ludouicus in lege,ſi quis priore.ad Trebellianum refert ſe contrarium conſuluiſſe:licet neminem reperiat tenere contra Baldum.De quo vide Alexandrum in lege,inter cætera.ff.de liberis & poſthumis. An autem iure canonico requiratur quòd filius habeat iure inſtitutionis:de teſta.per gloſſam in dicto capitulo ſi pater.libro ſexto,& Salice.& Bald. in l.fina.C.fami.erciſcun.per Imo.in repe.l.j.§.ſi ex fundo.& in l.his verbis.in prin.de hęre.inſti.

c ¶ Legitimam iure inſtitutionis.Et iſtud idem tenuit Bar.in l.ſiue libert⁹. §.excluditur.de iure patro.Cōtrarium tenuit Bal.in l.ij.j.de bo.poſ.liberti.& Bal.in aut̃.ex cauſa.in prin.viij.co.j.de libe.præte.& Bal.in l.omnimodo. j.eod. & eſt caſus in aut̃.vt cum de app.cog.§.eo.& §.& hæc quidem. & vide plenè per Bald.in l.j.j.de bo.poſ. contra tab.libe.Sed ꝙ pater debeat habere iure inſtitutionis, hic contra Bart.tenet Bal. in d.l.j.de cōtra tabu. Flo.dicit ſe plures conſuluiſſe cōtra Bart.& ꝙ contra eum tenet Iac. de Bel.in d.§.aliud quoq; capitulum. ADDE ꝙ Bald. conſilio lxxxj. & clxxxiij.lib.j.& cōſilio cxxiij.lib. iiij. tenet parentes eſſe inſtituendos. & dicit Salice. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ mater nō ſuccedat vſque ad quartum gradum, ꝙ poterit petere legitimam. An autē ſtāte ſtatuto ꝙ mater tranſiens ad ſecunda vota, nō ſuccedat filijs primi matrimonij ab inteſtato,ſi fuerit inſtituta in decem cū hoc ꝙ plus petere non poſsit, poſsit agere ad ſupplemētum.Bald.tenet ꝙ non,cōſil.cccxxiiij. lib.iiij.&dicit Pau. de Caſt.notandum eſſe pro ſtatuto Triuiſano,ꝙ qui auget legitimā filiorum,ꝙ ſufficit quòd tūc relinquatur quoquo relicti titulo:quia ſicut ſtatutū derogauit in quātitate,ita præſumendum eſt derogaſſe in ſolennitate,ſecundùm Bal.in l. maximum vitium j.de lib.præte.Et an cùm ſtatutum auget legitimam, filius poſsit grauari in illa,vide in conſilijs Cal.de.xxxij.de teſt.in fin.l.vide eundem Bar.in l.planè.§.duobus.de leg.j.& per Moder.in l.j.j.quando non peten.partes.

ADDE Ang.conſi.ccxcj.& Pau.de Caſt.conſi.cclij.

d ¶ Teſtamētum valeat.Idem tenet Bal.per illum tex.in l.humanitatis.in iiij.col.j.de impu.licet Bar.reliquerit ſub dubio in l.filiū.§.ſed & ſi portio.de leg.præſtan.& vide Barto.in l.j.§.j.ad l.Falci.idem videtur tenere Bal.hic.Sed quid ſi pater dixit:inſtituo filium in partem,ad quam de iure debeo:an intelligatur de iure municipali,vel communi:vide Bal.in l.quicunq;.de ſer.fugit.Bal.& Imo.in l.illa inſtitutio.in fi.prin.de hære.inſti. Et quid ſi dicit:relinquo filio iure inſtitutionis.Bart.tenet in l.ſi cùm antea.C.de dona.ante nupt.Et adde quod dixi in l.j.§.quib⁹.ff.qđ cuiuſq; vniuer.& ad Barto.vide hic Imo.in l.j.§.ſi ex fundo.& in l.his verbis.in prin.de hære.inſti.& in c.Ray.de teſta.vbi tenet contra Bar.& etiam Sal. hic;& in aut̃.nouiſsima.& in l.quoties.de hære.inſti.j.licet do.Flori.in d.c.Ray.tenuerit opi.Bar.cum Bar.tenet Matheſi.in no.clix.& r̄ndet ad rationem Bar.ꝙ hæc ſunt nimis generalia.Pro quo facit quod no.Bar.in l.lecta.in ij.col.ſi cer.pe.dū dicit,de verbo cōuenerit vel promiſerit &c.& adde Bar.in l.ſi.ff.de pec.le.& facit quod no.gl.& Bar.ī l.quoties.j.fa.erc.

ADDE ꝙ ſi teſtator dicat:volo ꝙ filia mea habeat decem pro ſua benedictione,ꝙ dicitur inſtituta:vt voluit Cardi.conſi.lx.Idē ſi dicet,iure inſtitutionis:vt voluit Bal.conſi.cccv.iiij.lib.& aduertendum ad vnum qđ dicit Pau.de Caſtr.ſe reperiſſe conſultum per do.Io.Pariſienſem præceptorem Bal.ꝙ ſi teſtator grauet inſtitutum,vt eius filium capiat in cohęredem,ꝙ hoc caſu filius non cenſebitur inſtitutus:licet aliàs illud verbū cohæredem importet inſtitutionem.

e POMATES.¶ Parentibus.Vide aliter per Alex.conſi.xxij.vo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

**SI hæredum.** Contra fiſcū, qui ſuccedit hæredi ſcripto, poteſt intentari querela. h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Nihil Iudę⁹ Iudęo: & nihil Catilina Cethego.
2 Infamis ꝙ non poſsit opponere contra teſtem, ꝙ ſit infamis.
3 Iudex officio repellit teſtem infamē, etiam quando pars non poteſt opponere.
4 Mater, quę fuerit meretrix, non poteſt ꝓpter meretricium filiam exhæredare.

**IN arenā.** [a] Turpitudo quem à ſucceſsiōe inteſtati nō remouet. ¶ Item nō pōt quis obijcere turpitudinē, ī qua ipſe īcurrit obijciens.
1 ¶ No. ex iſto tex. in fi. † nil Iudęus Iudęo: & nil Catilina Cethego. [b] Facit † ſi aliqs eſt infamis,
2 non pōt opponere teſti ꝙ ſit infamis: vt l. iij. §. Iulianus. & ibi no. ff. de teſti. Sed † iudex fortè pote-
3 rit eum repellere ex ſuo officio, ſecundū Guil. de
4 Cug. arg. l. quos prohibet. de poſtu. Et ſic facit † ꝙ ſi mater fuit meretrix propter meretriciū nō poſſet filiam exhæredare. quod nota bene, &c.

**SI pater.** Propter fideicommiſſum inuicē inter filios relictū, nō eſt locus querele. h.d. Opp. j. eo. l. qm̄ in prioribus. Sol. dicit gl. fateor ꝙ iſta lex hodie corrigaꝛ: quia debet filius habere legitimā ſine aliquo grauamine. Quidā doc. mod. dicūt, nō eſſe verū, ꝙ iſta lex hodie corrigaꝛ: quia ſicut cōtinet on⁹ iſtud, fideicōmiſſum: ita pōt habere commodū, & ſub iſto incerto toleraꝛ iſtud grauamen: vt l. ſi ea. j. de vſur. & arg. de ſol. l. pe. & iſtud videbaꝛ tenere Richar. Mal. Pro quo optimè facit ſ. de trāſa. l. de fideicōmiſſo. Tu teneas gl. tuā, & ita obſeruat cōſuetudo, ꝙ ſine aliquo onere debet habere: nec hoc pōt præiudicare filio. Sicut enī in legitima ſibi remittiꝛ on⁹: ita etiā alteri parti remittiꝛ, vnde nec plus, nec minus habet. Pro huius declaratione vide quod dicā j. eo. l. filius matrem.

**CVm duobus.** Teſtamēto reſciſſo pro parte, legata diuidua ꝓ parte præſtantur: indiuidua pro ſolido ſunt prēſtanda. hoc dicit. intellige vt in glo.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Succumbens in vna actione, quādo repellatur ab alia.
2 Querela, & falſum ſunt contraria origine, non effectu.
3 Contra tabulas, & falſum, an ſint contraria origine & effectu.

**EVm qui.** 1 Qui ſuccubuit † in vna actiōe, quæ ex vna cauſa ꝓponiꝛ, nō repelliꝛ ab alia, q̄ ex diuerſa cā proponiꝛ. h.d. ¶ Opp. j. de l. ſi mater. §. eādē. ff. de excep. rei iud. Sol. Dicūt quidā: Aliud in rei vēdi. aliud in petitione hæreditatis. Iſtud eſt falſum: vt l. ſi mater. in prin. ff. de exce. rei iud. Dicas ergo, ꝙ hic ꝓpoſita fuit querela, nō petitio hęre. ¶ Itē opp. extra gl. j. de fur. l. j. Sol. Ibi qs propoſuit vnā actionē cōtrariā, & obtinuit: hic verò ſuccubuit: ideo pōt redire ad illā: vt l. Aurelius. §. fi. de lib. leg. ¶ Cōtra hoc opp. & nūc reintegro gl. de l. ſi patronus. de bo. lib. Sol. Dicūt qdā, aliud in patrono, aliud in patre: qđ nihil
2 eſt. Alij dicūt, vt Dy. in l. cōtraria ꝙ hic q̄rela, † & falſum ſunt cōtraria origine, nō effectu: nā vtrūq; reducit rem ad cām inteſtati: ibi verò falſum, & cōtra tab. ſunt cōtraria origine & effectu. nam p falſum præſupponiꝛ nūquā fuiſſe teſtamentū, & re-
ceſsione.de ſuis & legit. Qñq; decedit relicto pr̃e
& relictis fratrib⁹: & tūc pater ſuccedit in virilem
cū fratribus: & quātū ad illā portionē virilē vſuſ-
fructus extinguit̃, & cū ꝓprietate cōſolidat̃: quā-
4 tū†ad alias portiones, in quib⁹ ſuccedūt fratres,
etiā vſusfruct⁹ extinguit̃: vt in §.quoties.aliàs cō
ſequēs.in aut̃.de hære.ab inteſt. Et quæ ſit ratio,
dic vt ibi.& eſt de caſib⁹ exceptuatis, in quib⁹ pa-
ter nō habet vſumfructū in bonis aduētitijs filio-
rū, quos habetis not.in aut̃.idemq;. C. de bo.quæ
libe.& in corpore, vt lice.ma.& auiæ.§.fi.&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Vſufructuarius tenetur cauere de vtēdo fruē-
do arbitrio boni viri.
2 Fiſcus vſufructuarius non cauet.
3 Pater vſufructuarius non cauet, & quado tenea-
tur reddere rationem.
4 Quando vſusfructus eſt relictus purè, & propric
tas ſub conditione, vſufructuarius non cauet.
5 Si vſufructuarius non poteſt cauere, an habeat
vſumfructum.
6 Impoſsibilitas facti, ꝙ excuſet: ſed difficultas nō.
7 Vſufructuarius ſi non præſtitit cautionē, & per-
cepit fructus, an eos faciat ſuos.

VSufructu. Vſufructuarium
ſiue ex teſtamen-
f to, ſiue ex contractu, oportet cauere.[f]
de vtendo fruendo arbitrio boni viri.
1 h.d.¶ Nota ꝙ vſufructuarius † tenetur cauere de
vtendo

a ¶De ſubſtātia vſuſ
fruct⁹. Et adde hoc
quod not.Bar.in l.
ſi tamen.de vſufru.
eſt tex. optimus in
l.pe.de vſufr.ea.re.
quæ vſu conſu. &
cum Bar. hic tenet
Anto.de But.in c.
fi.de pig.ſed Imol.
ibi dubitat, per l.
hoc ſenatus.§.j.hic
alle.Sali. hoc tenet
cum Bart.

b ¶ Ad aliud. Adde
Barto.in l.ſed & ſi
poſſeſſori.§.item ſi
iurauero.de iureiu.

c ¶ Talis libell⁹ An
ſi in libello emphy
teuta dicat rem ad
ſe pertinere iure do
minij, poſit defen-
di talis libellus: ad-
de Barto. in eo qui
pręſcripſit in l.mi-
nor.§.j.ff.de euict.
vide quæ dixi poſt
Bar.in l.j.ſi ager ve
cti. hic alleg.& qđ
not. Inno.in c.ex-
aminata.ad fi.de iu
di.& quod no. In-
no.in c.in præſen-
tia ad fin.de proba.
& quæ no. in d.l.ſi
quis intentione.ad
fi.de iudi.& Bar.ſe
quitur hic Bal.in l.
proprietatis.de ꝓ-
ba. Adde tamen ꝙ
appellatione pro-
prietatis, ſemp in-
telligitur tex.in d.
l.j.in fi.ſi ager vect.
not.Bal.in l.cū res.
in fi.j.de proba.&
Bal.in l.pe.in j.col.
ſi à non cōpe. iudi.
vide tu not. in l.ſi
olei.j.loca.

d ¶Coadiuuari. No
ta qualiter debet
iurare teſtis: de quo
per Bart.in l.ij.ff.ſi
cer.pet. & in l.ſi in
ter ſtipulantem.§.
pro quo. vbi omni
no vide Imol.de
verb.obli.ſed Bar.
in rub.j.ſi ex fal.in
ſtru. tenet ꝙ etiam
teſtis improbè lo-
quēs probat in fi-
ne legis. vide omni
no.Bal.in l.Luci⁹.
ff.de inſa.

POMATES.

e ¶ Verū ſecundùm
do.Iaco. Vide etiā
Alex.in l.diuortio.
ff.ſolu.mat.& vide
Feli.in c.cùm tu.in
j.colum. de teſt.&
Imo.conſi.cj.

f ¶ Oportet cauere.
Nota qui ſunt illi
vſufructuarij qui
teneantur cauere.
Sed quid in condu
ctore emphyteuta
& alijs habentibus
vtile dominium, vi
de Bal.in rubr.j.de
iure do. Adde an
ante pręſtitam cau
tionem faciat fru-
ctus ſuos. Bal.cōſi.
clxxvij.ij.libro.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Reddere rationē. An pater teneatur reddere rationem filio,per Bald.in auť.epiſcopalis.aliàs in l.emphyteu.de epiſ.& cle.l.filia.in vlti. col. fami. erciſ.& in l.ſi ſuperſtite.de dolo.& tex.bonus & doct. in l. cùm oportet. §.cum autem.de bo.quæ libe. Alexan.

b ¶ Dare fideiuſſores.Nota qd ſi vſufructuarius non poteſt cauere, vt ſufficiat iuratoria cautio,duo requirunt̃: vt no.Bar.ī auť. generaliter.ī prin. de epiſ.& cle.& ꝙ iſta difficultas ſemper probet̃ p iuramētū vt perueniat ad iuratoriā cautionem: licet Bal.in l.j.C.de aſſer. tollē.Sed ille tex. videt̃ ſubtiliter ī cōtrariū. & ad de Bal. in d.l.j.§.j. ī fi.vbi querit vtrū ſemp ſufficiat iſta iuratoria cautio. Itē nō ſufficit iuratoria cautio, vbicū ꝙ iuraſſet qs ſe ſemel præſentare,& non obſeruauerit. auť. ei q. & qđ ibi Bal.ī primis verbis de bo.auto.iu.poſ. Ad hoc quod not. Bal.in c.qua frōte. poſt gl.in fi.de appel.imò etiā videtur ibi in d.auť.ei qui.dicere hoc eſſe verū,vbi ſolū quis fuit contumax etiā abſque periurio:& ad quæſtionē glo. hic, & docto. vide etiam Bal. in l.hac edictali. §. hic illud. in pen. col.de ſec.nup. & adde ꝙ vbi qs liberatur à ſatiſdatione, eo qa nō poteſt,& ꝙ deuenitur ad iuratoriam cautionē,non debet ſolū promittere, ſed cū hypotheca bonorū, per l.filio.& ibi Bar.vt lega.no. caue. & tex.in auť.cui relictū. de indi. vidui. & adde ſecundùm Flor.hic ſtatur iuratoriæ cautioni: hoc eſt verū,ſi qs nō poteſt cauere propter paupertatē:ſecus ſi propter malos mores nō poteſt fideiubere:quia tūc nō auditur cū eius iuramēto l.iij.§.à barbaris.de re milit.& d.§.his illud. &c. per veſtras. de dona.inter vi. & hoc fuit de mēte Bal.in auť.cui relictum.in ij.col.j.de indi.vidui.& doc.in c.qua fronte.in fi.de app. Item iſtis in materia adde quod not. Cyn.in l.vniuerſa. & ibi dixi poſt Bal.ſ.de preci.Impe.offe. Et ad quæſtionē,de qua hic,vide bonū tex.in l.filiusfa.§.diui.verſi.itē princeps.ff.de leg.j.& quod ſufficiat iuratoria cautio,vbi nō poteſt ſatisdari.& eſt tex.not.in l.ſi conſtante.§.quoties.ſolu.mat.& quod no.in l.in poſſeſſionem.in princi.quib ex cau.in poſſ.ea.& per Paul.de Ca.in d.§.quoties. Et pro iſta glo. ꝙ cautio neceſſaria non ſuppleatur p cautionē iuratoriā in defectū, tenet Ro.in l.ij.in princ.ſol.mat. per tex.in l.ij.C.de tu. qui ſatiſ. nō de. Itē limita, niſi alio remedio cōtra non valentem cauere l.filiusfa.§.diui.de lega.j. & ibi Imol.& vide Imo. in l.non facile. ff. ſi cui plus quàm p l.Falci.Itē limita vt p Bald.in l.ij.ff.de vſufr. leg.

vtendo fruendo arbitrio boni viri,vt hic.Et hæc
ſunt vera ſiue vſusfruct⁹ cōſtitut⁹ ſit in vltima vo
lūtate,ſiue inter viuos:vt hic.¶Modò oppo.dicit̃
2 hic ꝙ vſufructuari⁹ tenet̃ cauere,&c. Cōtra†de l.
j.§.ſi ad fiſcū.ff.vt leg.no.ca.ibi,fiſc⁹ nō caue.Sol.
Caſus ſpecialis eſt in fiſco.¶Item oppo.de l.fi.§.
3 ſinautem.j.de bo.quæ lib.¶Sol.†Etiam eſt caſus
ſpecialis in patre, vt colligitur in d.§.ſinautē.nā
nō tenetur ille cauere: ſicut & aliàs nō tenet̃ red-
a dere rationē[a] adminiſtrationis, vt ibi,niſi doloſè
geſſerit:quia tūc tenetur reddere rationē admini-
ſtratiōis:vt l.Imperator.& ibi not.ff.ad Trebel.
¶Item oppo.de l.ſi vſufructuarius.§.planè.& §.
4 illud.ff.vſufruc.quēadmo.ca.Sol.†Ibi vſusfru-
ctus erat relictus purè, ꝓprietas ex cōditione:&
ita ſperabat̃ de ꝓximo vſusfruct⁹ cōſolidari cum
proprietate: & ſic vſufructuarius vtebatur quaſi
re ꝓpria:& ideo nō cauet:& iſta eſt ratio legis cō
trariæ.¶Pro declaratiōe legis noſtræ quærit gloſ
5 ſa.†Ecce vſufructuari⁹ debet cauere,& dare fide-
iuſſores de vtendo &c.arbitrio boni viri. Pone ꝙ
b nō poteſt dare fideiuſſores,[b]nūquid gaudebit cō-
c modo[c] vſusfructus? Quidā dixerunt ꝙ non imò
res debet ſequeſtrari:vt l.litibus.de agri.& cenſi.
lib.xj.C.Illa opi.nō videtur vera.Nā regulariter
ſequeſtratio eſt ꝓhibita,niſi in caſib⁹,inter quos
iſte nō enumeratur:vt l.vnica.& quod ibi nota.j.
de ꝓhib.ſequeſt.& l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſ.
cog.Quare dixerūt alij, ꝙ ſi ipſe velit promittere
proprietario ſecundùm formā l.hac edictali.§.his
illud.j.de ſecū.nup.ꝙ admittetur ad vſumfructū.
Iſta opinio reprobatur in glo. & merito.nam ibi
eſt ſpeciale in matre cōuolante ad ſecunda vota,vt
hic patet.Quare glo.noſtra hic dicit,ꝙ ſi nō poteſt
dare fideiuſſores,ꝙ ipſe non gaudebit commodo
vſusfructus:vt l.vxori vſusfruct⁹.ff.de vſuf.leg.
Sed cōtra iſtā ſol.glo.poſſet inſtari de §.impoſſi-
bilis.Inſti.de hære.inſti.Sol. Dicit glo.ibi loquit̃
de impoſſibilitate de natura vel de iure: hic in
queſtione noſtra de impoſſibilitate facti.Vel me
6 lius ſecūdùm dictū do.Iac.dicatis†ꝙ impoſſibi-
litas excuſat aliquē, vt in cōtrario:ſed difficultas
præſtationis nō excuſat:vt l.cōtinuus.§.illud.de
verb.oblig.& ita intelligit̃ quæſtio noſtra. ¶Sed
vlterius,cōtra determinationē glo. poſſet inſtari
de l.cùm nō facile.ff.ſi cui plusquā per l.Falcidiā.
vbi ſi nō pōt præſtare fideiuſſores: remittit̃ iura-
toriæ cationi. Huius timore Pet.& Cy.poſt eū di
xerunt,ꝙ ſi vſufructuarius velit iurare de vtendo
fruēdo arbitrio boni viri,ꝙ ipſe gaudebit cōmodo
vſusfructus,& remittet̃ ſibi cautio:arg.in auť.cui
relictū.poſita j.de indi.vidui.tollen.& in corpore
vnde ſumit̃. Facit ad hoc l.j.§.ſin verò.j.de aſſer.
tol. & ita tenet primā opi. poſitā hic in gl.Gul.de
Cug.tenet ꝙ res debēt ſequeſtrari apud quendam
bonum virū, qui vſufructuario præſtabit cōmo-
ditatē vſusfruct⁹:arg.l. poſtquā,§. Imperator.vt
leg.no.caue.Credere poſſe ſaluari opi.vtriuſq;:&
ſic.Nam aut pſona vſufructuarij eſt pſona ſuſpe-
cta: & tunc dicerē ꝙ haberet locū opi.Gul.ꝙ res
debeat ſequeſtrari ſecundùm formā l.poſtquàm.
§.Imperator.prælle.Aut nō eſt pſona ſuſpecta:
& tunc habet locū opi.Pe.videlicet ꝙ cōmittatur
iuratoriæ cautioni:arg.in d.l.j.§.ſin verò.j.de aſ-
ſer.tol.Itē quæro,videtis ꝙ vſufructuarius debet
7 præſtare cautionē.†quid ſi nō præſtitit cautionē,
d & fructus pcepit,nūquid fruct⁹ fecit ſuos[d]? Glo
variāt.Habetis vnā glo.in l.ſi cuius.§.j.aliàs eſt l.
ſi vſusfructus.ff.eo.tit.quæ videtur dicere ꝙ non
facit fructus ſuos.Aliam habetis in l.vxori.la j.ff.
de vſufr. leg. quæ videtur dicere, ꝙ fecit fructus
ſuos.Quid dicemus?Gul.de Cug.cōcordat ea ſic.
Aut vſufructuarius bona fide vſus fuit:quia fortè
cautio nō fuit petita ſibi ab hærede:& tūc vſufru-
ctuarius facit fructus ſuos.& ita habet locum glo.
quæ eſt in l.vxori præalleg. Aut nō fuit vſus bo-
na fide:& tūc nō facit fructus ſuos.& ita habet lo
cū gl.quæ eſt in l.ſi cui⁹.§.j.de vſufru.& hāc.eādē
opi.ſecūdùm Cy. Pet. format hic.& quodāmodo
fuerūt verba Azo.in d.l.vxori.de vſufru.leg.&c.

SI pater. Vſufructuarius fruct⁹ perceptos poſt tēpus vſufructui adiectū tenet̃ reſtituere. h.d.¶ Nota quod dixi in ſummario.
¶Item nota ꝙ finito vſufructu,poſt tēpus ei adie
ctum fructuarius tenet̃ reſtituere omnes fructus,
c vt hic. ¶Oppo.dicitur hic quòd vſufructuarius[c]
tenetur reſtituere fructus perceptos poſt tempus,
quaſi videatur dicere ꝙ non teneatur de percipien
dis. Sed contra de l.ſi nauis.§.generaliter.ff.de rei
vend.& l.certum.ſ.tit.proximo. Dixerūt quidā,
ꝙ hic eſt ſpeciale in matre, ꝙ nō teneatur de per-
cipiendis.Iſta ſol.eſt falſa per l.ſi mater.j.de vſu-
ris.quare dicatis quòd iſta lex ſuppletur per iura
contraria: quia licet dicat quòd teneatur ad fru-
ctus perceptos, non tamen negat quin etiam de
percipiendis teneatur.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Vſufructuarius poteſt obligare vſumfructū, ideſt commoditatem vtendi fruendi.& nu.2.

INtereſt. Maritus vſumfructū in dotē recipiēs, proprietatem obligare non poteſt:& idem ſi proprietatem inæſtimatam in dotem reciperet:ſi verò æſtimatā,obligare poteſt h.d. Ad euidentiā,iſta lex habet duplicem intellectum. Vnus eſt ſecūdùm gl. ꝙ lex iſta ponat tres caſus:videlicet quādo vſusfructus tātum datur in dotem. Itē qn̄ datur proprietas inæſtimata. Itē qn̄ dat̃ æſtimata. Legit̃ & alio modo,vt ponat quatuor caſus. Et ſecūdùm iſtā lec.debet addi caſus,in quo proprietas ſit æſtimata ea æſtimatione, quæ nō facit emptionē.Ponā vobis caſum ſecūdū primā lec.quā gl.approbat, licet aliam nō reprobet. ¶Nota qđ dixi in ſummario. ¶Oppo.dicit̃ hic ꝙ vſufructuarius nō pōt obligare proprietatē.¶ Cōtra de l.fruct⁹.de reg.iur.& l.fi.ff.de vſuris.hic autē dicitur cōtra.quare malè.So.Dicūt quidā ꝙ iura cōtraria loquuntur in dubio.Certè iſta ſolutio nō videt̃ bona,qa nullū habet ſaporē. Quare dic ꝙ vſufructuarius nō pōt obligare proprietatē,vt
1 hic:†vſumfructū ſic.Et ita intelligant̃ contraria.
Cōtra iſtā ſol.inſtat̃ de l.arborib⁹.§.vſufructua-
rius.ff.eo.ti.& de eo quod ſolet notari ſ.itē finit̃.
Inſti.eo.ti.vbi vſufructuari⁹ pōt cedere,Sol. Aut
vſufructuarius vult cedere vel vēdere vel obliga-
re ius vtēdi fruēdi. Et dico ꝙ nō poteſt:vt d.§.itē
finitur. Aut vult cedere vel vendere cōmoditatē
2 †vtēdi fruēdi,& hoc poteſt fieri:vt no.d.l.arbo-
ribus.& d.§.itē finit̃.Inſti.eo.tit.hic nō ſunt alia.

*SVMMARIVM.*

1 ☞In reficiendo, omnis expēſa pertinet ad vſufructuarium.
2 Vſufructuarius repetit magnā expenſam:& qua actione.nu.3.
4 Vſufructuarius videtur conſtitutus procurator in rem ſuam.

EVm ad quem. Modica expenſa pertinet ad vſufructuariū: magna ad proprietariū.h.d.Quærit gl.qua actione vſufructuari⁹ repetet.Reſpondet ꝙ per actionē negotiorū geſtorū,Iſta glo nō placet mihi.licet enim modica expēſa ptineret ad vſufructua-
1 rium,& magna ad dominū:tamen†omnis expēſa
in reficiēdo ſemper ptinet ad vſufructuariū. Siue
ergo ſit magna expēſa,ſiue parua,vſufructuarius
f debet reficere licet magnā repetat[f],& paruā nō:vt

POMATES.

c ¶Commodo. Vide Panor. conſ.xl. col.iij. in ij. dubio. vol.j. & in c.cū cōſtet.col.fi.de pign. vbi tāgit de ſequē. verbis Bart.& Alexan.conſil.lvij.volu.iij.colum.fina.

d ¶Nūquid fructus fecit ſuos. Et vide Bart.in l.ſi homo. de vſuc.& aliquid in auť. cui relictū. per Bal.in l.fi.in ij. col. de indi. vidui. tollen.

e ¶Vſufructuarius. Quos fructus perceptos poſt tēpus teneat̃ reſtituere.

f ¶Magnā repetat. Adde ꝙ contrariū tenet Bald.quē refert & ſequit̃ Pau. de Ca.hic: quia durum eſſet vſufructuario magnā impenſam facere de ſuo,deinde recuperare. Vnde dicunt ꝙ nō tenebitur niſi ad paruam:vt eſt de natura vſusfructus,non obſtante quòd ſit procurator in rē ſuā: quia illud verū, quantum ad defendendum: nō vt de burſa teneatur facere impenſam.

*P.PAV.P.*

f ¶Magnā repetat. Vide aliquid per Com.conſil.lvij.in ij.colū. circa finem inci.monaſterium. Idē tenet Paul.de Caſt.& Barto.poſt gloſ.in d.l.damni.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§.eius cui.ad finem de dam.infect.Con tratamen dicit hic Bal.& Paul.de Ca. 3 imò bene conſide-ra.vide quæ ſcripſi in l. hactenus. ad Bar.ff.de vſufruct. 4

POMATES.

a ¶ Locare. Quid in vaſallo habitatiõis an poterit ipſe loca re,vide Bal. in præ ludio feud. in ſecũ da diuiſione. & ibi do.Præpo.

b ¶ Legare dominiũ. An per legatũ hæ-reditatis videatur legatum dominiũ, Faciunt notata per Bart.in l.Quintus. §.argento. de auro & ar.le.& not.ꝙ ſi relinquitur habita tio, intelligitur ꝓ ſe & familia,per id, quod not. Bald. in aut.habita.in ij.co. j.ne fili⁹ pro patre.

c ¶ Antiqtas. Adde ad hanc legem etiã Bart.in l.Sempronius.de vſufru.leg.

P. P. A V. P.

c ¶ Antiquitas. Vide Ang.cõſi.ij. Vide omnino ad intellectum huius legis quæ ſcribũtur per Bar. in l.Gallus, §. etſi parentem.circa finem ff. de libe.& poſth. Vide Iaſ.in l.in annalibus. j.de lega.ponẽtem quæ ſit ratio huius legis & cur diuerſum in legatis annuis: & an haberent locum in vſu,& an in fundo,vt ibi per eum.

d ¶ In perpetuũ. Vide l.Titio centum. ff.de cõdi.& demõ. per Bar.in l.j.in vj. col.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.&gl.j.loca.in l. ſi hi.& in l.poſt certi.C.de lib.cau.

e ¶ Corruptionem. Et vtrũ illa lex habeat locum in hęre ditate. Dic ꝙ non: quia nunquã admittitur, niſi morte: vt no.gl.& Bal. in l.cũ antiquitas. §.co.

ff.de dã.infect.l.dãni.§.ei cuius.Vnde cũ vſufructuarius expedit de neceſſitate,nõ põt repetere ꝑ actionẽ neg.geſt.vt l.hæredes.§.idẽ eſt ſi vnus.fa mi.erciſ.¶ †Qualiter ergo repetet? Rñ.ꝑ actionẽ in factũ:vt dicit Iuriſcõſult⁹ in ſimili in l.ꝑtor.§. his verbis.de bo.autho.iudi.poſ.q eſt bon⁹tex.ad hoc vt repetat ꝑ vtilẽ actionẽ mãdati: qa vſufructuarius †videt cõſtitutus ꝓcurator in rẽ ſuã à domino,circa curã rei.Iſtud ꝓbat i l.j.in fi.cũ l.ſeq. de ope.no.nũ.& l.j.cũ l.ſeq.vſufruc.queãd.cauea.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Vſufructuarius poſſidet naturaliter tantum.
2 Sola naturalis poſſeſsio nõ ſufficit ad pſcriptionẽ.

**NEque fructuariũ.** Vſufructuarius,vel eius hæres nõ preſcribit pro prietatem.h.d.Ratio eſt,dicit gl.& bene.†quia nõ 1 poſſidet ciuiliter:ſed naturaliter tantũ.†ſola aũt 2 naturalis non ſufficit ad præſcribendum:vt l.acquiritur.§.fi.de acqui.re.domi.per Dyn.in c.ſine poſſeſsione.de reg.iur.libr.vj.Dixi pleniſsimè in l.iij.§.ex contrario.de acqui.poſ.

**VSufructu.** Vſufructuari⁹,vel cui ſunt relictæ operæ ſerui, alienandi facultatem non habet.h.d.

**SI domina.** Habet duas lect. ſecundũ primam h.d.Morte domini nõ extingu t vſuſfructus.h.d.ſecundũ aliam lect: Morte eius,qui conduxit vſumfructũ,vſusfructus cõductus extinguitur.h.d.ſecundum aliam lect.magis notabilem,&c.

**HAbitatio.** Habitatio finit mor te,& qui eam habet non poteſt alienare proprietatem, etiam in vltima voluntate.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Quando tempus certæ ætatis apponitur ad ex cluſionem iuris iam quæſiti: in dubio facit diem, non conditionem.
2 Dictio donec,importat quandam conditionẽ extenſiuam.& de iſta dictione remiſsiuè.

**AMbiguitatem.** Qñ †tempus certæ ætatis appo.ad excluſionẽ iuris iã quæſi- 1 ti,in dubio facit diem,non cõditionẽ: & vſusfructus morte extinguit.h.d.tota iſta lex. Et eſt iſta lex vnum de membris, ꝙ fit in l.ſi cui legetur, de leg.j.& l.ex his verbis.de bon.aut.iudi.poſ.¶ Nota primò q̃d dixi in ſummario.¶ Not.ſecũdò,†ꝙ 2 dictio donec,hic importat cõditionẽ quandã extenſiuã.De hoc tangitur per gl,in l. iiij. in prin.ff. de ſerui.ti.generali.tex.qui facit magis difficilem iſtam materiam de dictione quouſq;,& donec,eſt tex.in l.pe.de excu.tuto.Tu dic vt plenè dixi in l. j.ff.de condi.& demõ.tetigi.j.de lega.l.j.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Habitatio eſt ius per ſe,& qui eam habet: põt eam locare,
2 Habitatione legata,ꝙ ex vſu loquendi quis intel ligatur legaſſe dominium.

**CVm antiquitas.** †Habitatio eſt ius per ſe,& qui eã habet põt lo 1 care: a non tñ põt dñium vẽdicare: niſi a hoc fuerit in cõcedendo expreſſum.h.d.¶ Op.ff. de vſu & ha.l.cęterũ.in prin.& l.ſed neq;.Sol.ibi loquit in eo,cui relictus eſt vſus tãtũ:hic in eo,cui relicta eſt habitatio.¶ †Quæro, quõ poterit pro- 2 bari,ꝙ qs legãdo habitationẽ,voluit legare b dominiũ.gl.rñdet & bñ multũ notabiliter ex vſu lo b quẽdi.Sunt enim quidã,qui domũ vocant habitationẽ:ſicut ſunt quidã qui fundũ appellãt poſſeſ ſionẽ,reſpiciẽdo ad proprietatẽ,nõ ad nudã poſſeſ ſionẽ:vt l.interdũ.de verbo,ſig.quod tene menti.

*SVMMAIRVM.*

1 ☞Hæredis appellatio qñ finiat i pſona heredis.
2 Liber homo quando poſsit in perpetuum operas ſuas locare,remiſsiuè.

c **ANtiquitas.** c Appellatio hæredis relata ad illud quod ſui natura nõ eſt trãſibile ad hæredes,in perſona primi hæredis finit.h.d. ¶ Opp.de l.in annalibus.j.de leg.gl.dicit 1 ibi ſolui.Tu dic ꝙ †ibi appellatio hæredis refertur ad illud,quod ſui natura nõ eſt trãſibile ad hæredem,etiã volẽtibus cõtrahentibus, ſeu volẽte teſtatore.Si enim eſſet actũ,ꝙ ad hæredes tranſiret, nõ eſſet idẽ vſusfructus ille,qui eſt in pſona hęredis:& ille,qui erat in perſona defuncti:vt l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.de verb.ob. Facit ff. queãd. vſuſfru.amit.l.repeti,ſed legatũ annuũ ex natura rei legatæ bene põt trãſire ad hæredẽ, ſed nõ tranſit:qa eſt cõditionale pro annis ſequẽtibus. Adijcitur ergo ibi rei,quæ de ſui natura põt ad hæredes trãſire.ideo ſi bene reſpicis illã legẽ heres nõ capit tanquã legatũ ſibi,ſed tãquã legatũ factũ defuncto cõſeruatũ in eũ.¶ Op.de l.ſciẽdũ.de verb.ſig.
2 Solu.Fallit ibi. ¶ †Vltimò gl.inducit iſtã legẽ ad
d quæſtionem,vtrũ liber homo poſsit in perpetuũ d operas ſuas locare,ſeu obligare. De qua quæſtiõe plenè dixi in repetitione l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.obligatio.

**INter antiquam.** Per alienationem partis ſerui, non extinguit vſusfructus ſeruo conceſſus.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Actio perſonalis competens pro vſufructu ꝙ tollatur longo tempore.
2 Promittens ſeruitutem,an dicatur promittere factum,an ius.remiſsiuè.

e **COrruptionem.** e Vſufructuarius nõ vtẽdo & perſonalis actio pro eo competẽs,ſpatio lõgi tẽporis amittitur nõ minori:finitur etiã per mortẽ & capitis diminutionẽ,nõ per minimam.h.d. ¶ Op. gl. cõtra iſtam legẽ multũ fortiter:videt ꝙ iſta lex nõ procedit in vſufructu relicto in teſtamẽto:nã ille ſtatim adita hæreditate eſt cõſtitutus:vt l. ſi partẽ.§.
f j.queãd.ſer.amit. ſicut em dñium trãſit recta via f in legata.ita etiã ius vſufru.vnde ſtatim eſt cõſtitutus.Si verò vſusfructus eſt promiſſus per ſtipulationẽ,ſi quidẽ nõ eſt traditus,nõ põt amitti: ſed ſi eſt traditus,iam perſonalis actio pro eo cõpetẽs eſt extincta ſolutiõe.fruſtra ergo quæritur de per
1 ſonali actione. Rogo†ꝙ aduertas. Dico ꝙ in vſufructu relicto iſta lex procedit ſine dubio:quia in vltima volũtate cõcurrit actio perſonalis cũ reali quantum eſt reſpectu originis:vt l.j.& ij.j.cõmu. de leg. In vſufructu verò ꝓmiſſo inter viuos procedit iſta lex etiam antequã conſtituat.Et ſecũdũ hoc erit mirabile,ꝙ actio perſonalis finitur longo tẽpore,etiã vſufructu nõ cõſtituto:& ita generaliter hic gloſſ.in fi.videtur hanc legem intelligere. Ita etiã ſentit Azo in Summa huius ti.Itẽ procedit hæc l.j.in vſufructu iã conſtituto,nec tollit actio perſonalis ſolutiõe.nã ille qui ꝓmiſit vſumfructũ,tenet ad factũ,hoc eſt ad patiẽtiã:iſtã patiẽtiã nunquã tradit perfectè. Licet enim patiatur te frui hodie,fortè nõ patietur cras. Ideo actio perſonalis adhuc non durat:quia vnã cũ vſufructu extinguitur. Ita etiã dicit in l.pluribus.de ver. obli. & credo ꝙ iſta gl.dicat veritatẽ. Vltramõtani ve-
2 rò inſurgũt cõtra eã,&†dicũt ꝙ ille, qui promittit ſeruitutẽ,nõ promittit factũ,ſed ius: vt hic refert Cy.& hoc tãgit in l.ij.§.j.de verb.oblig.& ibi hunc paſſum examinaui perfectè, & ſuſtinui glo. noſtrã contra impugnationem Vltramõtanorũ.

**EX libris Sabi.** Hæc lex habet vnũ difficilẽ paſſum valdè, breuiter dicit: Si filius,cui eſt vſusfructus conceſſus, ante patrẽ decedit,videtur contemplatione patris conceſſus: ſed ſi pater prius decedat,contemplatione filij.hoc dicit,Diuidit in duas partes. Primò loquitur,quãdo filius,vel ſeruus prędeceſſerit, Secundò,quando pater prædeceſſerit. Itẽ in prima loquitur

Pro concordia aduerte ꝙ actio perſonalis competẽs pro ſeruitute reali vel perſonali, imponẽda, nondum orta, tollitur ſpatio decem vel viginti annorum, ſecundùm Bar.hic in hac l.corruptionem.ſed do. Alexander hic in ſua apoſtilla allegat Bart.ſibi contrariũ in l.ſi partẽ.ff. quẽ admo.ſer.amit.Tu dic,nõ reperitur ꝙ Bart. aliquid dicat in d.l.ſi partẽ.præter ſummariũ. ſed adhuc ibi loquitur de ſeruitute impoſita & orta: patet dũ dicit per vſum partis loci &c. Præterea aliud eſt in nihilo habere,ſeu vti actione: quo caſu loquitur prima opin. Aliud vti pro parte:quo caſu impeditur pręſcriptio in totum. Adde ad Cepo.in tracta. ſeruitutũ.in j.parte. quæſtione viij.

P. P. A V. P.

e ¶ Corruptionem. Circa iſtã materiã quid ſi teſtator inſtitutis filijs hęredibus dicat ꝙ portionis Titij relinquit vſumfructum alijs cohæredibus: quia tũc cõſidero ꝙ durantibus beneficijs non indiget Titius vſufructu portiõis ſuæ:an talis vſuſfructus finiat morte Titij, vide Ro. conſil.ccccxxx.in ij.colum.

f ¶ Recta via. Vide Bart.in d.l.ſi partẽ. vbi videtur tenere contrarium, videlicet ꝙ actio perſonalis competens pro ſeruitute reali vel perſonali imponenda nõdum orta tollitur ſpatio decem vel viginti annorũ. & ſic not. ꝙ actio perſonalis iũcta cũ reali vel perſonali, præſcribitur eodẽ tẽpore ſicut & realis, Vide Bald.poſt gl.in l.j.in v.col.de anna.excep.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

loquitur de filio, & ſeruo: In ſecũda de filio tãtũ.
Secũda ibi: neq; ſi pater, &c. Opp. de l. qui vſum-
fructum. §. ſi. ff. eo. Sol. Hic vſusfructus fuit reli-
ctus cõtẽplatione pr̃is, vel dñi, ibi cõtẽplatiõe ſer
ui. Ita dicit gl. hoc ibi cõſtabat. ¶ Opp. de l. ſi filio.
ff. de dona. cau. mor. Sol. eo mõ. ¶ Opp. de ver. ob.
l. ſi ſtipulatus fuerim. & de iniu. l. ſed & ſi vnus. §.
ſi. Solu. Ibi in his quæ cohęrent merę pſonæ filij,
ita ꝙ patri nõ acquiritur. ¶ Itẽ opp. & iſtud eſt dif
ficile. Vr̃ ꝙ hęc lex nõ poſsit procedere aliquo iu
re neq; antiquo neq; iure nouo. Nã aut hic relict⁹
erat vſusfructus ex cã caſtrenſi vel quaſi: & tũc p-
ſona patris nullo mõ attendit: qa ſibi nihil quęre
batur, vt vidiſtis in l. cũ oportet. §. exceptis. j. de
bo. q̃ lib. & ff. ad Macedo. l. ij. Aut loqueris in ad-
uẽtitijs, & profectitijs: & tũc de iure antiquo acq-
rebatur in totũ patri, & in nullo attẽdebat pſona
filij. hic dicitur cõtra. ergo malè. Si loqueris de iu-
re hodierno, in caſtrẽſi, vel quaſi vel profectitio,
nihil eſt immutatũ: in aduẽtitio quęrit ipſi filio: er
go ei⁹ morte debuit extingui. & tñ hic in prin. dici
tur ꝙ remaneat apud patrẽ. Dicunt qdã ꝙ in prin.
loquitur qñ cõſtat ꝙ fuit relictus vſuſfructus cõ-
tẽplatione patris: in fi. loquitur qñ cõſtat ꝙ fuit re
lictus cõtẽplatiõe filij. Iſtud nihil eſt dicere: qa ſe-
cundũ hoc diſtinctio huius legis nihil operat, vtrũ
pr̃ decedat primò, vel poſt. Pręterea tex. ſi eum re
ſpicis, loquitur in dubio [a], vt patet ex fin. ibi: ple- a
runq;. veriſimile. Cũ eñ reſpicis quod veriſimile
eſt, apparet qđ nõ eſt certũ. ¶ Pro hui⁹ declaratio
ne qcqd dicãt hic doc. nos debemus hic primò ad-
uertere qñ relinquitur filio, vtrũ videat relictũ [b] b
cõtẽplatione patris, aut cõtẽplatiõe filij. Circa qđ
Dy. in l. ſi filio. ff. de do. cau. mort. & in l. filio. de
cõdi. & demõ. vr̃ diſtinguere, an fiat mẽtio patris
vel non: vt qñ fiat mentio patris videatur relin-
qui contemplatione patris: vt l. cùm aliquis. j. de
iure delib. Sed ego reperio in quodã ſuo cõſilio ip
ſum cõſuluiſſe aliter, ꝙ in dubio vr̃ relictũ cõtem
platione filij, p hãc legẽ in fi. Et iſtud puto verius
cũ diſtinctione, quã dicã. j. Nã in dubio nomẽ pa-
tris vel pater, vr̃ adijci cã demonſtrationis: & ſi in
ea erretur, nõ vitiat: vt l. his verbis. §. ſi. ff. de hęr.
inſti. ¶ Circa hoc debem⁹ breuiter ſic dicere. Pri-
mò ſi eſt certũ vel ex aliquibus cõiecturis põt ap-
parere; cuius cõtẽplatione relinquatur, ſtamus illi
certo: vt l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de vul. & pu
pil. & ff. pro ſo. l. ſociũ qui in eo. §. j. ¶ Facit quod
habuiſtis notatũ in l. cùm oportet. in princ. de bo.
q̃ lib. Si verò nõ apparet, aduerte. Qñq; fit mẽtio
patris & patrię poteſtatis: tunc in dubio videtur
relictum contemplatione patris: vt l. filio. de con-
di. & demon. niſi expreſsè eſſet relictum in tẽpus
exiſtẽtię ſui iuris: vt l. mulier. in prin. ad Treb. l. ſi
mater. j. de inſti. & ſubſtitutio. Si verò fit mentio
patris tantùm, & non patriæ poteſtatis: tunc aut
illud quod relinquitur, eſt illud, ex quo nihil po-
teſt quæri filio: & tunc in dubio videtur relictum
contemplatione patris: arg. ff. de ſtipul. ſer. l. j. §. ſi
ſeruus. & l. verum. §. ſi ſeruo cõi. ff. pro ſocio. Facit
ad hoc quod nota. in l. poſt mortem [c]. §. j. ff. qñ ex c
fact. tuto. & l. cùm poſt. §. j. ff. de admini. tuto. &
ita debet intelligi l. cùm quis. j. de iure deli. Si ve-
rò poteſt quæri, tunc in dubio videtur relictum
cõtemplatione filij: vt hac l. in fine. & perſona pa-
tris videtur adiecta ad contemplationẽ: vt d. l. his
verbis. in fin. Si verò eſt dubiũ vtrum filio poſsit
quæri vel non, ſed pendet ex futuro euentu: ille
futurus euentus inſpicitur: & ſecundùm illũ futu
rum euentũ iudicamus cõtemplatione patris vel fi
lij. Hic eſt caſus hic, vt j. declarabo. Debes enim ſci
re ꝙ qñ filio relinquitur vſusfructus ex cauſa ad-
uentitia, licet ipſe ſit fructuarius: tñ commoditas
fructuum pertinet ad patrem: vt not. in aut. idem
eſt j. de bon. quæ lib. Si igitur filius decedit viuo
patre, hic euentus declarat ꝙ fili nihil poteſt
quæri: & ideo præſumitur iſto caſu, contemplatio
ne patris relictum: & patri dicetur vſusfructus
quæſitus: vt in prin. l. ſed ſi pater decedat primò:
hic euentus declarat ꝙ filio poteſt quæri: quia eſt
ſui iuris effectus: & ideo videtur contemplatione
filij relictum. Hic eſt caſus in ſecunda parte huius
legis & ideo in hac parte non reperitur de ſeruo:
quia ipſi. ſiue viuo, ſiue mortuo domino, nihil po
teſt quæri: & ideo ſemper in dubio inſpicitur pſo
na domini. Ita debetis intelligere hãc materiam.

## d *De ſeruitutibus & aqua.* [d] *Rubrica.*

¶ Continua vt in glo. &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Seruitus altius non tollendi ꝙ ſola prohibitione acquiratur.
2 Seruitus itineris acquiritur ſecuto curſu triginta dierum.
3 In ſeruitute aquæductus, per primum actum inducitur quaſi poſſeſsio.
4 Bona fides quando requiratur ad præſcribendam libertatem.
5 Poſsidere pręcariò reſpectu alterius non domini, quando præſcribatur.
6 Contra neſcientem, nec contra poſsidentẽ vi vel clã, vel precariò, non præſcribo ſeruitutẽ. & nu. 7.
8 Patientia tyranni occupãtis ciuitatẽ, non præſtat alicuius præſcribendi bona illius ciuitatis.
9 Ciuitates quæ ſunt vſæ mero & miſto imperio vacante Imperio: an præſcripſerint.
10 In poſitionibus ad probandam præſcriptionem [e] debet poni de ſcientia aduerſarij.

LEX I.

SI quas. Iſta lex primò legitur tribus modis: & quælibet lectura eſt bona & nota. Breuiter dicit ſecundùm primã: Seruitus, quæ habet cauſam continuã, acquiritur ſpatio lõgi tẽporis, ſi præſcribens fuerit bonæ fidei. h. d. ¶ Opp. ad iſtã lec. ad tex. huius l. j. in prin. quę loquitur in ſecunda perſona: in fi. loquitur in tertia perſona. Pręterea in fine dicitur, is qui pulſatur, vnde videtur ꝙ referatur ad reũ cõuentũ, qui ędificauit: non ad actorẽ. Sed ſecũdùm caſum, quem poſuit, iſta verba referuntur ad actorẽ: quare malè. Sol. expone, is qui pulſatur. id eſt, tu qui pulſaris, ſecundùm iſtam lect. Item opp. ꝙ ſine poſſeſſione præſcriptio nõ procedit: vt l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucapio. Sed licet domus tua ſit depreſſa, & mea ſit alta: ego nullã habeo poſſeſsionẽ ſer
c uitutis: ergo nullo mõ præſcribo. [e] Gl. huius gra-
1 tia dicit hic & alibi ꝙ in hac ſeruitute † altius non
tollendi, tunc acquiro quaſi poſſeſsionẽ, qñ vici-
num volentem altius tollere prohibeo: vt l. ſi. ff.
quemad. ſer. amit. & ibi not. ¶ Circa hoc oppo. &
videtur ꝙ non ſufficiat ſola prohibitio ad acqui-
rendam iſtam quaſi poſſeſsionem: ſed requiritur
curſus triginta dierum, vt l. j. §. j. de iti. actuq; pri-
ua. Solu. Quædam ſunt ſeruitutes negatiuæ: & in
iſtis acquiritur quaſi poſſeſsio per ſolam prohibi-
2 tionem, vt hic. Quædam ſunt ſeruitutes † affirma
tiuæ: vt quòd liceat ire & agere, aquam ducere, &
in iſtis quædam ſunt, in quibus poteſt eſſe vſus p
modum facultatis cuiuſdam: vt ire per fundum
tuum. De hoc cuilibet eſt facultas, donec prohi-
beatur: vt l. diuus. ff. de ſerui. ruſti. prædi. & l. iij. §.
j. de acquiren. rer. domi. tunc non acquiritur quaſi
poſſeſsio per primum actum, niſi curſu ſecuto tri-
ginta dierum: vt d. l. j. §. j. ff. de itine. actuq; priua.
3 Quandoq; † vſus non poteſt eſſe per modum fa-
cultatis: vt ſi quis ducat aquam per fundum tuũ:
tunc per primum actum inducitur quaſi poſſeſ-
ſio: vt in l. j. in principio. & §. quod autem. ff. de
aqua quoti. & æſti. Qualiter autem hoc probetur
non vi, aut clam, neque precario: dic vt in d. l. j. §.
j. de itiner. actuq; priuato. ¶ Secundò legitur iſta
lex, & breuiter hoc intendit: Libertas ſeruitutis
altius non tollendi, quæritur longo tempore ab
eo, qui bona fide fuerit in quaſi poſſeſsione liber-
4 tatis. hoc dicit. ¶ † Nota ſecundùm hãc lecturam
quòd ad præſcribendam libertatem requiritur
bona fides.

s

a ¶ Ex libris. Loquitur in dubio. an relictũ filio dicat cõtemplatiõe patris, vide latè Bar. in l. ſi filio. de dona. cauſa mort. & vide pulchrè Bald. in l. non plures. de ſac. ſanc. eccle. & quod not. Bal. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſthu.

b ¶ Relictum filio. Quando videatur factũ eius cõtẽplatione, vel patris.

c ¶ In l. poſt mortẽ. Quæro in illa l. cũ quis. illa hæreditas nõ põt quæri filio dummodo apparet ꝙ cõtemplatiõe illius factũ eſt. non habemus ꝙ p iſta verba ſoluas filio meo: videtur pater priuari vſufructu, per l. ſi vſusfruct⁹. §. ſi ita. iuncta gloſ. ff. quando dies leg. ced.

*P. PAV. P.*

d ¶ Et aqua. Circa iſtã materiã acquirendi quaſi poſſeſſionẽ in iſtis ſeruitutibus ſi inducat eũ cui debetur ſeruitus, in fundũ aĩo tradendi ſibi quaſi poſſeſsionẽ ipſius ſeruitutis, an dicat acquiſita poſſeſsio ſine aliquo vſu, vide oĩno Areti. in l. iij. in prin. ff. de acquir. poſ. & ibi etiã in v. col. ſignanter ponit nunqd in ſimilibus incorporalibus ſit dare aliquẽ caſum, in quo trãſferat quaſi poſſeſſio de vno in alium abſq; aliquo actu vel facto. Item de materia qñ ſeruitutes poſſent acquiri pręſcriptione, vide latè Felin. in c. de quarta. in vlt. char. extra, de præſcrip. Itẽ quòd opus ſit vti iure ſeruitutis, etiã aduerſarijs ſciẽtibus, ad hoc vt poſſit acquiri ſeruitus, vide Com. cõſi. cl. viij. in ij. dubio. vbi quædam alia breuiter.

e ¶ Præſcribo. Adde glo. in l. qui luminibus. & ibi glo. ff. de ſer. vrb. prædio. & Bar. in l. & ſi fortè. §. j. ſi ſer. ven. & in l. ſi prius. in vij. oppo. de ope. no. nun. qñ acquirat poſſeſſio ſeruitutis altius non tollendi, & ſic de alijs tãgitur j. e. & vide quod dixi poſt Barto. in l. j. in prin. viij. colũ. ff. de acquirẽ. poſſeſ. per Inn. in c. bonæ. de poſtul. præla. & in c. in literis. de reſti. ſpo. & Bal. in l. proxi. & qđ dixi poſt Bar. in d. l. j. de acq. poſſ. & plenè quomodo acquirat poſſeſsio in corporalibus p Bal. in l. proxi. in xij. co. cũ duabus ſeq. & Bart. in l. ſed. de acqui. poſ. & plenè Pe. de Ancha. in repe. c. ſine poſſeſsione. de re. iur. in vj.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Oppo.ad hanc lect.de tex.qui dicit vicem ſer-
uitutis.Sol.Dic ſeruitutis:ſcilicet amiſſę.Vel a-
liter dic propriè: ſicut enim quando ſcholaris per
dit famulum ſuum, oportet ꝙ ipſemet ſit ſibi fa-
mulus:ita quando domus amittit ſeruitutem,ipſa
met ſibi efficitur ſerua.¶ Oppon.ſecundò,ꝙ non
requiratur bona fides: vt l.ſequitur.§.ſi via.ff.de
vſuſc.Sol.Quandoq; quęritur de præſcribenda li
bertate perſonæ:tunc ſine dubio requiritur bona
fides:vt j.de præſcrip.long.temp.quæ pro liber.
per totũ.Quandoq; tractatur de pręſcriptione li
bertatis, à ſeruitute reali:tunc ſi quidẽ ad conſti-
tuendam quaſi poſſeſsionẽ huius libertatis,requi
ritur factum hominis : tũc requiritur bona fides.
Hic eſt caſus hic:nã ad hoc,vt ſim in quaſi poſſeſ-
ſione libertatis,requiritur ꝙ altius ædificem. Ita
no.ff.quemad.ſer.amit.aliàs de ſerui.vrb.pręd.l.
hæc autẽ iura.Si verò ad actum pręſcribendi,non
requiritur factũ hominis: & tunc nõ eſt neceſſe:
5 vt d.l.ſequitur.§.ſi viã.¶ †Quęrit glo.ſecundùm
iſtam lec.quid ſi pręſcribens poſsidebat pręcariò,
reſpectu alterius,non reſpectu dñi:an pręſcribat?
Gloſ.dicit ꝙ nõ,propter generalitatẽ huius legis,
& ff.quẽad.ſer.amit.l.fi.de aqua plu.arcen.l.fi.In
cõtrarium facit ff.vti poſ.l.j.in fi.cũ l.ſeq. Gl. nõ
ſoluit.Dic quantũ ad cõſeruandũ poſſeſsionẽ per
interdictum retinendæ poſſeſsionis,ſufficit ꝙ ab
aduerſario vitioſè nõ poſsideã : ſed quãtũ ad ac-
quirendũ per pręſcriptionẽ,requiritur ꝙ à nemi-
ne vitioſè poſsideat.ita loquiť hic.Sed in tertia le
ctura breuiter dicit.Patiẽtia eius,qui vi aut clam
a vel præcariò poſsidet,non tribuit alter ius[a] ſerui-
tutis pręſcribendæ.h.d.¶ No.ꝙ iſta eſt magis no
tabilis lect.ad infinitas res. ¶ Not.quod dixi tibi
b in ſummario.Huius ratio eſt iſta: [b] quia in iſtis iu
ribus incorporalib⁹ nõ cadit aliqua poſſeſsio, ſed
quaſi poſſeſsio,quę dicitur patiẽtia aduerſarij: vt
6 l.pe.ff.de ſerui.¶ †Et ideo ſi aduerſarius neſciat,
quis nõ poteſt eſſe in quaſi poſſeſsione: eo ꝙ ille,
7 qui neſcit,nõ patiatur,vt j.l.prox† ¶Si ergo aliqs
poſsidet vi aut clàm vel precariò , contra eum nõ
poſſum pręſcribere:quia nullum ius habet in re,
& eius ſcientia non conſtituit me in quaſi poſſeſ-
8 ſione:meritò non præſcribo.Et pro hoc ſi † quę-
dam ciuitas detinetur ab vno tyranno,ille tyran-
nus eſt in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis illius ci
uitatis,tẽpore tyrannidis.ſi alia ciuitas occupat de
territorio illius,& tyrannus patiatur,vel de iuriſ
dictione,illius:dico ꝙ patientia illius tyranni,qui
eſt in poſſeſsione vi aut clam,non inducit ius pręſ
cribendæ illius iuriſdictiõis:vides caſum hic.Et
c ideo etiã[c] videť † ꝙ ciuitates,quæ vſæ ſunt mero
9 & miſto imperio,vacãte Imperio nõ præſcribunt
ſeruitutẽ:nec ſunt in poſſeſsione,nec fuerũt:quia
poſſeſsio illius iuriſdictiõis nõ eſt aliud,quã patiẽ
tia & ſciẽtia principis,cõtra quẽ præſcribitur:ſed
vbi non eſt ſciẽtia,nõ dicitur patientia,meritò nõ
dicitur quaſi poſſeſsio.Iſta dico inducẽdo in arg.
10 non determinãdo: & ideo † in poſitionibus ſis me
mor apponere ꝙ aduerſari⁹ ſciebat & patiebatur
illum eſſe in ſeruitute per tantũ tempus &c.quod
perpetuò tene menti.

a ¶Tribuit alter ius. Vide Bar.in l.proxi.& in l.j.in fi. de aqua plu.arcen.

b ¶Ratio eſt iſta. Vide quod dixi poſt Bar.in l.præſcri.ad fi.§. ſi cõtra ius vel vti.pub.& qđ not. in ca.cũ eccleſia. de cauſa poſſeſ. Adde Bart.in l. q fundũ. ff.quẽad. ſer. amit. Bald.etiã hic videť tenere contra Bar. in vlti.col.per Bal. in l.proxi.in v.col.

c ¶Et ideo etiã. An ciuitates Italię pręſcripſerĩt cõtra imperiũ, vide Bart.in l.j. §. deniq;. ff.de aqua plu.arcẽ. & l. naturaliter.ff.de vſuſc. Moderniores in c.j.de præſcrip. & notaui ad d. Anto. Andre. Barba.

*SVMMARIVM.*


1 ☞Titulus nõ requiriť in præſcriptiõe ſeruitutũ.
2 Seruitus,quę habet cauſam continuam,vel quaſi,
acquiritur longo tempore.
3 Qualiter cognoſcatur ꝙ ſeruitus habeat cauſam
continuam,aut non.
4 Seruitus vię,& itineris,nõ habet cauſam cõtinuã.
5 Seruitus aquæductus , quando dicatur habere
cauſam continuam.
6 In ſeruitutibus nõ habentibus cauſam continuã,
quæ præſcriptio requiratur.
7 Negatoria tollitur ſpatio triginta annorum.
8 In præſcribendis iuribus incorporalibus,requiri-
tur ſcientia, & patientia aduerſarij.
9 Cautela vt articuletur de ſcientia,& patiẽtia ad-
uerſarij.
10 Agẽs negatoria,põt petere ꝙ aduerſarius prohi-
beatur vti ſeruitute: & ꝙ cõdẽnetur ad intereſſe.
11 Pręſcriptio ſeruitutũ,qualiter interrũpať,& qñ li
tis conteſtatione,& quando per ſolam citationẽ.


LEX II.

SI aquam. Seruitus,quę habet
cauſam cõtinuã,acq
ritur longo tẽpore:niſi fuerit interru
pta.h.d.¶ No.ꝙ aquæductus pręſcri-
biť lõgo tpe.¶ No.ꝙ ad hãc pręſcriptionẽ,requi-
riť ſciẽtia aduerſarij.¶ No.ꝙ talis p̃ſcriptio inter-
rumpiť.¶ Opp.& videť ꝙ præſcribatur exemplo
rerũ immobiliũ,quę res immobiles nõ pręſcribũ
tur ſine titulo:vt l.nullo.§.de rei vẽ.ſed ſeruitutes
1 p̃ſcribunť † ſine titulo:vt l.ſi qs diuturno.ff.ſi ſer
ui.ven.ergo malè.Sol.Iſtud,qđ hic diciť,exẽplo
rerũ immobiliũ,intelligiť in tpe,nõ in titulo.Rõ
eſt,vt dicit Dy.in c.poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.qa
in pręſcriptiõe iſtarũ ſeruitutũ,tractať de modico
d præiudicio[d]:ideo nõ requiritur titulus.¶ Contra
opp.§.l.proxi.vbi debet poſsidere nõ vitioſè.So.
Fateor,põt eſſe poſſeſsio nõ vitioſa abſq; titulo,
ſi habebat aliquã cãm credendi,ſibi deberi ſerui-
tutẽ:vt no.per gl.in l.j.§.j.de iti.actuq; pri.¶ Itẽ
opp.ꝙ requirať maius tempus:vt l.hoc iure.§.du-
2 ctus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.† Plures ſolu-
tiones dãtur.Teneas illã,ꝙ illa ſeruitus nõ habe-
bat cauſam continuã:ideo nõ acquiritur lõgo tẽ-
pore:ſecus in his quæ habent cauſam cõtinuam,
vel quaſi:ita loquiť hic.Ita no.plenè in l.ſeruitu-
3 tes.ff.eo.& in l.j.in fi.ff.de aqua plu.arcẽ.†Quali
ter aũt cognoſcẽs vtrũ ſeruitutes habeant cauſam
e continuã[e].do tibi regulã infallibilẽ:ſi quidem ad
vſum ſeruitutis requiriť factũ hoĩs,nunquã diciť
habere cauſam cõtinuã:quoniã homo nõ põt ope
rari cõtinuè.Si verò non requiriť factũ hominis,
diciť tũc habere cauſam cõtinuã vel quaſi:vt l.fo-
4 ramẽ.ff.de ſer.vrb.prædio.†Et ex hoc apparet,ꝙ
ſeruitutes viæ,& itineris,nõ habẽt cauſam conti-
5 nuã:†quia nõ põt homo ſemper ire:ſeruitus verò
aquęductus,põt habere cauſam cõtinuã,cũ ſemp
aqua fluat,vel apta eſt fluere:ſed ſi requiriť factũ
hoĩs,vt puta eſſet neceſſe ꝙ de quodam fonte vel
foſſa aqua extraheređ,& mittereť in aliquẽ riuũ:
tunc non haberet cauſam cõtinuam.In hís ergo,
6 †quæ cauſam continuã nõ habent,nõ currit præ-
ſcriptio,niſi eius temporis,cui⁹ initij memoria nõ
f exiſtit:vt d.§.[f] ductus aquæ.¶ Sed contra hoc op.
op.omnis actio præſcribiť xxx.vel xl.an.l.ſicut.
& l.cũ notiſsimi.de præſcri.xxx.an.Si igiť nega-
toria tolliť xxx.an.ergo xxx.an.quęreť ſeruitus.
In effectu gl.dat duas ſolutiões:iſta eſt vera ꝙ ne
7 gatoria † tolliť xxx.an.pro illa itineratiõe,ſeu ire,
quę fuit facta,iã ſunt xxx.anni.ſed pro eo ꝙ vadis
hodie,cũ tibi ſeruitus nõ debeať,nõ poſſum inten
8 tare negatoriã.¶ †Opp. diciť hic,ſciẽte aduerſa-
rio.Cõtra.j.de præſcri.lõg.tẽp.l.fi.Sol.Dicit glo.
aliud in pręſcriptiõe proprietatis:aliud in præſcri
ptiõe ſeruitutis.Et eſt ratio,dicit gl.quia hic dñs,
cõtra quẽ pręſcribiť,poſsidet: ibi nõ.Iſta non eſt
bona ratio.Tu dicas vt dixi tibi.§.l. proxi.Ratio
eſt iſta: qa ad hoc vt præſcribať ſeruitus, requiriť
quaſi poſſeſsio ſeruitutis:ſed iſta quaſi poſſeſsio
nihil aliud eſt,quã aduerſarij patiẽtia:vt l.pe.ff.e.
hæc aũt patiẽtia nõ põt eſſe niſi duobus cõcurren
tib⁹,ꝙ ego vtar,& ipſe ſciat:meritò ſciẽtia reqriť.
9 †Et ex hoc ſit caut⁹[g] ſemp in iſtis iurib⁹ incorpo-
g ralib⁹ facere articulũ de ſciẽtia,& patiẽtia ei⁹,con
h tra quẽ pręſcribiť[h].¶ †Quęrit gl.vtrũ qñ inten-
10 tať negatoria,poſsit ſimul & ſemel peti ꝙ prohi-
beať illi vti ſeruitute,& cõdeneť ad intereſſe eius,
qđ factũ eſt.Glo.dicit ꝙ vtrũq; põt peti:& bene.
¶Quęro,dicitur hic ꝙ ſi pręſcriptio eſt interru-
11 pta &c.quęro † qualiter interrũpitur iſta præſcri-
ptio.Rñ.interruptiõe naturali,ſi vſus interdiciť:
vt hic dicit text.Itẽ interruptione ciuili.Sed hic
inſurgit dubiũ,vtrũ requirať litis cõteſtatio.Et vi
detur ꝙ ſic:ſicut ad interrumpendã præſcriptionẽ
long.tẽp.vt §.tit.ij.l.morę.Ecõtra videť ꝙ ſuffi-
cit ſola citatio:vt l.ſicut.& l.cũ notiſsimi.j.de pręſ
crip.xxx.an.Rñ.ſiquidẽ iuuatur pręſcribẽs ex ti
tulo,puto ꝙ requirať litis cõteſtatio:vt d.l.morę.
Si verò

d ¶De modico præiudicio.De quo plenè Alex.poſt Imo. in d.l.j.§.fi.de ope.no.nun.

☙ POMATES.

e ¶Continuã.Et vide aliquid per Fel. in c.de quarta.col. xiiij. & præced. de præſcrip. & Alex. cõſi.lxix.in j.dub. vol.v.vbi in ſpecie ponit de ductu aquæ,& quę requiranť ad illi⁹ acquiſitionẽ.& vide Alexan. conſi.cviij.co. j.ad fi. vol.ij.& ibi in ij.col.dicit ꝙ ſeruitus aquæductus diciť prædialis , & imò eſt neceſſe ꝙ dicens illã acquiſiuiſſe probet limitatè cui prædio acquiſiuerit.& ibi etiam ponit quantũ reqratur ad talem præſcriptionem.

f ¶Vt d.§.Poteſt tamen vnus allegare titulum & fundare intentionẽ ſuam ex eo:quia præſumitur ex diuturna patiẽtia dominiũ: vt not.in l.cũm de in rẽ verſo.de vſu. vide Barto.

☙ *P. P A V. P.*

g ¶Cautus ſemper. Vide Bart.diſtinguentẽ in l.j.§.hoc interdicto.de itin.actuq; priua.

☙ POMATES.

g ¶Cautus ſemp.Vide Panor.conſilio xviij.col.fi.vo.ij.& conſil. xxiij. col.fi. vol.ij.& conſi.xvj.co.iij.eo.vol.& Alex.cviij.co.j.ad fi. vol.ij. & aliquid p eũ vj.volu.& Feli. in c.de quarta.col. pe.in verſi.dũ ſubdit Abb.de pręſcr.

h ¶Præſcribiť. Hoc intelligatis verum in ſeruitutibus habẽtibus cauſam cõtinuam:ſecus ſi diſcontinuam, vt no. Bald.in d.l.j.§.j.de iti.actuq; priuato.

Si verò ſine titulo,tunc per ſolam citationē,quia eadem eſt ratio quæ in præſcriptione triginta anno.quia currit ſolū ex negligentia nō petētis &c.

LEX III.

# ET in prouinciali.

Prædio tributario poteſt imponi ſeruitus,& res tranſit cum onere ſuo.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Conceſſo aquæductu vni,ꝙ poſsit alteri concedi,ſi non nocet primo.

# AQuam quæ.

Ex fundo alieno nō pōt duci aqua niſi dño volēte.h.d.¶Quærit glo.hic,ſi dñs cōceſsit aquæductū vni an poſsit poſtea cōcedi alteri [a]. Videť ꝙ nō:vt l.in cōcedēdo.cū l.ſeq.ff.de aqua plu.arcē.& ff.de ſer.ruſt.prę.l.per quē. In cōtrariū ff.de aqua quoti.& ęſti.l.Lucio.de ſer.ruſti.pręd.l.ij.§.ſi aquæductus.Sol.† Aut ex eo ꝙ cōcedit ſecundo,nocet priori:& nō valet cōceſsio:vt in primis allegationibus. Aut priori nō nocet:& valet cōceſsio:vt in ſecundis allegationibus. Et ita fuit determinatum Bononiæ,in quęſtione inter fratres Prędicatores & Minores,cùm cōe prius cōceſsit aquā fratribus Minoribus,& poſtea cōceſsit Prędicatoribus,vel econtra:qđ potuerūt facere,ex quo aqua ſufficiebat vtriq;.¶Quæro vtrū ille,cui cōceſſa eſt ſeruitus poſsit alij concedere?Dic vt in glo.& bene.

# SIquid pars.

In confeſſoria venit,vt res in priſtinū ſtatum deducatur, & dānum reſarciatur.hoc dicit.

# PRæſes prouinciæ.

¶Oīs charitas bene ordinata incipit à ſeipſo. Ad hoc allegatur iſta lex,&c.

# SImanifeſtè.

In aquæductu antiqua conſuetudo ſeruāda eſt.h.d.Gl.inducit iſtam legem in argu.ad quæſtionē de molendino,de quo nō tangiť niſi hic,& in l.ſi quis ex argentarijs §.ſi initiū.de edendo.& l.quò minus.ff.de flumi.& ibi hæc omnia & multas alias quęſtiones,& quicquid pōt in illa materia occurrere,intendo tractare in repetitione illius l.quò minus.

# ALtius.

Solum eſt [b] liberū vſq; ad cœlū,niſi ſeruitus ſit impoſita.& in parietē alterius nemo poteſt feneſtrā facere.h.d.iſta lex &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Dicens ſeruitutem non deberi,habet intentionem fundatam de iure communi.

# SI in ædibus.

Qui ædificauit cōtra debitā ſeruitutē cogiť tollere:aliàs nō pōt prohiberi altius ædificare.h.d.¶Nota ex hac lege,& l.pręcedēti † ꝙ fundata eſt intentio de iure cōi eius,qui dicit ſeruitutē non deberi,ſiue ſit actor,ſiue reus:vnde aduerſario incumbit onus probādi:vt in iſtis duabus legibus.De quo in l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ſi ſeruitus ven.& plenè dixi in l.ſi prius.ff.de no.ope.nun.

# SItibi.

Quilibet in ſuo pōt facere quod vult,niſi faciat contra debitā ſeruitutem.hoc dicit.

# PEr agrum.

[c] Non pōt qs ire per agrū alienū, ſi per viā publicā ire pōt.h.d.Vide gl. quæ facit ad quęſtionē: Tu ab initio duxiſti aquam ex flumine publico ad domum,in qua habes vnum molendinū.Et ego ex alia parte duco ex eodem flumine aquam ad aliud molendinū,cū tāta ſit aqua quę ſufficit vtriq;:tu vis me impedire dicens,ꝙ in domo tua vis ponere plura [d] molēdina:certè nō potes.Debet em̄ inſpici modꝰ ab initio ſumptꝰ:qa tātū ꝓ vno molēdino ducebas:nec debes curare ꝙ poſtea debeat augeri,&c.

# SIcut vſumfructum.

Seruitutes reales non vtendo perduntur ſpatio longi temporis.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Epiſcopus qui habet viſitationem vna die cuiuſlibet anni in monaſterio,iſtud ius non vtendo perdit tempore duplicato.

# CVm talis.

Iſta eſt ſingularis lex. Breuiter dicit:Seruitꝰ,quę habet vſum diſcontinuū,perdiť tpe duplicato [d].h.d.no.lex ad multa.¶Op.ff.quēad.ſerui.ami.l.ſi ſic.Gl.ſoluit.tene ſolutionē Io.hic poſitā.† Iſta lex facit ad quæſtionē de epiſcopo,qui debet habere viſitationem vna die cuiuſlibet anni in monaſterio: vt iſtud ius nō vtendo pereat tēpore duplicato &c.

# Cùm autē apertiſsimi. [e]

Et fortè iſte §.nō eſt alibi ſecundū vnā lec.quę dicit:Si area nō pōt habere ventū,niſi ex vna parte, prædio vicino ipſo iure ſeruitus eſt impoſita ne altius tollatur & ventum impediat.h.d.

## *De lege Aquilia.* *Rubrica.*

LEX III.

# EX morte.

Ex morte ſerui pōt agi ciuiľr & criminaliter.h.d.¶Tractat glo.hic materiā l.j.j.qñ ciui.act.cri.præiu.& ibi etiā dixi.& dic vt ibi,& l.ij.§.j.ff.vi bo.rapt.

# COntra negantem. [f]

Actio legis Aquilię creſcit contra inficiantem.hoc dicit.

# DE pecoribus.

Vide gloſ. Iſta gl.nihil dicit,quia ad hoc vt competat directa actio legis Aquiliæ,oportet ꝙ deť dannum de corpore in corpus:quia verba legis Aquiliæ in primo capite dicūt:Si quis hominem quadrupedem vel pecudem occiderit. In ſecundo dicit,ſi quis arſerit,fregerit,ruperit,&c.& ſic loquitur quādo datur dannū de corpore in corpus:& tunc datur directa:aliàs autem vtilis:quia non haberent locum hæc verba.hoc dicūt omnes leges allegatæ.

## *Familiæ erciſcundæ.* *Rubrica.*

LEX I.

# SI non omnem.

Si quid hæreditatis non eſt diuiſum,hoc iudicio agiť vt diuidať.h.d.¶Opp.ff.eo.l.ſi filia.§.familiæ.Tene vltimā ſolūtionem ꝙ hic prima diuiſio fuit facta extra ius,&c.

LEX II.

# VXor tua.

[g] In hoc iudicio filius deducit pręcipuā dotē vxoris ſuę viuentis,vel poſt mortē patris defunctę.h.d.¶Quęro quid ſi vxor filij decedit in vita patris.Cyn.tangit hic,& bene:vt dixi tibi in l.j.de bo.ma.Dic vt ibi.

LEX III.

# ADuerſus.

Hoc iudicium excludit crimen expilatæ hęreditatis.

---

a ¶Concedi alteri.Si conceſsi aquæductum vni,an poſsim poſtea concedere alteri,vide Bar.in d.l.in concedendo.& in l.quòminus.in fi.v.q.de flumini.& quod not.Bar.in l.per agrum.j.eo.

b ✠ POMATES.¶Altius ſolū eſt.Limita iſtam regulam nouē modis,vt per Cepo.in tracta.ſuo ſeruit.prædi.ruſti.in tit.de ſolo ſeu area.& xxxix.quarū limitationū refert quatuor Iaſ.i l.ex hoc iure.ī ij.col.in ver.no.ibi ędificia tollere.ff.de iuſtit.& iur.ſe extendit circa limitationem de eo qui ob inuidiā vel odiū vellet ędificare.& vide iſtam legē aliter p Alex.conſi.xv.in princi.vol.v.& Panor.cōſil.lvij.col.iiij.in ij.dubio.in ij.volu.& vide q̄ ſcripſi poſt Bart.in l.quæro.ff.de ſer.vrb.præd.& Alex.cviij.co.j.vol.ij.& clxxxiij.eod.volu.ij.

✠ *P.P A V.P.*

b ¶Solum eſt.Limitant hic Cyn.Ray.& Salice.niſi quis ædificaret nō propter ſe,ſed ad æmulationem vicini.Facit quod vult ſingulariter Bal.in l.j.C.qui teſta.facere poſ.quicquid dicat ibi Ange.facit qđ dicit Bart.in l.quo minus.in j.q.ff.de vſufru.& quod dicit Bald.per illum text.in l.cùm allegas.C.ne fiſc.vel reſpubl.& quod dicit Pau.reprobando Ang.ibi in l.cū eo.ff.de ſeruit.vrb.præd.Vide Bal.in l.item lapilli.in ij.col.ff.de rer.diuiſi.Præſumitur ædificare propter ſe,nō propter ęmulationem vicini.De quibus omnibꝰ vide latè Alex.conſi.cccxvij.& ꝙ in dubio præſumitur ad ſuam vtilitatē facere,vide Alex.conſ.cccxxxvij.in ij.col.Vide Cepol.in tracta.ſeruitutū vrba.capi.lxij.de feneſtra.in iiij.col.& in cap.xxxvj.de ſeruitu.ne lumi.offic.in vij.q.vide oīno latè Iaſ.in l.ex hoc iure.in ij.col.ff.de iuſti.& iur.circa iſtā regulā & prędicta.Item an ad ęmulationem priuati liceat,vide etiā Iaſ.in l.ij.C.ne fiſc.vel reſpubli.quā legit cū rub.illius tituli, vbi etiam ponit de duobus fratribus habentibus caſtrum cōmune,an liceat vbi ad ęmulationem alterius vendere partem ſuā.Et vide latè eundem in l.quò minus in v.col.de flumi.& aliquid ad declarationem in vij.col.ibidem in prin.

c ¶Per agrum.Vide ad ea quæ habentur & etiam quæ not.Bar.in l.j.& ij.ne qd in publico.

d ¶Cūm talis.Tēpore duplicato.Bald.& Ang.in l.cū notiſsimi.§.in his.de preſcri.xxx.an.tenent ꝙ iſtud tempus nullo mō poſſit trāſcendere triginta annos.

e ¶Cū autē apertiſsimi.Vide Alexan.poſt Angel.in l.ſi prius.in xvj.col.ff.de oper.no.nun.& pro ſingul.allegat ibi Imo.in fi.& allegans poſt Bart.in ij.opp.tertiæ partis.& alij caſus,in quibꝰ ipſo iure ponuntur,vide in l.j.in fine.cum ſeq.de aqua plu.arcen.

f ¶Contra negantē.Et hanc legē limita,vt ſing.dicit Barto.in l.idem.§.j.de vſufruc.accreſ.Bal.in l.ea quę.de condic.inde.& ibi etiā dicit ꝙ ab hac pœna excuſatur qs ꝓpter iuſtū errorē.& ibi etiam ſubdit ꝙ ſi pro dāno dato ageretur criminaliter,non creſcit per inficiationē.& vide quæ dixi poſt Bart.in l.eum qui.de iureiuran.&c.

publicũ.Glo.dicit hic,ꝙ iſta aut̃.nõ habet locum,
& bene:quia ſolùm loquitur in eo qui abnegat
ſcripturam ſuam propriam,ex qua eſt obligatus.
¶ Quæro,qua actione conuenit̃ quis ad iſtud du
4 plum?Dicit glo.actione ex eo contractu puto†ꝙ
agat̃ cõdictione ex hac lege,& erit modus formã-
d di libellũ[d] hic, ago † contra te dicens ꝙ tu es mihi
5 in tuis literis obligatus ad tantam quantitatem,vt
patet ex ſcriptura tua manu facta.quare peto te cõ
demnari ad dicta.& ſi dictã ſcripturam tuam eſſe
negaueris,peto te cõdemnari in duplum:vt vidi-
ſtis in ſimili.in l.nõ ab re.j.vnde vi.& videbitis j.
loca.l.conductores.¶ Vltimò ſcias,ꝙ Dy.in cap.
6 nullus pluribus.de re.iur.in vj. Allegat † iſtã aut̃.
ꝙ nõ admittitur quis allegans contraria in exce-
ptionibus,per hanc authen. Ego ſemper dixi con
trarium,& adhuc dico.& iſta aut̃.nihil facit ꝓ eo:
imò facit contra eum.Nam vides hic,ꝙ aliqs pri-
mò negauit ſcripturam ſcilicet eſſe ſuam: poſtea
conuictus confitetur eam eſſe ſuam:ſed dicit ſol-
uiſſe.certè nõ auditur quantũ ad euitandum pœ-
nam negationis:ſed bene auditur vt illa ſolutio fa
cta proficiat in eo quod ſoluit. Et per hoc dico, ꝙ
7 ille,qui negauit ſe feciſſe homicidium†vel percuſ
ſiſſe aliquem,poſtea cõuictus,dicit ſe feciſſe ad ſui
e defenſionem.[e] Certè quantum ad pœnam nega-
tionis,ſi per negationem imponeretur aliqua pœ
na,non audiret̃ poſtea hoc allegans:ſed quantum
ad pœnam principalis delicti, bene auditur. Ad
hoc bene plenè.ff.de except.l.nemo facit ad præ-
dicta.ff.de probatio.l.cum de indebito.

ADuerſus. Exceptio non nu
meratæ pecuniæ
nõ habet locũ in confeſsione quam qs
non facit ſpe futurę numerationis:ſed
ex cauſa de pꝛterito.h.d.Idem dicit l.fruſtra, quæ
ſequitur poſt iſtam.

¶ Additio.

ADuerſus. Exceptio non nu-
meratę pecunię ha
bet locũ,quando promiſsio fit ſpe fu-
turę numerationis.al's ſecus.h.d.& le
gitur hęc lex tribus modis principaliter. Primò
quãdo debitum ex alia cauſa,puta emptionis, vel
ſimili promittitur ex cauſa mutui. Secundò quan
do debitum ex cauſa emptionis,vel ſimili ꝓmit-
titur ex alia cauſa:vel locatiõis, vel ſimili,ita quòd
non mutui. Tertiò modo,quãdo debitum ex vna
cauſa non mutui , ex eadem cauſa promittitur.&
vtriq; lecturæ conuenit præcedens ſummarium.
Pone ergo in terminis caſum,ſecundùm primam
lecturam quæ eſt magis nota.& magis cõgruit li-
teræ. Et ſecundùm iſtam not.ꝙ ſicut quando op-
ponitur exceptio non numeratæ pecuniæ , debet
creditor probare numeratam:ſi cautio fuit appo-
ſita ſpe futuræ numerationis.ita quãdo fuit facta
ſpe præteriti debiti,debet probare debitum præ-
ceſsiſſe.¶ Oppo.ſ.ſi cer.pet.l.ſi non ſinguli.& l.ſi
ex pretio.Gl.ſoluit mirabiliter.dic vt in ea.Secun
da & tertia lectu.ſunt clarę. tamen iſta ſecunda le
ctura non videtur vera : quia tunc talis confeſsio
ſtatim pręiudicat, nec requirit̃ an præceſsit iuſta
cauſa debiti.d.l.generaliter. Potes dicere,ꝙ hæc
cautio cõtinet factũ nudum,& ideo habet vim cõ
ſtitutionis:in quo quæritur,an iuſta cauſa præceſ
ſerit debiti.Si verò diceres,ꝙ continet ſtipulatio
nem:tunc ſtatim præiudicat, & quod hic dicit, ſi
quid.intellige,niſi probetur cõtrarium: ſtatim vi
detur probatum per ipſum inſtrumentum; vt l.ge
neraliter.&c.

¶ Additio.

FRuſtra. Pecunia non numera
ta debet habere cau-
tionẽ,condictionem,& exceptionem.
¶ Quæro,an iſto caſu quando compe
tit ad idem actio , & exceptio, poſsint peti teſtes
examinari ad æternam rei memoriam . Dixi tibi
in aut̃.ſi quis ab aliquo.ſ.de teſtibus.

a ¶ Cum fidẽ. Adde etiã ꝙ ſi quis acceptat dilationẽ,videtur agnoſcere debitum.l.ad ſolutionẽ de re iudic.

*P. PAV. P.*

a ¶ Cum fidem. Vide Ro.conſi.ccxxij.

b ¶ Cõtra q propriã. Et hãc aut̃.ſic intellige,& limita vt ſingula.Dixit Bar.in l.id qđ ſeruo.§.j.ff.de pecu.lega.& de pœna negantis,& de eius materia not.per Bald.in c.vaſallus.ſi de feud.fu.cõtro.& p Bart.hic per do.Anto.in c.pe.extra, de iura.calũ.& p Bald.hic. ADDE ad hanc aut̃.q̃ voluit Pe.de Ancha.cõſil.cxcij.iſte Simõ.Sed quid ſi tpe ſolutiõis fiendæ debitor deponit pecuniã , & petat pignus : & creditor dicat ſe non mutuaſſe , nec habuiſſe pignus, qualiter cõſulet̃ debitori?Spe.in ti.de excе.§.vſq;.ver.ſed qd ſi debitor . dicit quod adhuc ſub iudice lis eſt.

*P. PAV. P.*

b ¶ Contra q ꝓpriã. Nunqd iſta authẽ. habeat locũ in negãte pacta alicuius libri rationum , & nunqd habeat locũ in ſcriptura priuata de cõtractu iã inito ante dictum ſcriptũ,vide Paul.conſi.cccxxxij.

POMATES.

c ¶ Non habet locũ. Vide Paul.de Caſ.conſi.cccxxxij.vbi pulchrè declarat materiã huius aut̃.

d ¶ Formãdi libellũ. Et vide hic Bal.ĩ fi.& ꝙ no.bar.ĩ l.ſi cũ excep.§.hęc aũt actio.ff.ꝙ met.cau.& vide no.p Bart.& Ray.& Imo.ĩ l.Titio.§.ſi poſt.de condi.& demon.

e ¶ Defenſionẽ. Adde Bal.C.de ap.l.iubemus. Adde Bar.ĩ l.qcqd.de iureiur.& ꝓ iſta pte facit tex.ĩ l.ij.inverſi.falſi.& ibi hoc no.doct.ff.ſi ex nox.cau.aga.licet Dy.videat̃ cõtrariũ tenere ĩ regula,null⁹ plurib⁹.li.vj.& in l.electio.§.neque.de noxa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**SI quaſi.** Ab eo,qui nõ numerauit põt condici liberatio: & ei opponitur exceptio.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Proteſtatio defuncti quando tranſeat ad hæredem remiſsiuè.

a **SI intra tempus.** [a]Tp̃s qđ qs habet ad opponẽdũ exceptionẽ, trãſmittit ad hęredẽ: & oppoſitio facta p defunctũ prodeſt hæredi.h.d.¶ Oppo.fortiter.ꝙ
1 proteſtatio † defuncti ad hæredẽ nõ tranſeat,vt l. non ſolũ.§.fi.ff.de no.ope.nun.Sol.dic vt ibi &c.

Additio.

**SI intra.** Ad hęredes tranſit hæc exceptio cum tempore, quod ſupererat defuncto. Itẽ hęc exceptio propoſita perpetuatur. Itẽ elapſo tempore ad hæredes nihil tranſit.h.d.& ſic habet partes tres Glo.quærit primò qualiter debet fieri iſta querela.Dic vt j.eo.auť.hãc aũt.¶ Secũdò quærit quãdo tempus iſtud cõtra hæredes currat.Dic ꝙ ſtatim non expectato tempore maioris ætatis,quia cœpit cõtra defunctum:plenè de hoc in l.Aemilius.ff.de mino.& ff.ſi aduer.ven.pig.l. ij.¶ Moueo vnum dubium:videtur quòd effectus proteſtationis,iam perfectus.& cõſummatus,nõ trãſit ad hæredes.l.non ſolũ.§.fi. de ope.no. nun. Hic dicitur cõtrarium.quare malè.Sol.Quantum ad propoſitum talis effectus proteſtationis, bene tranſit ad hęredes, vt hic:nam propoſita querela, exceptio eſt perpetua, vt hic.Sed quantum ad futura,tunc ſecus,vt lege contraria.quod tamen dic vt alias plenè dixi in d.l.non ſolum.§.fin.

**CVm vltra.** Qui obligať verbis ſpe futurę numerationis, habet hanc exceptionem.hoc dicit.

Additio.

**CVm vltra.** Si vltra quã ſit numeratũ eſt promiſſum, habet locũ exceptio nõ numeratæ pecuniæ,vel in factũ.h.d.¶ Oppo. quòd reus poſſit obligari,vltra quã perueniat ad eum: vt l.ſi nõ ſinguli.ſ.ſi cer.peta.&.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff. cõmoda.Intellige ꝙ puenerit verę vel fictæ.Dicã in d.l.ſi nõ ſinguli.¶ Quæro quare hic dicit exceptionẽ in factũ.Gl.variat,finaliter videť dicere ꝙ
c idẽ ſit in factũ & nõ numeratæ pecuniæ ſecundũ quoſdam. Vel dic,quòd quando ſine ſtipulatione habet locum exceptio non numeratę pecuniæ quãdo interuenit ſtipulatio,habet locũ exceptio in factũ,& iſta eſt vera.Quod ſic declara: quando non interuenit ſtipulatio,agitur ex numeratione interueniente.Rectè ergo poſſum excipere pecuniam non eſſe numeratam,quando ſtipulatio interuenit,agitur ex ſtipulatione.vnde medium.per quod in exceptione concluditur,non eſt:quia pecu.nõ eſt nume.quia ex ſtipulatiõe poſſet deberi nulla numeratione interueniẽte. Sed mediũ,quo cõcludiť,eſt ꝙ ſic fuit actũ:qa ꝓmittebã ſpe futurę numeratiõis. Vnde excipiť in factũ:hoc eſt qa factũ ita ſe habuit.Hæc ſubtilitas periculoſa eſt tamen doctores tenent eam.

**ASſeueratio.** Hic ẽ pulcher tex.Ei,q excipit,incũbit onus ꝓbandi,qñ excipien
d do aliquid ponit:alias ſecus.h.d.

**SI tranſactionis.** Qñ nõ ſit promiſsio ſpe futurę numerationis,habet locum hæc exceptio.h.d.

**TAm mãdatori.** Hæc exceptio trãſit ad obligatos acceſſoriè.h.d. ¶ Quęro qđ ſi fideiuſſor añ opp.exceptionẽ nõ nu.pecu.& poſtea creditor numerauit. Iſta fuit quæſtio ſabatina,licet glo.hic non dicat.
b Gul.ponit eam in l.Titius[b].ff.de procu.& l.ſi fideiuſſ.ff.de fideiuſſo.dic vt ibi.&c.

¶ Additio.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Fideiuſſor an poterit opponere poſt biẽnium exceptionem non numeratæ pecuniæ.
2 Numeratio poſtea facta per creditorem,an tollat exceptionem fideiuſſori.
3 Si fideiuſſor proteſtatus fuit creditori,ne pecuniã numeraret,ꝙ poſsit tamen numerare.

**TAm mãdatori.** Hæc xceptio tranſit ad fideiuſſorẽ,& mandatorem.h.d.¶ Opp.de l.ex perſona.ff.de fideiuſ. Solu. Intelligo hic de exceptionibus, rei cohærentibus,ſicut eſt iſta:vt l.oẽs exceptiões.ff.
1 de except.¶ Quæro,†vtrũ poſt biennium poſſet opponere fideiuſſor.Gloſ.dicit ꝙ non,& bene: & probatur hoc in tex.ibi dum dicit,exẽplo rei prin
2 cipalis.¶ Quęrit gl.†nunquid numeratio poſtea facta,tollat fideiuſſori exceptionem. Videtur ꝙ non:vt l.fi.ff.de pac.Contrarium dicitur in gloſſ. quia fingitur hanc exceptionem non competiſſe. hoc videť falſum:quia à die numerationis incipit obligatio,ne retro fingeretur exceptio: vt ff.qui po.in pig.ha.l.j.Suſtinendo gl. dicas ꝙ verum eſt quòd quo ad extraneorũ præiudiciũ non fingitur retro:ſed quo ad ipſos contrahentes ſic:vel verius[d] vt ceſſet dicta oppoſitio, dic ꝙ numeratio poſtea ſecuta videtur facta de voluntate fideiuſſoris, nõ ergo mirum ſi ſua tolliť exceptio:vt d.l.fi. Videť enim voluiſſe ab initio,ꝙ numeratio ſequeretur.
3 ¶ Sed nũc quęro,†quid ſi fideiuſſor mutauit voluntatem,& prohibuit ne mutaretur, vel exceptionem oppoſuit:an tunc fideiuſſori nõ noceat: quia licuit ei mutare voluntatẽ,ſicut reuocare mãdatum?Gloſ.dicit contrariũ,& bene,non tñ bene declarat.Ideo dic,ꝙ mutare voluntatem licet,antequã quis alteri ſit obligatus,aliàs non:vt l.ſi qs prohibuerit.alľs incipit,Papinian⁹.ff.de publ.Sed creditor eſt quodam modo debitori obligatus[!]ad numerandũ.ergo &c.Dices tu,hoc eſſe caſum.l.j. ff.ſi cer.pet.& l.j.ff.q po.in pig.hab.Sol. Non intelligas obligatum adeò,& poſsit cogi in iudicio: ſed taliter eſt obligatus,ꝙ eſſet ſibi verecũdia non numerare.quæ cauſa eſt ſufficiẽs,vt poſsit illi denunciationi non parere:vt ff.mand.l.Quintus,& l.pecuniæ.ff.de alimen.& ciba.leg.Sic debet intelligi no.per glo.in l.Titius.ff.de procu. & de fideiuſ.l.fideiuſſor. Bar.

c **GEneraliter.** [c]Promiſsio facta ex certa cã de præterito,& in ſcriptis, eſt valida: niſi contrarium per aliam ſcripturam probetur.h.d.In hac l.debemus tractare tria principaliter.Primò de obligatiõe literarũ.vnde oriatur,qua actiõe agatur,& qualiter tollatur,& quo iure fuerit inducta.Secũdò habemus videre de cõfeſsione,quam quis facit in teſtamento.Tertiò de cõfeſsione,quã qs facit inter viuos. Doct.oĩa iſta tractãt hic,& repilogãt q̃dã,q̃ fuerunt dicta in l.ſi ex cautiõe.ſ.e.& ego iã dixi ibi.¶ No.tñ ex hac l. duo principaliter.Primò,ex iſto text.q dicit ea, q̃ cãm ſpecialiter edixerit.Gl.exponit ex vẽditiõe, locatiõe,vel maleficio.Et puto debere intelligi ex vẽditione vel locatione eius rei,vel ex quo maleficio:alľs nõ eſſet exprimere cãm ſpecialiter. Itẽ illud ꝙ hic diciť,ꝙ debet ꝓbari cõtrariũ,p aliã ſcri
d pturã debes ſic ĩtelligere,[d]Aut ille cõtra quẽ ſcriptura ꝓferť,eã negat,& eã dicit eſſe falſam:et tũc põt probare contrariũ teſtib⁹,& quocunq; modo vult:vt l.vbi.j.de fal.& ſ.de fide inſtr.l.in exercẽdis.Aut illam ſcripturã cõfitetur factã eſſe,de contrahentiũ volũtate:ſed dicit in veritate aliter negotium eſſe geſtum:tunc aut ille vult probare cõtra ſolẽnitatẽ præſumptã in inſtrumento: & põt probare per teſtes:vt l.iuriſgẽtiũ.§.quod ferè.ff. de pact. Aut vult probare contra illud quod expreſsè continetur in inſtrumento: & tunc aut eſt inſtrumẽtum celebratum in ſcriptis, & nõ poteſt probare contrarium:niſi per aliam ſcripturam,vt hic. Aut eſt contractus ſine ſcriptis ſed ſcriptura
eſt facta

a ¶ Si intra tp̃s.Vide hãc l.alle.p Pau.de Ca.cõſ.xvij.ꝗnci. in xp̃i noĩe amẽ. in cauſa quæ vertitur in vj.col.&c.

✳ P.PAV.P.

a ¶ Si ĩtra tp̃s.An iſtđ ꝓcedat ĩ alijs p̃ſcriptiõib⁹ ꝙ tp̃s defuncti noceat hæredi, vide Pau.de Caſtr. conſi.xvij.ĩ iiij.col.

b ¶ Tã mãdatori.l.titius. Et ibi Bar. & Bar.in l.fideiuſſor.

c ¶ Gñaľr. No.in hac l.ꝙ Bar.vř ſentire, ꝙ ſi ſcriptura ſit de ſubſtãtia,nõ p̃t ꝓbari ſimulatio p teſtes.& ita tenet gl. hic in ver.quẽquã. ſed gloſſ.ſcđm aliquos,ĩ l.illicitas.§. veritas.de offi.p̃ſi. tenet cõtra.ſed gl. hui⁹ l.reprobat Ia. Bu.& Bal.& l.j.C. plus va.ꝙ ag.& eſt opin.ęqor.Sed pro opi.Bar.facit text. iſte nõ cauillãdo eũ & gl.ĩ d.§.veritas. vř inuere,qñ p teſtes probať falſitas nõ notarij,vř error. Et iſtã ptẽ meliorẽ putat d.I.de Imo.ĩ c.cũ Ioãnes.de fid. ĩſtru.licet opi.Bar. ſit ęquior.et tãgiť ĩ c.ad noſtrã.de ẽpt. & vẽ.& c.cũ cõtingat de iureiu.ĩ charta.xliij.qñ ſtipulatio põt ꝓbari p teſtes Andr. Bar. Et adde Cep.ĩ trac.de ſimul.cõtractuum. col.viij.

d ¶ Gñaľr.Sic ĩtelligere.Per Imol.in capitu. cum contingat. in xlvj. chart. de iureiur. & doct. in l.ſciẽdũ.de verb.obli. Et adde etiam q̃ habentur per gl. & Bar.ĩ l.quicũq;.j.de apo. publi.& qualiter hęc lex intelligi debeat,adde tex.in l.teſtiũ.ſ.de teſti.vide Bal.ibi q tenet cõtra Barto. hoc ẽẽt ĩ ꝓpoſito. vide nota. p Cy.in l.error.C.de teſt.et Ang.in l.quoties. in princ.ff. de ven. inſpi.& quod not. Bar.in l.cũ ꝓponebatur.de lega.ij.& Bal.hic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eſt facta ad ꝓbationem: & tunc poteſt probari cõtrariũ quo-
cunq; modo: vt ſ. plus valere quod agitur. l. ij. & iij. ¶ Vltimò
no. hunc finẽ, ꝙ quis nõ põt venire cõtra illud, quod cõfeſſus
a eſt. Et per hoc dicimus, ꝙ ſi teſtis eſt aliquid teſtificatus, [a] &
poſtea extra iudicium confitetur ſe dixiſſe falſum: ꝙ per hoc
dictum eius non vitiatur, niſi aliter de falſitate cõſtet: vt ex-
tra, de teſti. c. ſicut. Cætera dic vt in glo. hic per docto.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Confeſſio extraiudicialis an requirat expreſſionẽ cauſæ.
2 Expreſſio cauſæ generalis. an ſufficiat in confeſſione extra-
iudiciali.
3 Quælibet cauſa in confeſſione extraiudiciali, an ſufficiat.
4 Promiſſio facta de non arctãdo quem criminaliter, an valeat,
remiſſiuè.
5 Confeſſio extraiudicialis quando requirat partis præſentiã.
6 Confeſſio teſtatoris facta in teſtamento, non probat debitum
ſubeſſe, vel fuiſſe. & nu. 13.
7 Confeſſio etiam ad liberandum requirit partis præſentiam.
8 Confeſſio extraiudicialis facta parte præſente, & cum cauſa,
quando inducat probationem, liberationẽ, vel obligationẽ,
9 Contra confeſſionem in inſtrumento, vel extra inſtrumen-
tum factam, quando quis poſſit venire: & quæ probatio re-
quiratur.
10 Contractus dicitur in ſcriptis celebrari, quando agitur inter
partes, quòd aliter non valeat, niſi fiat ſcriptura.
11 Contra inſtrumenta, & contenta in eis, quæ hodie fiunt, põt
contrarium probari etiam per teſtes.
12 Cautela, vt contra inſtrumentum non poſſit probari, etiam
de fictione, niſi per ſcripturam.
14 Confeſſio facta per teſtatorem in eius teſtamento reuocatur.
15 Cauſa an requiratur in ſtipulatione.
16 Teſtis ſi confiteatur extraiudicium ſe falſum teſtificaſſe, an di
cta confeſſio præiudicet.

GEneraliter. Contra confeſſionem pro
priã in ſcriptis factam ex
cauſa de præterito, nõ põt aliquis venire, niſi per
aliã ſcripturã probetur cõtrariũ. h. d. Hęc lex di-
uidiť in tres partes. Primò enim ponit dictum. Secundò exce
ptiones. Tertiò exceptionem dicti. Secunda ibi: niſi. Tertia
ibi: nimis. Notabilia patẽt ex ſummario. ¶ No. tex. in fi. & di
ſce eum menti. ¶ Oppo. ſ. eo. l. ſi ex cautione. & j. eo. l. proxi-
ma. Solu. Hic loquiť in alijs cauſis, præterquã in cauſa mutui,
& dotis, in quibus põt opponi exceptio non numeratæ pecu
niæ. quod examinaui in cõtrarijs. ¶ Opp. ad ſecũdam partem
de l. in exercendis. ſ. de fide inſtru. Sol. Fallit hic quãdo quis
vult venire contra confeſſionem ſuam propriam. quod intel-
lige, vt ſtatim dicam, & qa hæc lex tractat de cõfeſſione ſciẽ-
dum eſt, ꝙ confeſſio alicuius qñq; emittitur in iudicio: & de
hoc in l. j. j. de cõfeſ. & hęc nõ eſt materia noſtra. Qñq; emitti
tur extra iudiciũ: & tunc vel in actibus inter viuos, vel in vl-
tima voluntate: & de iſtis tractat hęc gl. quam examinemus.
¶ Circa primũ quæro, quid debeat cõtineri cõfeſſio, vt præ-
iudicet. Et circa hoc dubitatur primò de cauſa, ſ. an confeſſio
1 † extraiudicialis requirat cauſæ expreſſionem. qđ tangit glo.
in l. j. j. de confeſſis. Veritas eſt iſta, aut confeſſio tendit ad li-
berandum, & nõ requirit cauſam: vt l. tale pactum. ff. de pact.
Quãdoq; confeſſio tendit ad obligandũ obligatione perſona
li: & tũc requirit cãm. aliàs nõ obligat: vt l. cum de indebito.
in fine. ff. de proba. Quandoq; tendit ad parandum præiudi-
cium ſuper iure reali: tunc quia ius reale eſt vniforme, nõ re-
quiritur cauſæ expreſſio: vt l. & an eandem. §. exceptiões. ff.
de excep. rei iud. Hoc tenẽt doc. hic, & in l. cum falſa. ſ. de iur.
2 & fac. ign. Sed cum † cõfeſſio requirat cauſam, an ſufficiat ex-
primere aliquã cauſam generaliter: vt puta ex cauſa emptiõis
talis libri, vel talis equi ſpecialiter: videť tex. hic dicere ꝙ ſic:
ibi ſpecialiter ꝓmiſſor edixerit. Et pro hoc quod dicunt do-
cto. ſ. etiam per ꝓcuratorẽ cauſam in integ. reſti. agi poſſe. l.
j. & l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hær. In contra-
rium dicitur, ꝙ ſicut dicunt Logici, ꝙ eſt genus ſpecies, & in-
diuiduũ, vt no. in l. ij. in prin. ſi cer. pet. & in l. cũ poſt. §. gener.
de iure dot. Ita aduerbialiter quædam poſſunt exprimi gene
raliter, quędam ſpecialiter, quędam ſingulariter & indiuiduè
vnde ſi dicerẽ me debere ex cauſa debiti, iſtud eſſet generali-
ter: ſi ex cauſa emptionis talis libri, iſtud eſſet ſpãliter, ſeu ſin
gulariter. & indiuiduè. Iſtud videť ꝓbari ſ. quod cũ eo. l. fin.
Pro hoc facit l. filiusfa. ff. de dona. circa fi. vbi requiriť ſpecia-
le mãdatũ, ſeu ſpecialis cõfeſſio, vt poſſit filiꝰ cauſa mortis do
nare: nõ tñ requiritur ꝙ ſingulariter nomineť donatio fienda:
3 & illud fortè verũ eſt: vt declaraui latius in d. l. fi. ¶ † Quæro
vtrũ ſufficit exprimi quãlibet cãm. Gl. dicit ꝙ ſic ex cõtractu
ex maleficio, vel quaſi: vt hic in ſecũda, & tertia gl. & ſic ĩnuit
quod ſ. dixi, ꝙ ſpecies obligationis exprimatur, licet nõ ſingu a
lariter. Aduerte tñ: quia illud quod gl. dicit, ex maleficio, i. ex
obligatiõe: quia pars teneť ciuiliter ex maleficio parti. Si verò
4 † aliquis promitteret, ne criminaliter accuſaretur, vel in accu-
ſatione inſtituta inſiſteret: tũc an valeat habes text. & gl. in l.
5 accuſationis ſ. quod met. cau. ¶ Quæro, vtrũ cõfeſſio † extraiu
dicialis requirat partis præſentiã. quicquid dicãt doct. iſta eſt
veritas. Quandoque confeſſio emanat ſuper eo, quod depen-
det ex mera volũtate cõfitentis, vt ratihabitio, & hęreditatis
aditio: tũc non requiritur partis præſentia: vt j. de iure delib.
l. potuit. & no. in l. Pomponius ſcribit. ff. de neg. geſt. Quã-
doq; emanat ſuper eo, quod non depẽdet ex mera voluntate
confitentis: tunc aut fit ad obligandum, aut ad liberandũ. ſi ad
obligandũ: quicquid dicat Pet. dico ꝙ requirit partis præſen
tiam, vel organum medium, ſ. nũcium vel epiſtolam: alias ni-
hil operatur: vt l. Publia. in fin. ff. depoſiti. & l. certum. §. ſi qs
abſente. ff. de confeſ. de interrog. act. l. fi. & probatur per iura
6 quæ dicunt † ꝙ confeſſio teſtatoris facta in vltima voluntate,
non probat debitum fuiſſe ſeu ſubeſſe: vt l. Lucius. §. qſquis.
el ij. ff. de leg. ij. & l. cum quis. §. codicillis. ff. de leg. iij. & l. Au
7 relio. §. fi. ff. de libe. leg. Si verò fit ad liberandũ? † & tũc quæ-
dam gl. eſt in l. non ſolum. §. ſi liberationis. de lib. leg. quę vi b
detur dicere, ꝙ nõ requiritur partis præſentia, quo ad inducẽ-
dam doli exceptionem. Ego ſemper contrarium tenui: & gl.
idem in l. idẽ in duobus. ff. de pact. l. Pomponius ſcribit. ff. de
neg. geſt. ibi in gl. magna. Facit l. & hęredi. §. nos autem. ff. de
pac. & ibi videtur tex. examinaui plenè in d. §. ſi liberationis.
8 ¶ Quęro, pone † ꝙ iſta confeſſio ſit ſolennizata cum cauſa, &
partis pręſentia, vt requiritur, quid inducet hęc confeſſio? Re
ſpon. Confeſſio quando habet cõnexum aliquem actum, qui c
habet inducere obligationem: vt puta ſtipulatio, vel pactum
de conſtituta: tunc nõ eſſet dubium quòd oritur obligatio in
hac lege, non ex confeſſione, ſed ex alio adiuncto: vt l. j. de cõ
ſtit. pec. Vide Cyn. in l. ſi ex pretio. ſ. ſi cert. pet. Quandoque
hoc non habet annexum, ſed eſt confeſſio ſimplex: tũc ſi qui-
dem fit ad deliberandum, habet vim pacti: vt l. tale pactum. in
princi. ff. de pact. & ſic obligat quem naturaliter non petere:
& inducit exceptionẽ pacti: vt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret.
ff. de pact. Si verò non continet liberationem: tunc non indu
cit liberationem: ſed ſolam probationem: vt l. Publia. in fin.
ff. depoſiti. & hoc eſt vtile ſcire, propter formationem libello
9 rum. ¶ Quæro, † circa iſtam confeſſionem: ſi quis vult venire
contra, qualiter poterit, & quæ probatio requiratur? Reſpon.
quandoq; quis vult venire cõtra confeſſionem ex cauſa erro
ris: & tunc loquitur titulus de iur. & fac. ign. maximè l. error.
& l. cũ falſa. ſ. de iur. & facti igno. de cõfeſ. l. non fatetur. Quã
doq; quis venit ex alia cauſa: & tũc aut cõtractus, ſeu cautio,
in qua emanauit cõfeſſio fuit in ſcriptis: & tũc qui negat illã
cautionẽ ſua voluntate factam, admittitur ad probãdum con
trarium per cõem modũ probãdi: vt l. optimam. de cõtrahen.
& cõmit. ſtipu. & de fal. Vbi autẽ cõfitetur eam factã ſua vo- d
lũtate: tũc ſi quidẽ vult venire cõtra tenorẽ inſtrumẽti, non
admittitur ad probandũ, niſi per ſcripturã, vt hic, & l. cum de
indebito. de ꝓba. in fi. & ſi vellet probare inſtrumẽtum ficti-
b tium. [b] Si verò non venit cõtra inſtrumẽtum, ſeu cõtra tenorẽ
inſtrumẽti, ſed cõtra ſolẽnitatẽ: & tũc admittitur ꝓbatio etiã
per teſtes: vt l. iuris gentiũ. §. quod ferè. ff. de pac. & ibi no. p
gl. Sed ſi vellet ꝓbare cõtra tenorẽ, vel ſolennitatẽ, vel vellet
ſolutionẽ probare: tũc admittiť qs ad probãdũ, ſecũdũ modũ
traditũ in l. teſtiũ. ſ. de teſt. Si verò cõfeſſio emanaſſet ſine ſcri
ptis: tũc admittitur qs ad probandũ cõtrarium, per omnẽ mo-
dum probãdi, vt ſ. plus valere quod agitur. per totũ. & in l. in
10 exercẽdis. ſ. de fi. iſtr. Intellige † aũt in ſcriptis celebrari cõtra
ctum, quãdo cõtrahentes agũt, vt nõ aliter valeat, niſi ĩde fiat
11 ſcriptura. † Vnde cõtra inſtrumẽta, [c] quæ hodie fiũt circa cõ-
c tinẽtia cõtractum, poteſt fieri probatio etiã per teſtes: qa non
ſunt celebrati contractus in ſcriptis: tamen ſunt redacti. Hoc
ꝓbať ſ. de fide inſtru. l. cõtractus. & de ꝓba. l. cũ res. ff. de pi-
12 gno. l. cõtrahitur. Et ideo, eſt cautela, † ꝙ quando qs dubitat,
d ne p teſtes poſſet ꝓbari [d] fictio cõtractus, dicat cõtrahẽs corã
teſtibus, q teſtes interfuerũt præcedẽtibus, ꝙ contractus cele
bretur in ſcriptis, ne poſſit probari de fictione contrariũ, niſi
per ſcripturã: vt hac l. cũ de indebito. in fi. ff. de ꝓbat. ¶ Ve-
nio ad ſecũdũ, ſ. ad cõfeſſionẽ in vltima volũtate factã. Gl. hic
in fine tractat qd operetur illa cõfeſſio, reſpectu hęredis, vtrũ
ĩducat legatũ, vel fideicõmiſſum. Idẽ tractat in l. j. & ij. de fal.
cau. adiec. leg. hoc omitto. ¶ De duobus tamen quęro. Primò
an inducat probationem, etiam contra ipſum teſtatorem. Se-
cundò an poſſit reuocari per teſtatorem. Ad primum quic-

a ¶ Teſtificatꝰ. Adde qd ĩ pte cõfitẽte ſe habuiſſe ſñiam falſam, & qd ĩ iudice, et arbitro? vide no. ĩ auť. ſed iã neceſſe. de do. añ nup. Et đ hoc dicto Bar. vide q̃ notãt gl. & doc. ĩ c. cũ cãm. de teſt. & oĩno qcqd no. bar. ĩ l. qcqd aſtrĩgẽdæ. ff. de ver. obli. circa fi. & ĩ l. iter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. ĩ fi. đ verbo. obl. & latè Bar. ĩ l. eos. §. fi. de fal. et ĩ l. ſi qs ĩ graui. ĩ prĩci. ff. ad Syllania. & Bal. hic in vlti. col.

*P. PAV. P.*

b ¶ Fictitiũ. In cõtrariũ ĩ hoc ꝙ ẽt ſi cõtractꝰ ſit ĩ ſcriptis celebratꝰ, poſſit ꝓbari ſimłatio p teſtes, vide Com. cõſ. clv. in iij. vol. in prin.

*P. PAV. P.*

c ¶ Inſtrã. Cõtra hoc vr̃ velle Com. cõſil. clx. ĩci. Ioannes & Gerardꝰ ĩ prin. Itẽ gñaľr iſtud intelligať qđ dicit Bar. ꝙ nõ dr̃ cõtrctꝰ ĩ ſcriptis, niſi hoc agať, vide do. Frãc. cõſil. clx. ĩ iiij. col. Ro. cõſil. clxxiij. ad finẽ, vbi ſinguľr dicit ꝙ cñ ĩ ſcriptis cõtractus ẽ celebratꝰ, nõ crediť iſtr̃o p te regrẽte, niſi ꝓtocollũ exhibeať, vide ẽt Bar. & alios in l. cõtractꝰ. ſ. đ fi. iſtr. & ĩ l. teſtiũ. C. đ teſti.

*P. PAV. P.*

d ¶ Probari. Viđ ang. cõſ. cliij. ĩci. dña Catherina col. v.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

13 quid dicat Pet. dico † ꝙ non inducit probationem, niſi ſit iura-
tum. Tex. eſt in l. cùm quis. §. codicillis. ff. de leg. iij. ſ. de ꝓba.
auť. quod obtinet. Quod probatur: qꝛ ſi induceret probatio-
nem, nunquam induceret fideicōmmiſſum. quod eſt falſum:
vt d. l. Lucius. §. quiſquis. ff. de leg. ij. & l. ſi creditori. ſ. de leg.
j. & l. Aurelius. §. cum. de libe. lega. Et ex hoc ſoluitur ſecūda
14 queſtio: quia † per teſtatorem poteſt reuocari, cùm non indu
cat probationem, nec obligationem. ergo &c. vt l. j. ſ. de ſacro
ſan. eccl. cum ſi. Et hoc tenet Iaco. de Bel. in auť. de iureiurā. à
mo. præſti. in princip. licet Pet. hic dicat contrarium, & malè.
15 ¶ † Vltimò quæro, an in ſtipulatione requiratur cauſa. Gl. tā
git hic & plenius in l. ij. §. circa. de doli excep. & l. hactenus. ff.
de cōſti. pecu. & in qualibet earum dixi. ¶ Inſuper hic tex. fa-
16 cit ad queſtionem: † teſtis aliqua teſtificatus ſit, & poſtea ex-
tra iudicium confeſſus eſt ſe falſum dixiſſe: quòd talis cōfeſ-
a ſio contra primum dictum ſuum nil operetur:[a] vt in fi. huius
legis. De hoc extra de teſti. c. ſicut. &c.

IN contractibus. Exceptio nō nume. pecunię po-
b teſt obijci intra biēnium[b] ab eo, qui confitetur ſi-
bi numeratam pecuniam, exceptis quibuſdam ca-
ſibus hic expreſſis. Ab eo verò, qui confitetur ſibi ſolutū, po-
teſt obijci intra xxx. dies h. d. vſq; ad §. illo.

¶ Additio noua.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ An obligetur literis per ſcripturam quæ ſolam confeſſio
nem continet.
2 Ex obligatione literarum quæ actio oriatur.
3 Exceptio non numeratæ pecuniæ an habeat locum quando
quis confeſſus eſt ſe recepiſſe, & ſcriptura non ſit facta.
4 Fiſcus, qn̄ eius ꝓcurator fuit cōfeſſus recepiſſe, an habeat ex-
ceptionē nō numeratæ pecuniæ vel qn̄ agat cōtra debitorem.
5 Exceptio non numeratæ pecunię datur in mutuo, propter fre
quentiam contractus.
Contractus mutui quòd ſit frequens.
6 Debitor qui quærit pecuniam, de facili fatetur omne inſtru-
mentum quod creditor vult.
7 Exceptio nō nu. pecu. quare ſit ꝙ non habeat locū in mutuo.
8 Exactor pecunię publicæ confitens ſe recepiſſe, quòd nō ha-
beat exceptionem non numeratæ pecuniæ.
9 Confitenti ſibi ſolutum poſt dotalia inſtrumenta, non datur
exceptio non numeratæ pecuniæ.
10 Confeſſio geminata facta per debitorem, ſe habuiſſe centum
mutuo, probat numerationem, & tollit exceptionem nō nu-
meratæ pecuniæ.
11 Debitor an creditor qui replicat de nō numerata pecunia, ſit
qui probare debet.
12 Poſitioni factæ per debitorem creditori quòd non numera-
uit, quòd creditor teneatur reſpondere, ſi non habet iuſtam
cauſam recuſandi.
13 Poſitioni negatiuæ, quando ſit reſpondendum.
14 Proteſtatio ſatis eſt quòd fiat coram iudice, quando non po-
teſt fieri præſenti, & per iudicem ei notificetur.
15 Paria ſunt, quem non eſſe præſentem, vel eſſe, ſed cum diffi-
cultate poſſe adiri.

a ¶ Nil operetur. Ad de quæ conſuluit Bal. cōſi. xxv. v. li.
b ¶ Intra biennium. Sed adde caſum, in quo poſt biēnium excluditur: vt dixi poſt Bar. in l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. j. mandati.
*P. PAV. P.*
b ¶ Intra biennium. An de iure canonico excludatur biēnio, vide Ang. cōſi. cxlix. inci. domina Angela. & quod habes ſ. in prin. huius tituli. in apoſtil la magna.

IN contractibus. Exceptio nō nu. pecuniæ pōt op-
poni intra biennū, vbi quis aſſerit ſibi datum, vel
numeratū, exceptis quibuſdā caſibus. Vbi verò qs
aſſerit ſibi ſolutū, poteſt opponi intra xxx. dies. h. d. vſque ad
§. illo. diuide in tres partes. Primò ponit, quādo hęc exceptio
poteſt opponi intra bienniū. Secūdò, qn̄ nullo modo. Tertiò.
quādo intra xxx. dies. Secūda ibi: ſed qm̄. Tertia ibi: ſemper.
¶ Opp. diciť hic, pecuniæ, vel alię res. & ſic innuit ꝙ hæc exce
ptio locū habeat in alijs cōtractib⁹ quā mutuo. cōtra. ſ. l. ꝓxi.
Sol. expone hic, alię res. ſ. quę pōdere, numero, vel mēſura cō
ſiſtūt: ne cōtradicat l. pręcedēs ſecundū gl. ¶ Opp. ſ. e. l. aduer
ſus. & l. fruſtra. Sol. Intellige, qn̄ cōfeſſio fuit facta ſpe futurę
numeratiōis: aliàs ſec⁹, ſecūdùm gl. ¶ Opp. adhuc de l. ſi non
ſinguli. ſ. ſi cer. pe. l. ſub ſpecie. ſ. de poſtu. Ad l. ſi non ſinguli.
dicas ꝙ ibi fuit facta cōfeſſio ſpe futurę numeratiōis: ſi obij-
ciatur exceptio nō numeratæ pecuniæ debet ꝓbare creditor
iuſtā cām debiti pręceſſiſſe: & ſic apparet nō ſpe futurę nume
rationis cōtractū eſſe: vt l. aduerſus. ſ. eo. in fi. & ibi not. ſcd̄m
primā lecturā. Sed ſi bienniū eſſet elapſum: iſtā iuſtā cauſam
præceſſiſſe: creditor nō haberet neceſſe ꝓbare. Ita loquiť l. ſi
ſub ſpecie. ſ. de poſtulādo. ¶ Venio ad ſecūdā gl. diciť hic da-
tæ eſſe cōſcribūtur. cōtra ergo inſtrumētū probat numeratio
nē: & ſic creditor nō habet neceſſe ꝓbare. Sol. Dicit gl. intel-
lige hoc ſcriptum in inſtrō priuato: ſecus ſi in inſtrumēto pu-
blico. quod not. idē no. ſ. e. l. iij. & ibi dixi rationē. & in l. ſi ex
pretio. ſ. ſi cer. pe. l. j. de dote cau. ¶ Item opp. obligatio nō cō
trahiť per verba præteriti tēporis: vt l. v. §. ſtipu. ff. de verbo.
obli. ſed hic dixit, numeratæ, vel datæ eſſe cōſcribunť. ¶ Sol.
ſubaudit gloſſ., & ſic me ſoluturū promitto. vide gl. & not.
¶ Alij dicūt, ꝙ hic cōtrahitur per verba præſentis temporis.
1 Doc. tenēt cōmuniter opi. Ioā. ex qua nota † ꝙ per ſcripturā,
quæ ſolā cōfeſſionē cōtinet, quis nō obligatur, literis, ſed ſo-
lùm inducitur probatio: vt l. Publia. in fi. ff. depoſiti. Sed ſi cō
tinet promiſſionē de dādo, vel faciendo, licet per pactum nu-
dum: tamē ſcriptura tūc diciť obligare: & veſtit illud pactū,
ſicut veſtitur ſolēnitate verborū per ſtipulationē. Ita loquiť
Inſti. de litera. obliga. ſed ipſa forma vnà cum cōſenſu, qui in
literis cōtineť: vt l. nō figura. ff. de act. & obli. ¶ Quęro, diciť
hic, elapſo biēnio nullo modo audiť. quid ſi reus vult aſſume-
re in ſe onus probādi? In hoc ſunt opiniones hic, & in l. iij. ſ.
eo. & ibi dixi. & caſus eſt j. eo. l. aſſeueratio. ¶ Quæro quid ſi
renūciauit huic exceptioni. dic vt in d. l. ſi ex cautione. ¶ Quę
2 ro, † quæ actio oritur ex iſta obligatiōe literarū. Quidā dicūt,
cōdictio ex hac lege. & Inſti. de lite. obli. Tu dic, quādo certū
venit in obligatiōe, oriť certi cōdictio ex literarū obligatio-
ne: & ſic certi cōdictio ex ſtipulatione: aliàs erat quędā actio,
quæ vocabatur actio ex literarū obligatiōe: ſicut dicimus de
actione ex ſtipulatu. & hāc doctrinā dedi anno perfectiſſimè
3 in l. j. ff. de cōdi. ex lege. ¶ † Quæro, quid ſi aliàs confeſſus eſt
coram teſtibus ſe recepiſſe, nec inde facta eſt ſcriptura, vtrum
habeat locum hæc exceptio ſic limitata biēnio? videtur quòd
non: quia loquitur ſolùm hic, vbi interuenit ſcriptura: ibi cō
ſcribūtur &c. Et iſtud tenet gloſ. ſ. ſi cert. peta. l. ſi non ſingu-
li. Idem tenuit Guliel. in l. qui pecuniā. ff. ſi certum petatur.
Contrarium tenet glo. ſ. de teſti. authen. rogati.

¶ Additio noua.

Sed quoniam. Oppo. ꝙ poſſit opponi exceptio
non numeratæ dotis: vt j. ea. l. in
fina. de dote cau. non nu. l. fi. Sol. Dicit gloſſ. hic ſunt duæ cō-
feſſiones: ibi vna tātùm, & hoc ſatis placet. poſtea declarabo.
¶ Quærit gloſ. vtrum ſint alij caſus, in quibus ceſſet hæc ex-
4 ceptio. Glo. ponit duos. vide eā. ¶ Gl. quęrit † quid ſi procura
tor fiſci cōfitetur ſibi pecuniā numeratā, & ipſe nō eſt ſoluen
do. Glo. arguit pro & cōtra. Doc. iſtam cōtrarietatem determi
nāt ſic: Aut procurator fiſci fuit cōfeſſus cū ſolēnitate debita:
& tūc nō poteſt fiſcus agere contra debitorē: & ita loquūtur
iura allegata pro alia parte. ¶ Quęrit gl. quæ eſt ratio differē
tiæ inter iſtos caſus, & illos, qui ponuntur in principio legis.
Dicit glo. principiū legis loquitur de eo, qui cōfitetur ſibi da
tum, vel numeratū ex cauſa mutui: hic de eo qui cōfitetur ex
5 alijs cauſis. ¶ † Sed quæro, quare hoc in mutuo. Dicit gloſſ. ex
frequētia cōtractus. arg. ad hoc j. de vſu. l. j. Doct. dicūt aliter,
6 & meli⁹. In mutuo, debitor † qui quærit pecuniā, de facili fa-
teť omne inſtrumentū quod creditor vult: ideo fuit ei magis
prouidendū. quæ ratio ceſſat in alijs cōtractibus. Simile vide-
tis in mādatario. Simile notať ſuprà ſi aduerſus credi. l. j. quæ
ratio eſt multùm attendēda ad ea, quę infrà dicam. ¶ Quęro,
quid in alijs caſibus à prædictis quinq;. Breuiter idē quod in
mutuo, quantum ad hoc ꝙ exceptio poſſit obijci tātùm intra
pauciora tempora: quia intra xxx. dies, vt j. proxi. §. nō habe-
mus alia in glo. ¶ Extra glo. examinemus particulariter iſtos
7 tres caſus hic poſitos. Primò, quę † eſt ratio in depoſito. Dicūt
quidam, quia depoſitarius non ſuſtinet niſi incommodū ex
re depoſita. Vnde non eſt veriſimile, ꝙ confiteatur ſibi depo-
ſitū, niſi reciperet. Iſta ratio multùm placet. & hic iſta lex nō
loquitur niſi in depoſitario, qui ſcripſit ſe recepiſſe: nec habet
locum in deponente, quando ſcriberet ſibi reditum. licet glo.
hic aliter dicat. Dicit enim quòd hæc lex non diſtinguit, ergo
nec nos, Sed certè imò diſtinguit. Dicit enim in inſtrumento
depoſitionis, &c. Item ratione prædicta concluditur, ꝙ hoc,
quod hic dicitur, non habet locum, niſi quādo deponitur ſpe-
cies, vel pecunia ſignata: ſecus ſi pecunia numerata: quia tunc
eſſet eadem ratio quæ in mutuo, ſcilicet auiditas recipiēdi in
debitore: vt l. Lucius. ff. depoſi. & ſemper intellige hoc, quā-
do inſtrumentum depoſiti profertur ita ſolēniter, ꝙ fidem fa-
ciat: quia ſubſcriptum tribus teſtibus: vt j. qui po. in pig. hab.
in auť. ſi quis vult cautè deponere. ¶ Venio ad ſecundum: hic
8 dicitur ꝙ exactor publicus, † qui ſcribit ſe recepiſſe, nō poteſt
opponere exceptionē nō numeratę pecuniæ. Ratio eſt: quia
nulla neceſſitas ſibi imminet, quare hoc facere debeat. non
enim illud ad ſui vtilitatē recipit. & ſic fortè videtur idem in
quolibet adminiſtratore nomine alieno, qui ſcriberet ſibi ſo-
lutum eſſe: vt nō poſſit hāc exceptionē opponere. ¶ Tertius
9 † caſus eſt in eo, qui confitetur ſibi ſolutū poſt dotalia inſtru-
menta

mēta cōfecta. Ratio eſt ſecūdùm gl. quia ſunt duę
cōfeſsiones: quod mihi placet. In prima enim aui
ditas debitoris quęrentis pecuniā, videtur ſicut in
mutuo. &'maior. ideo alia tēpora ſtatuūtur: vt in
auſ. poſita in l. ſi. j. de dote cau. nō num. ſed in ſecū
da cōfeſsione iſta ratio ceſſat. Pręterea niſi ſecūda
cōfeſsio probaret, eſſet quodā modo abire in infi
nitū. eadē ratione nec tertia. & ſic de ſingulis. ¶ Et
10 ideo † idem putarem in quolibet contractu: qa ſi
fuiſſes cōfeſſus ex cauſa mutui te habere à me cen
tum, & poſtea ex interuallo iterū cōfiteris te ha-
bere illa centū: dico φ illa ſecunda confeſsio pro-
bat numerationem illius pecuniæ. Bartol.

¶ Additio noua.

Super cæteris. Summatū eſt cū p̄cedētibus. ¶ † Quæ
11 rit glo. ſi opponatur hęc exceptio intra xxx. dies,
quis probabit. ſunt opiniones. Veritas eſt φ ſicut
quādo creditor agit, ſi cōtra eum opponatur, intra
bienniū ipſe debet probare: vt in l. ſi ex cautione. ſ.
e. Idem quādo cōtra debitorē excipiētē de ſoluto,
creditor replicat de nō nu. pecunia, ipſe debet de-
bitor probare. arg. l. ante pe. ſ. de prob. Circa iſtā l.
dubito, cū regula iuris ſit φ fauorabiliores ſunt
rei quā actores. l. fauorabiliores. de reg. iu. l. Arria
nus. de acti. & obl. qūo eſt φ ſi creditor cōuenitur
actione ex alio cōtractu quā mutui & de aliis reb⁹
quā his quę cōſiſtūt pondere, numero, vł mēſura:
nō poteſt ei obiici exceptio nō nu. pecunię, vt ſ. l.
proxima. & tñ no. gl. huius l. ſi à debitore opponi
tur cautio de ſoluto creditori, pōt cōtra eū obiici
hæc exceptio intra xxx. dies, non habita diſtin-
ctione cōtractuum, vel rerum. Pro modo dubito:
ſed declarabo in l. generaliter. pro nunc cogita.

Illo. Poſt lapſum biennii nō pōt qs creditori deferre iuſiurandū[a] an numerauerit. h. d
12 Vnde † nota hic φ ſi ego faciam tibi hanc poſitio-
nē, φ tu nō numeraſti mihi, φ tu nō tenearis huic
reſpondere. Gl. tua videtur velle cōtra l. ij. ſ. e. Ad
iſtum tex. reſpondeo, φ non cogitur iurare, ſ. ſi ha
bet iuſtam cauſam recuſandi. aliàs ſecus: vt habui
ſtis in l. generaliter. ſ. de reb. credi. [b] Et ita videtur
ſentire gl. hæc, ſuper verbo, offerri. &c.

¶ Additio noua.

Illo Quādo hęc exceptio nō poteſt obiici ſu per numeratione, nō poteſt iuramētū d̄
13 ferri. h. d. Per iſtū tex. dicūt quidā, † φ poſitioni ne
gatiuæ reſpōdēdū nō eſt. Sed falſum eſt: vt l. qui-
dā. in iure. ff. de don. & ita p Dy. expreſſum eſt ho
die extra, de cōfeſ. c. ſtatuimus. lib. vj. De hoc etiā
p gl. ſ. de iura. calū. l. ſi. §. quod obſeruari. ī ſi. ma.
gl. Et ratio huius tex. eſt aliàs vt j. dicit. ſed ex hac
l. videtur diſtingui opinio poſita in l. ſi ex cautio
ne. & hac l. in prin. quę dicit, φ poteſt opponi hęc
exceptio poſt biennium, reo aſſumente in ſe onus
probādi. Nō enim poterat reus probare, cū actor,
ſeu is cōtra quē excipitur, hęc exceptio nō teneaſ
interrogationibus ſuper hoc factis reſpondere: vt
hic dicit gl. Poteſt dici φ hæc lex cōtinet ius no-
uum. Cōmune tamē ſecūdùm quod poteſt omne
iuſiurādū licitè recuſari. l. generaliter. ſ. de iureiu.
§. ſin autē. vide gl. Certè in d. l. generaliter. nihil d̄
iure antiquo mutaſ: vt ea. l. in ſi. & in d. §. ſin autē.
Si rectè intelligatur, dicitur φ iuramētū poteſt re
cuſari ex iuſta cauſa, ſiue nō: ſed de iure antiquo li
citè poterat quis recuſare iuſiurandū, ſi dicebat ſe
probare: & nollebat ſe à probationibus releuari
per iuramētū: vt l. cum qui. in princ. ff. de iureiur.
Sunt enim quidā adeò timidi, φ nō iurarēt pro ma
gno facto: vt l. ſi. circa ſi. ſ. de fide inſtr. ita hic ille,
qui habet cautionē de ſoluto, poſt elapſum tēpus
poſſet dicere, nolo iurare: quia plenè probo. & idē
puto φ eſſet ī omni cautione. hic eſt caſus, & hoc
in ſumma. ille, qui plenè ꝓbat, nō cogitur iurare.
h. d. Sed ſi reus vellet facere poſitiones, per quas
probaret contrarium, licet per mediū cogitur re-
ſpōdere. & ſic dicere, pono φ ſemel mutuaſti mihi
tantum. Itē φ illa vice fuerūt numerata decem, &
nō plura: vt vidiſtis notata. ſ. eo. l. ii. vel ſi ponorē,
φ ſi qua numeratio fuit facta, fuit facta tali tēpore,
& loco, & nō eram præſens, vel nulla numeratio
facta fuit. Simile videtis: nam licet quis tempore
litis conteſt. neget vera eſſe, quę in libello cōtinē-
tur: tamen poſtea particularibus poſitionibus, ex
quibus veritas libelli concluditur, quis tenetur re
ſpondere, vel iurare, ſuper hoc toto numeraſti, vel
non: tamē ſemper poſitionibus, per quas ad pro-
bationem deuenitur, reſpondere tenetur.

In omni enim. Hæc exceptio poteſt opponi quādocunq;, & denunciari ei, contra quem opponitur, ſi
eſt pręſens: ſi eſt abſens, coram iudice: & ſi ipſe eſt
Officialis, coram Epiſcopo, vel alio iudice incom
petenti. h. d. &c.

¶ Additio noua.

In omni verò. Sufficit φ hæc exceptio manifeſteſ omni tēpore ei, cōtra quē opponitur, ſiue præſens,
ſiue abſens: vel in dignitate ſufficit ſi corā alio or-
dinario, vel epiſcopo proponaſ, idem in exceptio
14 ne nō numeratę dotis. h. d. vſq; ad ſi. ¶ † No. φ qñ
perſona, cui debet fieri ꝓteſtatio, non pōt bene
haberi, ſufficit φ fiat coram iudice, & per iudicem [c]
15 notificetur ei. ¶ † Nota φ paria ſunt, quem nō eſſe
pręſentem, vel eſſe, ſed cum difficultate poſſe adi
ri. Super hoc in fine eſt poſita quædam auſ. quæ
quaſi nihil adiicit legi Codicis: ſed eam declarat.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Proteſtatio quando ſuccedit loco actionis, de-
bet in ſcriptis fieri: ſi loco exceptionis, poteſt fieri
ſine ſcriptis.

Hanc autem querelam. Not. † ex hac auſ. argumentum
1 quòd proteſtatio ſit faciēda in ſcriptis.
Vidiſtis in l. ſi. ſ. de neg. geſt.

¶ Additio noua.

Hanc autem querelam. No. † φ hic videtur caſus, φ prote
1 ſtatio debet fieri in ſcriptis. Idem in l.
C. proxi. in §. in omni. idem in l. vt perfectius. C.
de anna. excep. In cōtrariū videſ caſus. ſ. de nego.
geſt. l. ſi. & l. ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſ.
tut. Breuiter quædā eſt ꝓteſtatio, quæ ſuccedit in
in locum actionis: & illa debet fieri in ſcriptis: vt
d. l. vt perfectius. Quædam quæ ſuccedit loco ex-
ceptionis, vel alterius defenſiōis: & tūc regulariter
pōt fieri in ſcriptis & ſine. d. l. ſcire oportet. & in
d. l. ſi. ſ. de neg. geſt. Fallit in exceptiōe nō numera
tæ dotis: vt hac auſ. & §. in omni. hic poſito. Bart.

Si cui. Qui habet obligata bōa debitoris, pōt ex perſona de-
bitoris exceptionem proponere. h. d.
Tene menti hanc legem.

¶ Additio noua.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Fideiuſſor an accedat ciuili actioni.

[c] Si cui. [c] Hæc exceptio ex perſona debitoris, tranſit ad credito
res, ſiue agāt, ſiue cōueniātur hypothe
caria, & ad fideiuſſores: ſentētia lata cō
tra vnū, alteri nō pręiudicat. h. d. ¶ Ex iſto fine di
1 cit gl. notari † quod fideiuſſor accedat ciuili actiōi.
Hoc tangit l. j. ff. de fideiuſſo. & in l. ſi ſtipulat⁹.
prima. eo. tit. Pet. videſ circa hoc dicere multa ver
ba. Dyn. ibi breuiter dicit ſic. Quoddā eſt debitum
ciuile, quod eſt efficax, vt in eo quod debeſ ex ſen
tētia: tūc ſine dubio accedit fideiuſſor. in toto tit.
iudi. ſol. cōiuncta l. Iulia. in prin. ff. de cōdi. indeb.
Quoddā eſt debitum ciuile, cui obſtat exceptio:
& tūc fideiuſſor ei accedere nō pōt. d. l. ſi ſtipula-
tus. §. j. & glo. ibi poſita. quod intellige cū effectu.
Nam eadē exceptiōe tutus eſt fideiuſſor, qua prin
cipalis: vt hic, & in l. tam mandatori. ſ. eo. Sed pię
dicta intelligo in fideiuſſore, qui ſe obligat conſti
tuendo. Cùm enim conſtitutū teneat de æquitate
prætoria, quādo pręcedit debitum ciuile tantùm:
cui obſtat exceptio prætoria, nō patitur eum ali-
quo modo obligari: vt l. iij. §. j. ff. de conſtit. pecu.

---

✱ P. PAV. P.

a ¶ Iuſiurādum. De materia an excluſus à probando ſit etiā excluſus à ponendo vel deferendo iuramentū, vide Feli. in rubri. de proba. & in c. licet cauſam. colū. xij. & in c. ij. col. v. eo. tit. Iaſ. in l. iij. §. j. in iij. col. ff. de iureiur. in repertorio. in verbo, iuramentum. in iij. colū. Item circa iſtam legē in §. ſuper cæteris. quòd intra triginta dies poſsit creditor opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, limita ſingulariter vt per Pau. ī l. tale pactū. in princ. ff. de pact. Item limita vt nō habeat locū ī trāſactione. Bald. p tex. in l. intereſſe. C. de ſolutio.

b ¶ De rebus credi. Vide ſing. quæ ſcripſi circa iſtum tex. in l. hęres abſens. §. j. de iudi.

✱ P. PAV. P.

c ¶ Si cui. Vide circa iſtā legē, q̄ latè pōit Bal. ī l. j. ff. ſol. ma. in pe. col. & p̄ce. & ſeq. poſt Alex. ibi. & an terti⁹ poſſeſſor, q cām nō hēt à marito, poſsit opponere hanc exceptionē, vide bal. nouel. in tracta. dotis. char. liii. ē ī x. pte. Pau. de Caſ. hic q̄d nō. In cōtrariū, vide Bulg. vbi ſ. ꝓ opi. Pau. de Ca. & Bal. nouel. optimè facit q̄d dicit Bal. ī l. iij. C. q̄d met. cau. col. ij. ver. ex p̄dictis cōcludo. φ ſeqſ Paul. de Ca. cōſ. cccxxvj. co. v. ver. ad vnū tñ aduerte. & idē q̄d Bal. ī d. l. tenet etiā Cy. ibi in iij. q. poſt Pet. Sed Salic. ī d. l. iij. quā legit pro l. j. co. ij. aliter dicit, vt per eū. Pau. de Ca. ibi ſequitur Bal. & idem cōcludit Alexan. ibi col. iij.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SVMMARIVM.

1 ☞Iuramentum appoſitum in contractu, poſt renunciationem pecuniȩ, ꝙ tollat illam exceptionē licet iurans ſoluens poſsit poſtea repetere.

INdubitati. [a]Hæc eſt bona lex. In iuramēto intelligitur illa tacita cōditio, [b]quæ intelligiẽ in obligatiōe principali. h. d. tene mēti hūc caſum. Facit ff. de ope. lib. l. ſi libertus. ¶ †Quero, qd ſi in inſtrumēto renūciauit exceptioni nō numeratę pecuniȩ, & poſtea iurauit[c] ſe nō contrauenire: certè tunc videtur ꝙ non poſſit iſtā exceptionē opponere: qa veniret cōtra iuramentū ſuū. Puto tñ, ꝙ ſi ſoluerit, poterit repetere. Sicut dicim⁹ in debitore, qui iurauit ſoluere vſuras: vt extra, de iureiuran. c. debitores.[d] &c.

¶ Additio noua.

SVMMARIVM.

2 ☞Iuramentum appoſitum in cōtractu, quas exceptiones tollat.

3 Exceptio nō numeratæ pecuniæ ꝙ nō tollaẽ, licet confiteaẽ ſe recepiſſe, nō ſpe futuræ numeratiōis.

INdubitati. Cōditio quæ tacitè ineſt, intelligiẽ in iuramēto ſup illo cōtractu interpoſito. h. d. Vides hic ꝙ ex modo præſtationis iuramēti induciẽ differētia. nōne hoc eſt cōtra caſum in auẽ. ſacramēta puberum. ſ. ſi aduer. vēd. & in c. cùm cōtingat. extra de iureiu? Reſpōdeo: Quædā †ſunt exceptiones, ſeu defenſiones, quæ cōpetūt de præſenti, vel de præterito: & iſtæ poſſunt tolli iureiurādo: nō ſimpliciter: ſed ſecūdùm ea quæ plenè tractaui in l. ſi quis pro eo. in prin. ff. de fideiuſ. Quædā ſunt exceptiōes, quæ cōpetunt: qa promiſſa poſt cōtractum nō ſeruantur: & iſtæ iureiurando nō tolluntur: quia in iuramēto ineſt illa cōditio, ſi promiſſa ſeruantur, ſicut in principali obligatione: vt hic. Idē ſi aliqs caſus obueniret, ex quo de nouo pararetur exceptio: vt l. fi. qui ſatiſda. cog. & ad mu. l. fi. in princi. ¶ †Sed quęro, quid ſi in inſtrumēto continetur, ꝙ Titius fuit cōfeſſus non ſpe futuræ numerationis? Certè ſi iuramentū non interueniſſet, non tollereẽ hæc exceptio: vt dixi in l. ſi ex cautione. ſ. eo. ſed ſi interuenit iuramentum, dubito. Bart.

## De compenſationibus[e]. Rubrica.

¶ Additio noua.

¶ Continua vt in glo. Dictum eſt ſ. de quibuſdam exceptionibus: hic annectit Rubricam de compenſationibus.

LEX I.

ET ſenatus. [f]In cauſis fiſcalibus poteſt obijci compenſatio, quando debitum, & creditum ex eadem ſtatione procedit. hoc dicit.

¶ Additio noua.

ET ſenatus. Debitū ab vna ſtatiōe fiſcali, cū debito alterius nō compenſatur. h. d. ¶ Opp. j. de ſol. l. ij. Sol. Ibi in confeſſione, quæ fit per ſucceſsionem: hic in compenſatione. ¶ Secūdò opp. de admi. tut. l. inter tutores. Sol. Propter magnitudinē patrimonij, vel ex alia cauſa, habet diuerſas ſtatiōes, & diuerſa officia: tamen admittitur compenſatio. hic in fiſco eſt ſpeciale. Tene menti iſtam ſolutionem.

¶ Additio noua.

SVMMARIVM.

1 ☞Compēſationis exceptio poteſt opponi poſt ſententiam.

2 Quod debitum poſsit in cōpenſationem deduci.

3 Compenſatio eſt vnius debiti, ad aliud creditum facta contributio.

LEX II.

EX cauſa. De eo qđ eſt ſolutū, ſicut nō pōt repeti: ita nec cōpēſari. Itē in executiōe pōt obijci compenſatio. h. d. ¶ No. ex

1 iſto fine ꝙ †exceptio cōpēſationis, eſt de his, quæ poſſunt opponi poſt ſnīam. ¶ Ad principiū noſtrę legis opp. ff. eo. l. etiā. vbi diciẽ ꝙ debitū naturale, quod non poteſt peti, pōt in compenſationē

2 deduci. Sol. Quoddā eſt †debitū naturale, ꝓ quo actio nō cōpetit, nec vnquā cōpetijt: & ꝑ cōſequēs cōtra eum nulla datur exceptio, & illud poteſt in compēſationem deduci: vt lege cōtraria. Quoddā eſt debitū naturaliter: tamen habet aliquam repugnantiā iuris ciuilis, vt in caſu noſtrę legis, vbi ſententia, quæ eſt de iure ciuili declarat iſtud ſolutū eſſe debitū, licet verò nō fuerit: & ſic ille, qui accepit, tenetur naturaliter reddere: & tunc cōpēſatio obijci nō poteſt, vt hic. Idem ſi verus debitor fuiſſet abſolutus per ſententiā. Natura enim debitor manet: tamē ei cōtradicit ſentētia, quę eſt de iure ciuili: & tunc etiā de tali non poteſt obijci compēſatio: vt l. quęcunqꝫ. ff. e. & ibi no. per gl. ¶ Sed cōtra iſtud vltimum videtur caſus ff. rem rat. hab. l. procurator ad exhibendum. §. j. Gl. in d. l. quęcū- d que. dicit ꝙ hincinde petitur, vt compenſetur, ex eodem fonte eſt. quę ſolutio vera eſt, ſi bene intel

3 ligaẽ. Nam † compēſatio eſt vnius debiti ad aliud creditum, facta contributio. Sed in d. l. procurator §. j. iſtud quod petitur illud idem compenſatur: & ſic non eſt compenſatio propriè loquēdo: ſed magis eſt doli exceptio. Bart.

¶ Additio noua.

LEX III.

INea. Contra Rempublicam poteſt opponi compenſatio, niſi in caſibus, hic exp̄ſsis. h. d. ¶ Quęro, de qua republica loquitur hic. Quidam dicūt de Republica Romanorū. Veritas eſt, quòd idem in qualibet alia ciuitate. Ita videẽ ſentire glo. hic, & in fine legis. Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞Compēſatio quòd fiat ipſo iure ad impedien-

a ¶ Indubitati. Vide Bal. in l. j. §. j. de ſac. ſan. ecc. alle. hāc legē ad pulchrā q.

6 extraor. cri. l. j. in prin. ¶ Vltimò† tene menti vnũ quòd pro
mercibus in naui miſsis tenet̃ ſoluere vectigal vel pedagiũ do
minus merciũ: ꝓ naui dñs nauis. Idẽ in mulione, quia ipſe ſol
uit pro mulo: vt in l. cùm in plures. §. vehiculum. ff. loca.

## *Depoſiti.* *Rubrica.*

LEX I.

SI incurſu. Depoſitarius tenet̃ de dolo & lata culpa, non de caſu. h. d. Tene mẽti quod dicit de caſu & lata culpa: quod in multis locis nõ reperies: quia neſcio alibi quã hic: quia l. quod Nerua. ff. eo. dicit de culpa latiori, & l. contractus. de re iudi. dicit de dolo dum taxat. Exponit glo. j. de dolo & lata culpa. Hic non ſunt alia.

¶ Additio.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Inter leuiſsimã culpã & caſum fortuitũ nõ datur mediũ.
2 An quis poſsit promittere ſe non opponere de caſu fortuito.
3 Caſus fortuitus qualiter probetur.
4 Dolus quibus caſibus inducat condemnationem.
5 Lata culpa in quibus æquiparetur dolo.

SI incurſu. Depoſitarius vel ei⁹ hęres tenetur de dolo & lata culpa tãtùm, nõ de caſu fortuito: & põt conueniri depoſiti & rei vendicatio. h. d. ¶ In ſecũdo caſu ſolue vt in
gl. j. diſtinguẽdo de latrocinio à furto. Ratio prędictorũ: quia
vbi nulla culpa adeſt, etiã leuiſsima, ſtatim ꝙ dicit̃ caſus fortui
1 tus. Iſtud† eſt qđ gl. voluit dicere ꝙ inter leuiſsimã culpã &
caſum fortuitũ nil eſt mediũ: vt no. in l. iij. §. ex hoc edicto. ff.
nau. caupo. ſta. ¶ Item opp. de l. ſi in Aſia. §. fi. ff. eo. Solue vt
in gl. & dic qñ culpa præcedit caſum: vt in l. fi. ĩ prin. §. j. ff. ad
l. Rho. de ia. ¶ Item opp. de l. j. §. ſæpe. ff. eo. Sol. Gl. ſumit hic
vnam regulã, ꝙ regulariter depoſitarius nõ tenet̃ de caſu. fal-
2 lit in caſibus hic in glo. no. ¶ Opp. ille, † qui promittit ſe non
opponere exceptionẽ caſus fortuiti, videt̃ promittere rẽ im-
poſsibilem, cùm aduerſus caſum fortuitũ nõ poſsit quis pro-
uidere: & ſic impoſsibilitas vitiatur: vt Inſti. de inuti. ſtip. §. j.
& ff. de ver. obl. l. impoſsibilis. Sol. Verum eſt ꝙ impoſsibili-
tas vitiat, vt in cõtrarijs: tñ in caſu noſtro nõ eſt impoſsibilitas
neceſſariò cõtingens: quia caſum fortuitũ euenire nõ eſt neceſ
ſarium: ſed cõtingẽs ratione huius pactũ valet. Ita loquit̃ hęc
lex. ¶ Sed opp. de l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ff. ſi quis cau. Sol.
Non põt ſuſcipi generaliter, vt in cõtrario: ſed ſpecialiter ſic,
vt hic. ¶ Sed cõtra prædicta opp. tantũ operari debet ꝓhibi-
tio aliàs prouiſio generalis quo ad genus, quãtũ ſpecialis quo
ad ſpeciẽ: vt ff. de admi. tut. l. ſi duo. Sol. Fateor contrariũ, niſi
eſſet veriſimile promittentẽ de hoc nõ ſenſiſſe: quod non põt
intelligi de caſu fortuito. & hęc eſt rõ illius §. quęſitũ. ¶ Quę
3 ro† qualiter probet̃ caſus fortuitus? Gul. de Cug. videt̃ dicere
ꝙ ſufficit ſacramentum. Allegat l. ſcire oportet. §. ſufficit. ibi,
cuius fidẽ &c. ff. de exc. tut. Iac. de Are. ibidẽ tenet cõtrarium
& dicit quòd debet plenè ꝓbari per legitimas probatiões: vt
in l. in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in l.in exceptionibus.§.j.ff.de prob.Quid dicemus? Breuiter
puto verã opi. Ia.& cõtra Gul.videtur text.in l.quoties.j. de
naufr.lib.xj.Vel poſſum concordare vtrãque:quod aut caſus
fortuitus cõtingit in loco,vbi nullus erat teſtis: & tunc ſuffi-
cit ſacramentũ,vt dicit Gul.& idem inſpecta cõditione per-
ſonę,arg.præalle.l.quoties.Secus ſi caſus fortuitus continge
ret in loco, vbi eſſent multi teſtes : quia tunc debet legitimè
4 probari,vt dicit Iac.de Arc.¶ Quęro in quibus† ęquiparatur
lata culpa dolo?Quidam eſt dolus probatus:& hic cõdemna-
tionem inducit: vt in l.dolũ.de dolo.Quidam eſt dolus præ-
ſumptus,vt regulariter in quolibet crimine:& iſte etiã indu-
cit condemnationem,niſi probetur contrarium:vt l.j.j.ad le.
Corn.de ſica.& l.ſi quis fumo.ff.ad l.Aquil.Quidam eſt do-
lus ſuſpectus:& iſte rationabiliter non inducit condemnatio
nẽ:vt in l.abſentem.ff.de pœ.Fallit in l.quãuis.& auť.ibi po-
5 ſita.j.ad l.Iul.de adul.¶ Si quęris,†in quibus ęquiparetť dolo:
dic ꝙ dolo pręſumpto vel ꝓbato æquiparatur: quia vbicũq;
lex diſponit venire dolum, per conſequens latam culpam:vt
hic,& in l.quod Nerua.ff.depoſi.Item æquiparatť in effectu:
quia ſicut ratione doli oritur obligatio, & ſequitur cõdemna
tio:ita ratione culpæ.Fallit in criminib⁹ no.in l.in actionib⁹
ff.de in lit.iur.Item æquiparatur dolo ſuſpecto: qa ſicut diſ-
ſoluta negligentia eſt cauſa latæ culpæ:ita doli,de quo habetť
ſuſpicio.l.ſi fideiuſſor.in prin.ff.mandati.

LEX II.

VSuræ. Iſta actio eſt bonę fidei,ideo vſurę in ea veniunt.h.d.in ſumma &c.

¶ Additio.

VSuræ. In actione depoſiti veniũt vſuræ ex mora.h.d.¶ Op.& videtur ꝙ veniãt etiam partus & fructus:vt l.j.§.hanc actionem.ff.eo.Solue vt in gl.¶ Opp.de l.ſi ſacculum.ff.eo.& l.Lucius.Sol.Vſuræ in depoſito poſſunt venire pluribus modis.Quandoq; ex mora,vt hic.Quandoq; quia ipſe idem depoſitarius vſuras perceperat:quandoque in vſus ſuos conuerterat pecuniam.& de his caſibus loquitur lex cõtraria.

a SI depoſita. [a]Quod venit in officio iudicis mercenario,non poteſt peti lite ſuper principali finita.h.d.¶ Nota tex.ibi: nõ eñ. ibi:duæ enim ſunt actiones,&c.

¶ Additio.

SI depoſita. Conuertens pecuniam depoſitam in vſus ſuos, tenetť ad vſuras,& poteſt cõueniri actione furti.¶ Opp.de l.dic ſponſaliorum.§.j.ff.e.Solue vt in gl.& no.ex ea ꝙ vbi alia cõiectura nõ apparet,videtur mutuata pecunia. Pet.& Cy.in l.incendium.š.ſi cert.pet.dicunt ꝙ in dubio pręſumitur depoſitum:quia in depoſito nõ transfertur dominiũ: ſed in mutuo ſic:& in dubio quis non videtur dominiũ transferre,arg.l.cũm de indebito.ff.de proba.poſt princi.

¶ Additio.

SVMMARIVM.

1 Vſuræ an poſsint peti poſt ſententiam.
2 Officium iudicis quotuplex ſit.
3 Libellus in officio iudicis quando offeratur.& nu.5.& ꝙ iudici concludatur.nu.4.& nu.8.
6 Iudex poteſt ſine libello in vſuris condemnare.
7 Quomodo quis poſsit compelli vt mihi indicet furem.
9 In his,quæ veniunt officio iudicis,non contrahitur mora ꝑ interpellationem factam parti.
10 Officium iudicis non præſupponit obligationem.
11 Officium iudicis imploratur à non valente agere.

SI depoſita. Finita lite ſuper ſorte, non
poſſunt peti vſuræ,quæ ve-
niunt ex mora per officium iudicis.h.d.¶ Opp.de
l.j.š.de iudi.& in l.centum Capuæ.de eo quod cer.
lo.Sol.Quandoq; vſuræ debentur per ſtipulationem:& tunc
loquuntur contraria.Quandoq; per officium iudicis:& tunc
hic:quia ſublato principali tollitur iudicis officium:vt j.vide
1 bitis.¶ †Oppo.ſicut ante ſententiam veniebant vſuræ,ita &
poſt videtur ꝙ poſsint peti:quia ſententia cõtra eum lata nõ
debet ei ꝓficere.Sed in iſto caſu ꝓficeret.Vnde opp.de l.cui
dẽter.ff.de excep.rei iud.Dicũt quidã ꝙ inquãtum reus eſt cõ
demnatus,cõdemnatio nõ debet ei ꝓdeſſe,vt in cõtrario.ſed
nõ proficit ſibi cõdẽnatio,ſed ꝓbatur hic ꝙ videtur abſolut⁹
in vſuris:quia nõ fuit in eis cõdẽnatus.Iſtud eſt cõtra l.qđ in
dič.§.j.ff.de cõpẽ.& l.ſi autẽ.§.fi.ff.de neg.geſt.qa nõ eſt ve-
rũ,ſi iudex de certa re cõdẽnauit:de alia nihil dicit ꝙ videatur
re⁹ abſolut⁹.Vide de hoc š.ſi aduer.rẽ iu.l.j.Vnde gl.dat aliã
ſolutionem ꝙ hoc non proficit reo cõdemnato,ſed abſoluto:
quaſi velit dicere,ꝙ de iſto caſu ſint ſolutæ vſuræ.hoc eſt cõ-
tra tex.vñ dic tertiò:& hæc vera:ꝙ cõdẽnatio nõ ꝓficit reo:
ſed per quãdã conſequentiã videtur habere profectũ:quia la-
ta ſentẽtia ſuper ſorte extinguitť iudicis officiũ mercenariũ:ꝑ
quod petebãtur vſurę.& ideo eo ſublato,nõ poſſunt amodò
ꝑeti.¶ Sed cõtra hãc ſolutionẽ opp.& videtur ꝙ officium iu-
dicis poſsit hic implorari,vt per ſe ſtet:vt l.j.§.in honorarijs.
2 & per totũ.ff.de var.cogni.Timore huius gl.diſtinguit† tri-
plex officiũ.dic vt in ea.& no.ſimilẽ gl.habetis inſti.de act.§.
præterea.¶ Vel clarius,quã gl.dic ꝙ eſt quoddã officiũ quod
principaliter reſidet in perſona iudicis.& de hoc loquitť l.con
gruit.ff.de offic.præſi.quoddã eſt quod reſidet in perſona par
tis:& hoc principaliter eſt duplex.Nam quoddam eſt nobile,
quod per ſe ſtat:quoddã eſt mercenariũ,quod deſeruit alij,vt
3 actioni.Primum† ſtat per ſe.& dicitur nobile quoniã cõpetit
loco deficientis actionis.& habet vim actiõis,vt puta officiũ
iudicis,per quod petitur reſtitutio in integrũ:vel ꝑ quod pe-
tuntur ſalaria aduocatorũ:& in hoc proceditur ſicut in actio-
ne:& offertť libellus.& ita poſſet intelligi gl.in l.de ſubmer-
ſis.C.de naufra.lib.xj.& not.ff.de interrog.actio.in rubri.&
conteſtatur lis in eo:vt in c.j.& quod ibi not.ff.de offi.iud.&
4 †concluditur iudici in libello non aũt parti,niſi per quãdam
conſequentiã.Quoddam eſt officiũ,quod datur loco deficien
tis actionis,tamẽ nõ habet vicem actionis,vt officiũ per quod
petitur decerni bonorum poſſeſsio:vt in l.j.§.decretalis.ff.de
ſucceſ.edic.& in l.j.ff.de iuriſ.om.iudi.& in hoc nõ offertť li-
bellus,vt in l.j.§.dies.ff.quis ordo in bon.poſ.ſeruetť.Quod-
dam eſt officium quod non datur loco deficiẽtis actionis:ſed
loco cõpetentis actionis.& de iſto l.j.§.per hanc.ff.de rei vẽ.
Quoddam eſt officiũ,quod datur loco exceptionis.& de iſto
loquitur l.planè.ff.de peti.hære.¶ Et aduerte,quia ſi vocat⁹
peteret expenſas per modum exceptionis ſuccumberet:quia
debet implorare officiũ iudicis:vt ibi patet in tex.Quoddam
eſt officium competẽs loco actionis:& de hoc loquitur l.j.§. a
pe.de offi.præſe.vrb.& l.ea quidem.j.de accu.& prædicta de
officio iudicis notabili.Quoddam eſt officium iudicis merce-
narium,& illud eſt quandoq; litis ordinatorium ad aſsignan-
dum dilationes & ſimilia.& de hoc loquitur authen.generali
ter.š.de epiſ.& cle.Idem in officio per quod fiunt interroga-
tiones in iudicio.& in hoc non eſt neceſſarius libell⁹:vt no.in
rub.ff.de interro.actio.Quoddam eſt litis deciſorium,vt hic.
Quoddam eſt cõmune,quod habet ſe indifferẽter circa quãli
bet actionem:vt puta in cognoſcendo de cauſa & de inſtru-
mentis emptionis & vbi repetit partem condemnandam cõ-
demnat:ſi abſoluendã abſoluat:vt in l.qui accuſare.š.de edẽ.
quoddam eſt officium non commune,ſed conſiſtens circa cer
tas actiones:& iſtud quandoq; venit ex natura actionis:quã
doq; vltra naturam:vt in arbitrarijs,quæ ſunt ſtricti iuris.&
5 de hoc dic vt in d.§.præterea.per gl.& Dy.¶ Sed † quęro,nũ
quid in officio,de quo loquitur lex noſtra,ſit neceſſarius li-
bellus?Cy.no.hic.Sed in l.j.š.de iuriſ.om.iud.dicit quòd aut
loquimur de vſuris quæ currunt ante lit.conteſt.& tũc debet
porrigi libellus:ſecus in currentibus poſt lit.cõte.vt in l.ædi-
les.§.item ſciendũ.ff.de ædil.edi.alleg.gl.in l.ſi quis miſſum.
§.fi.ff.de dam.infe.¶ Sed fortè poſſet dici contrarium,proba
tur ex his,quæ no.in d.§.pręterea.& in l.cũm in vna.ff.de ap
pel.& ibi no.quòd non feruntur duæ ſententiæ,ſed vna tan-
6 tum.Ex his concludo,†quòd iudex ſine porrectione libelli,
poſsit facere cõdemnationem in vſuris.Ita ſi diuerſi libelli re
quirantur:diuerſę ſententiæ ferrẽtur:quia de qua re.&c.l.de
qua re.ff.de iudi.ꝙ tamen eſt falſum,vt no.in vtraq; earũ.Et
aduerte ad vnũ:quia per differẽtiam,quam feci inter officium
7 reſidens in perſona iudicis & partis:concordatur gl.†quę di-
cit:quòd neq; iure actionis neq; officio iudicis poſſum com-
pellere,quem vt indicet mihi furem.Poſtea ſequitur in eadẽ,
quod poteſt compelli officio iudicis:vt ff.de cõdi.ob tur.cau.
l.iiij.§.fi.quia officio iudicis reſidentis in perſona partis nõ po
teſt quis compelli ad iudicandũ furem.ſed de reſidente in per
ſona iudicis.Ita debet intelligi gl.hic.¶ Similibus verbis vtitť
glo.in authen.de teſtibus.§.quia verò.colla.vij.¶ Item ſcias,
8 quòd per ea,quæ ſupra dixi:quia† in officio iudicis non con-
cluditur in libello parti ſed iudici,reſultat vnum verbum,ſ.in
9 his,† quę veniunt officio iudicis,non contrahitur mora ꝑ in-
terpellationem factam parti:vt l.cũm poſtulaſſem.ff.de dam.
infec.& licet actio pręſupponat obligationem pręcederet:vt
10 in l.licet.§.ea.ff.de procu.tamen † officium iudicis non:vt in
l.qui per colluſionem.§.j.ff.de actio.emp.& l.quintus.de an
11 nu.leg.& valet:†quod licet non poſsit quis agere in iudicio,
poteſt tamen implorare iudicis officium:vt not.per Cy.in d.
l.quintus.Barto.

a ¶ Si depoſita. Vide Bald.in l.j.š.de iud.per moder.in l.cũ in vna.de app.& quæ no.in l.fi.§.fi.de condi.ind.Et hanc legẽ limita in caſu ſingulari in l.ij.§.idẽ Iulian⁹.ff.de eo quod cer.lo.& dic tamen vt ibi dixi poſt Barto.Et adde quod dicitur hic ꝙ vſura venit officio iudicis, & non ex contractu, ideo nõ poteſt peti.Illud autẽ in fructibus contractus bonæ fidei nõ erit, quia cõpetit.Alia gl.eſt no.in l.actionum.in gl.mag.Inſtitu.de act.vide Imo.in c.grauis.de reſtitu.ſpol.Limita etiam iſtam legẽ vt per Barto.in l.ſi domus.§.de euict.ff.de lega.j.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ✠ P. P A V. P. ¶Cũm hæreditas. Dum glo. dicit hic ꝙ non datur medium, vide Bar. in l. j. §. ſi pater. el j. ff. ad Sylla. vbi dicit hoc procedere de iure ciuili. Secus de iure canonico: vide latiſsimè Bar. in l. ſi. col. vlti. ff. de condic. indebi.

b ✠ P. P A V. P. ¶Si quis. Dum dicitur hic ꝙ nõ poteſt obijci compenſatio cõtra depoſitũ, limita primò nõ procedere, a qñ depoſitũ deſcenderet à cã mutui, vł alia, quę eſſet cõuerſa ĩ cauſam depoſiti. Item in ſecũdo, qñ conſtat de actuali numeratione, ſed de ſola confeſsione, vide Bar. cõſil. cclxxxiiij. in j. vol. in vlti. co. Et ad primã limitationem vide j. ad Bar.

✠ P. P A V. P.

c ¶Proteſtationem. Circa illud qđ dicitur hic, & in auť. hic poſita de ſequeſtratione rei depoſitæ an procedat, ſi fiat iudicis authoritate ſequeſtrũ, vide Iaſ. ĩ l. ſi fideiuſſor. 1 §. fin. col. iij. qui ſatiſda. cogan. 2

✠ P. P A V. P.

d ¶Cognitionẽ. Vi- 3 de Alex. conſi. xlij. in j. col. in iiij. volu. 4 qui dicit cõtra illud quod dicit Bart. in 5 ſequenti dicto. Ad qđ vide etiã Aret. b in l. cũm res. §. j. in iij. notab. de lega. j. vbi arguit in cõtrarium. Vide quæ dicit Fel. in c. ſanè. ad 1 finẽ. de offi. deleg. Vide Anch. conſi. d ccclij. in prin. 2

e ¶Nam verbũ illi- e co. De hoc verbo illico, vide in l. j. §. cũm adijciť. de ver 3 bo. oblig. & ibi qd de dictione mox, f vide Bart. in l. fructus. & ibi Alex. ff. ſol. ma. Et qñq; importat decẽ dies. l. Labeo. & ibi gl. & Bald. quomodo & quãdo iud. j. & adde tex. & glo. extra, de elect. quia propter.

Cum hæreditas. [a] Not. hic prĩcipaliter ꝙ hæreditas ſuſtinet perſonã defuncti. ¶ Item nota quod dicit commendatas, quòd idem eſt commendare, quod deponere. quod tene menti.

¶ Additio.

Propter. Obſeruata forma ſequeſtrationis, poteſt agere cõtra ſequeſtrũ ad rem depoſitã. h. d. primò. Itẽ ſequeſtrator debet ſeruare legẽ in ſequeſtratione dictã. h. d. cum ſequenti. ¶Quærit gl. qua actione cõueniatur? Dic vt in ea. Tu dic, & melius, ꝙ aut depoſitio fit à pluribꝰ, rei, de qua fit cõtrouerſia: & tũc cõpetit depoſiti actio ſequeſtraria: vt l. ſi ĩ alia. §. cũ ſequeſtro. ff. cõmo. Aut fit ab vno cũ certo pacto: & tunc cõpetit actio præſcriptis verbis. Iſtam diſtinctionẽ facit tex. in l. apud. §. j. ff. de præſcrip. verb.

¶ Additio.

Vi depoſitũ. Actio depoſiti directa infamat. h. d. in ſumma tota iſta lex.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Actio depoſiti quòd requirat ſummariam cognitionem quo ad ordinem iudicij.
2 Dictio illico, quã celerrimè, & quàm citius, quid operentur.
3 Inſtrumentum depoſiti quòd habeat executionẽ paratam de iure communi, ſicut res iudicata.
4 Exceptio dominij ꝙ non habeat locum in actione depoſiti.
5 Quis poteſt per iuramentum probare de denunciatione vel proteſtatione ſibi facta.

Si quis. [b] Depoſitarius ſine dilatione compellendus eſt ad reſtitutionẽ: nec poteſt obijcere compenſationem, vel dicere ſibi in contrarium factam proteſtationem. [c] h. d. hæc ſingularis lex. Et per iſtam legẽ videtur dicendum† ꝙ actio depoſiti ſit de his, quæ requirunt ſummariam cognitionem [d], ſummariam dico ꝙ ab ordine iudiciorum, non à probatione. †nam verbum illico [e], & verbum quàm celerrimè, & verbũ quã citius, quæ in hac lege ponuntur hoc inducunt: vt habuiſtis no. in ſimili j. vnde vi. l. momentaneæ. ¶ Dico etiam† per hãc legem quòd de iure communi inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam [f] ſicut res iudicata. dicit enim tex. illico reddere omnibus modis compellatur. non ergo compelletur illico, ſi deberet præcedere condemnatio antequam perueniretur ad compulſionem: vt no. in ſimili, in authẽ. de inceſt. nupt. §. j. colla. ij. quod apparet ex eo quod exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, non poſſunt opponi hic: ſed in ordinario iudicio reſeruantur: hoc enim innuit tex. ibi: quã celerrimè reſtituantur. & ibi: quam ci-
4 tius: vt dixi. ¶ †Nota tertiò quòd contra agentẽ depoſiti non poteſt obijci exceptio dominij: vt patet in textu ibi: vel in rem &c. ¶ Nota quartò de iſta reſeruatione. facit quod habuiſtis s. de cõpenſa. l. fina. & l. Bebius. in fin. ff. de pact. do. & l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. & ff. de dam. infec. l. prętor. circa prin. ibi: ſalua exceptione. &c.
5 l. qui vias. §. j. eo. ti. ¶ †Vltimò [g] nota & perpetuò
g tene mẽti ꝙ de denunciatione, vel proteſtatione [h]
h ſibi facta, poteſt facere qs denũciationẽ, aliàs probationẽ per ſuũ propriũ iuramentum: vt hic in fi. quod perpetuò tene menti. Sequitur auť. ſed iam.

Superuacuam. In his q̃ in põdere, numero, vel menſura conſiſtũt, ſi vni ex hæredibus depoſitarius pro hęreditaria parte ſoluit, reſidui periculum ad cæteros pertinebit. h. d.

f ¶Executionem paratam. Hoc verum ſecundũm Angel. in l. ſi depoſita. ſi conſtat per publicam ſcripturam: alias ſecus ſi eſſet opus probatione per teſtes, cũm teſtes non poſſent niſi lite conteſtata recipi Bar. in l. iij. co. iiij. q. princi. C. de pig. & quod no. in l. ſi. C. de pig.

ADDE quòd depoſitum debeat habere executionem paratam, debet intelligi de depoſito verò non confeſsionato, per ea quæ voluit Bal. conſil. clxxxj. iij. lib. & vide hic per Pau. de Caſt.

f ✠ P. P A V. P. ¶Executionem paratam. Vide ad declarationem Alex. in l. intra diem. ff. de re iud. ad fin. Item ꝙ depoſitum ſine numeratione dicatur verũ depoſitũ, vide Barb. in tractatu de Gabellis. in iij. parte octauę partis principalis. in viij. col. Item nota vnũ caſum, in quo poteſt opponi exceptio cõpenſationis, vide per Pau. de Caſt. conſi. ix. Item vide ad iſtam regulam ꝙ depoſitũ ſit priuilegiatũ, Iaſ. in l. j. in j. col. C. de eden. Et ꝙ verior ſit opinio ꝙ habeat executionẽ paratã, vide Barba. in c. fin. in iij. col. de depoſito. Item circa illud quod diciť in teſte de cõpenſatione ꝙ opponi non poſsit, declara & limita vt per Barba. in d. c. fi. in ij. col. Item non procederet, quando depoſitũ deſcenderet ex alio contractu, qui conuerteretur in cauſam depoſiti, vide Soci. conſi. clxxj. in ij. volu. col. antepe. licet Pau. de Caſt. in dicto conſi. ix. aliter videatur velle.

✠ POMATES. ¶ Adde ad princip. huius apoſtil. ibi: aliàs ſecus. ꝙ idem tenet Matheſ. notabili ſuo v. incip. quòd contractus.

g ✠ POMATES. ¶Vltimò. Nota tamẽ ꝙ licet cauſa depoſiti ſit multum fauorabilis, tñ non eſt ita fauorabilis, vt actor poſſit accipere arma de domo rei. Ita ꝓbať in l. j. & ibi no. per quoſdã Peruſi. Moder. relatos ibi per Decium. C. de eden. Notandũ tamen ꝙ depoſitariꝰ nõ teneť edere depoſitionem ad fundandam intentionẽ eius l. j. s. de edẽ. quod not. pro extenſione in omnibus bonæ fidei actionibus. Et vide ad iſtam authenti. vnum verbũ Ro. cõſil. cxlj. & Alex. in l. hęres cũm debuerat. ff. ad Trebel. & Anch. conſil. cxcij.

h ¶Proteſtatiõe. Et vide Ludo. in ſuis ſingul. in tit. commo. in vlti. ſig. qui allegat iſtũ caſum ꝓ ſingulari. Et de hac proteſtatione, de qua hic, & in authen. hic poſita, vide omnino Barto. Ange. & Imo. iſta limitantes in l. hęres. ff. ad Treb. nota ꝙ proteſtatio ſibi facta, etiam probatur per iuramentum. quod eſt not. Et facit ad hãc l. & materiam quæ no. Bar. in l. ſi alienam. aliàs in l. alia. §. fin. ſol. ma. Sed Bal. hic tenet contra Bart. cũ diſtinctiõe. Ad quod vide c. ex inſinuatione. de procu. & Bal. hic, cõtra quẽ ſimpliciter tenet: hoc ſequutur Ludo. Ro. in l. non ſolũm. §. morte. de no. ope. nuncia. Adde glo. & ibi plenè per Ange. & alios de hac materia proteſtationis in c. cũm M. extra, de conſtit.

## Mandati. Rubrica.

i Si pro ea. [i] Iſtã legẽ habetis de verbo ad verbũ melius in l. Lucius. ff. eo. ti. §. fideiuſſor. & iſta eſt notabilis l. vide Roſ. & Spec. qui formant libellum.

k Mandatum. [k] Hic veniret tractanda materia, quo mõ finiať mãdatũ: de hoc dicã anno ſequenti in l. eius qui in prouinciã. ff. ſi cer. pe. &c.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Actio quando poſsit ſimpliciter cedi.
2 Ceſsio ex quibus præſumatur ſimulata.
3 Titulus requiritur, vt ceſsio valeat: & an debeat poni in principio inſtrumenti. nu. 4.
5 Actio quibus caſibus nõ perdatur, licet ceſsio prę ſumatur ſimulata.
6 Paruum pretium quod dicatur, vt actio præſumatur ſimulata.
7 Actio debet æſtimari deducto eo quod expenderetur in exactione.
8 Titulus in ceſsione, quomodo præſumatur, vt valeat.
9 Titulus contractus, nihil aliud eſt quàm cauſa cõtractus.
10 Ceſsio an valeat, ſi partim vẽditur, & partim permutatur.
11 Ceſsio quòd pręſumatur ſimulata ſi pretium non apparet in veritate ſolutum.
12 Ceſsio, in qua quis confitetur ſibi ſolutũ: licet nõ noceat ei, contra quem ſit, nocet tamen cedenti.
13 Ceſsio ſi fiat de alijs cauſis, quòd debeat apparere de veritate cauſæ.
14 Si ceſsio fiat titulo donationis, ob merita in ſeruitia, an neceſſariò requirať ꝙ merita præceſſerint.

i ✠ P. P A V. P. ¶ Si pro ea. Adde vnũ caſum, in quo poteſt petere fideiuſſor vt libereť vltra caſus hic in d. l. Lucius. expreſsè in ſcholari volente ire ad ſtudiũ, Roma. ſingulari cij. Item ad intellectũ iſtius legis quomodo intelligať ꝙ poſsit fideiuſſor petere vt liberetur: & qd tunc teneať debitor facere, an ſoluere creditori, an præſtare ipſi fideiuſſorẽ, indemnitatis, vide Alex. omnino in l. facere poſſe. ff. ſol. mat. vbi etiã ponit limitationem ad iſtam regulã ꝙ fideiuſſor, qui diu eſſet in obligatiõe, põt agere vt libereť. Itẽ vide aliquid per Barba. in c. ij. de fideiuſ. in j. col. & in c. fin. eo. tit. Vide etiã Alex. in l. ſi pater. C. de coll. Adde etiam in materia, licet ille, qui fideiuſsit, nõ poſsit repetere añquã ſoluat, ſecus tamẽ eſt in eo, q ſe pro alio obligauit tanquã negotiorũ geſtor ſuus. Vide Pau. de Caſ. no. in l. j. ff. de neg. geſt. vbi aſsignant rationem diuerſitatis. De quo etiam vide Bar. in l. ſi. ff. eo. poſt glo.

k ✠ P. P A V. P. ¶ Mandatũ. Circa iſtã materiã, an & qñ mãdatum finiatur morte, vide omnino Bar. in tractatu de iuriſd. in vij. q. Item adde ꝙ etiã ſi dñs expreſsè diceret ꝙ duraret poſt mortẽ, adhuc morte finireť

Cautela,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipſo decedente ſine hærede. Et idē in procuratore in rem ſuā. Vide Ang. conſi.ccxlij. Ro.cōſi.ccclxxiiij. Quòd autē poſsit cōſtitui procurator poſt mortem, vide do.Franc.cōſi.lxvj.in j.col.ad finē. Itē q̄ iſta regula nō procedat in procuratore in rē ſuā, vide do.Fran.cōſi.cxxiiij. ſiue xxiiij.& ſeq. Quid autem in tutore & executore mandātibus, vide Ro.cōſi.cxix. Item tres vel quatuor limitationes ad hanc regulā, vide p Roma.conſil.ccij. Item de eo quod dictum eſt ſ. q̄ tranſeat ad hæredes, & morit̃ quis ſine hærede, et etiā an poſsit reuocari per hęredē tūc vide Deciū in c. relatū.col.j.& ſeq.ff. de offic. delega. Et an poſsit per hęredem reuocari mandatū collatum poſt mortē, vide Bal. in l. id quod pauperibus.co.vl.q.xxiiij. de epiſc.& cler. Ad Bar. in l.ij.§.pe.ff. de dona. Item quomodo dicatur deſinere res eſſe integra tam in iudicialibus quā extraiudicialib⁹, vide Gemi. & Peruſ.in ca.ſeq. in fine prin. de procura. in vj.

15 Cautela ad hoc vt tollatur probatio meritorum.
16 Si inſtrumento ceſsionis factæ titulo venditionis, non apparet de numeratione, ſed poſtea fuit numeratum, q̄ ſufficiat.
17 Si in veritate fuit ſolutum, ſed incōtinenti reſtitutum, q̄ non valeat ceſsio.
18 Ceſsio an poſsit fieri inter ſocios, & qualiter.
19 Ceſsio taliter certis caſibus permittatur.
20 Ceſsio etiam modico dato, fit inter eos, inter quos res eſt communis.
21 Vendens rem alicui à ſe poſſeſſam, poteſt etiā p tuitione rei cedere omnem actionem perſonalem ſibi competentem.
22 Clauſula, vendidit, & tradidit, omne ius ſuum, & omnem actionē, &c. in inſtrumento quid operet̃.
23 Diſpoſitio huius legis an habeat locū quando hæreditas ceditur.
24 Clauſula, & ſi quid plus valet, donat: in inſtrumēto venditionis quid operetur. remiſsiuè.
25 Stante ſtatuto q̄ folieta vini non poſsit vēdi, niſi octo denarijs: an ille, qui nō vendidiſſet vinū, niſi emiſſes caſtaneā, p quatuor, īcidat ī pœnā ſtatuti.
26 Hęc lex cōprehēdit aliqd in fraudē excogitantis.

PEr diuerſas. Hęc eſt ſingularis lex, & eius materia, meo iudicio, eſt multū malè declarata: ſed declarabimus paſſus, quos reputo magis intactos & vtiles. Alia pertrāſibimus more cōmuni. Et quia ſequens lex fuit facta ad declarationem iſtius: ideo lego ambas ſimul. & breuiter h.d. Ceſsio actionū[a] nō pōt fieri, niſi in caſib⁹ hac l. expreſsis, & eandē rationē habētibus: & ſi pro parte vēditur, & pro parte donat̃, ceſsio facta pręſumitur ſimulata. h.d. cum l.ſeq. Et primò ponit prooemium. Secūdò ponit ſtatutum. Tertiò ponit exceptionem à ſtatuto. Quartò ponit vnā determinationē ad prędicta. Quintò tollit quaſdam cauillationes contra hanc legem excogitatas. Secunda ibi: per hāc itaq;. Tertia ibi: exceptis. Quarta ibi: ſi aūt p donationē. Quinta ibi: in l. ab Anaſtaſio. vſq; ad fi.eius. ¶ Op. & videt̃ q̄
1 †actio poſsit ſimpliciter cedi: vt j. de hęredi. vel act. vend. per totū. & ff. e. Sol. gl. no. hic, & vbiq;. Aut conſtat q̄ ceſſio actionis eſt vera, & nō ſimulata: & valet, vt in cōtrario. Aut conſtat q̄ eſt ſimulata: & nō valet, in ti.ſ. plus valere quod agit̃. Aut dubitatur:
2 † & in dubio pręſumitur ſimulata ex tribus, vel quatuor, q̄ his legibus continentur. Primò ex paruitate p̄tij, ſi actio magnę quantitatis pro modico ceditur. & ideo non valet ceſsio, niſi vſq; ad quantitatem ſolutā: vt l. p diuerſas. Secūdò pręſumitur ſimulata, ſi titulus
3 † cōtract⁹ nō appareat interceſsiſſe: vt colligitur ex hac lege ibi: licet in inſtrumēto ceſsionis, venditiōis, nomē incertū ſit. Et ideo iſti, q faciūt cōtractū, dicūt: talis titulo vēditionis dedit, ceſsit, & trāſtulit &c. & ſemp apponūt titulū, v̄l donatiōis, vel vēditiōis, vel aliū. Iſta duo ponunt̃[b] hic in gl. Tertiò
4 † reqrit̃, q̄ titul⁹ ceſsionis[c] ponat̃ in prin. inſtrumenti. Ita tenet gl.ſ. ne li.po. l.j. in gl.ma. & Inn. ponit in materia de ali.iu.mu. cau.fa. vt mihi videtur. Cy. & Dy. refert in d.l.j. ne li.po. & tenet q̄ hic non eſt neceſſe q̄ in prin. ponat̃, quia hoc nulla lege reperitur cautū. & hoc iā fuit obtentū, & iudicatū hic: quod mihi placet. Et
5 † iſtis caſibus licet ceſsio præſumatur ſimulata, tamen actio nō perditur. Quartò præſumit̃ ſimulata, ſi partim vēdit̃, & partim donat̃: vt l. ab Anaſtaſio & in iſto caſu perdit̃ actio in ea parte, quæ donat̃ pro vtraq; parte. ¶ Iuxta prædicta dixi q̄ ex
6 paruitate pretij præſumitur ſimulatio. ¶ † Quęro, qualiter dicatur paruū pretium. Glo. ponit opi. & reputo illā eſſe veram: & eſt not. pretium cōpetēs dicitur, deductis expenſis & labore, qui de neceſsitate debet fieri in exactione illius rei. Tene menti
7 & hoc valet ad multa. Et ſemper † actio debet ęſtimari: deducto eo quod communiter expēderet̃ in exactione. Secundò dixi, q̄ ſi titulus cōtractus nō appareat. Tertio ſi in prin. inſtrumenti nō apponi
8 tur: præſumit̃ ſimulata. ¶ † Quæro, quomodo pręſumat̃ titulus. Huius gratia formo talem quæſtionem: Titius ceſsit mihi actiones, quas habet contra Semproniū, ad centū. & hoc facit pro pretio cē
d tum[d]: tn̄ in inſtrumēto nō apponitur expreſsè, q̄ hoc fecerit titulo vēditiōis, an valeat ſecundū eos, qui dicūt q̄ titulus debet poni in princi. nō valet: quia hic titulus nō valet, nec apparet ex principio ſcilicet ex toto inſtrumento. ſed ſecundū nos, qui hoc non tenemus, puto q̄ ceſsio valeat. Nam nil
9 aliud eſt titulus cōtractus † quā cauſa cōtractus: vt l.iij.§. ex pluribus cauſis. ff. de acqui. poſ. vnde cū
e ex inſtrumento[e] apparet titulus, hoc eſt, cauſa vēditionis, ſatis apparet iudicio meo. ¶ Tertiò dixi q̄ præſumit̃ ſimulata, ſi pro parte venditur, & pro parte donat̃, eidē perſonæ intelligo: quid ſi diuerſis? hoc hac lege non dicitur: ideo remanet q̄ valet
f niſi ſimulatio probaretur. Quæro,[f] quid ſi pro par
10 te venditur, & pro parte permutat̃? Rn̄. † nō puto q̄ valeat. Nam in eo quod dicit̃ de venditione: intelligo idē de quolibet contractu, ex cauſa onero ſa vt l. ſtatuliberi à cęteris. §. fi. ff. de ſtatuli. ¶ Prę
11 ſumitur etiā ſimulata ceſsio, † q̄n̄ pretiū, pro quo facta eſt ceſsio, nō apparet in veritate ſolutum. Et hoc licet non dicatur in hac gl. mag. quæ ſummat materiā ceſsionū: tn̄ innuitur hic in tex. & in gl. ſuper verbo, ſolutarū. quod etiā probat̃ in l. ab Anaſtaſio. ibi in contractu re ipſa perſoluitur. Ex quo
12 † concludit̃ q̄ nō ſufficit in inſtrumēto ceſsionis q̄ cedens confiteatur ſibi ſolutū eſſe: niſi re vera ſibi
g ſolutum probaretur.[g] Et hoc verū, quantū ad eū,
h contra quē ceditur, ſed quātū ad ipſum cedentē[h] noceret illa ceſsio. Hoc tenet do. Ia. de Bel. in aut. de æqua. do. §. j. Hoc tenebat: quidā Lombardus, qui cōpoſuit vnū tractatū de ceſsionibus, qui intitulatur Iac. de Aret. ſed in veritate non fuit ſuus. Hoc etiam tenuit Iac. Bu. do. Ray. de Forl. Et ego iam pluries cōſului. & do. Fran. de Pepu. & multi
13 alij doc. de ciuitate iſta. † Sed iuxta hoc quæro, qd ſi de alijs cauſis fiat ceſsio: vtrū debeat apparere de veritate cauſæ, vel ſufficiat confeſsio partis? puto,
i q̄ debeat apparere[i] eadem ratione: quia vt dixi q̄d hic dicitur de venditione, intelligo in quolibet cō
14 tractu ex cauſa oneroſa. ¶ † Iuxta hoc quęro, quā
k do ceſsio fit titulo donationis.[k] & ibi apponitur quòd hoc facit pro bonis meritis, & ſeruitijs, quæ ab eo habuit, & recepit: vtrum ſit neceſſe q̄ merita, & ſeruitia, præceſsiſſe probētur. dubito, in hac quæſtione videtur quòd ſic: quia talis ceſsio nihil releuat: vt l. ſi fortè. ff. de caſt. pec. & habuiſti no. j.

a ¶ Ceſsio actionum. In materia ceſsiōis de qua latè p Bart. in l. Modeſtinus. ff. de ſolu. Et vnum ſcias, q̄ ſi aliquis p mittat cedere melius ius, liberat̃ trāſferendo tale ius, ex quo cauſatur iudicis officium. Si verò promittit cedere ius optimū, non liberatur, niſi cedat actionem, & trāſferat in cedentem. Gl. eſt multū no. in l. j. C. quādo & quibus quarta ps. quā hic Ang. alleg. Ad de gl. in l. j. ſ. de vſu. Et quod no. glo. in l. ſi fideiuſſor. §. j. de pig. ī ver. poſsit.

❀ P. P A V. P.
a ¶ Ceſsio actionū. Circa materiā huius legis vide dom. Franc. cōſ. cxxxvj. Bart. cōſi. lxxxviij. in j. col. Roma. conſil. lxxxvj. Itē quid ſi ceſsio fiat p parte tituli veri & pro parte falſi, vide Roma. cōſi. cccl. Item q̄ in pretio ceſsionis habet̃ ratio ſumptuū feudorū in lite exercenda, vide Io. de Anna. cōſi. ciij. Vide in materia latè Panor. in c. fi. de alie. iud. mut. cau. fac. Aret. in l. j. C. ne lic. poten. Idem adde q̄ vbi ceſsio fit de volūtate debitoris, nō pōt allegari ceſsio ſimulata: vide Ang. in l. cū eſſet. de ſeruit. ruſtic. pręd. & Bar. ibi Itē q̄ nō procedat iſta lex, quando ceſsio tendit ad tuitionē bonorū quę trahūtur procedēte ceſsionario, vide Bar. cōſ. lxxxviij. col. j. prope finē. aliàs eſt conſ. cxc. incip. dilecto. Itē q̄ vbi eſt prohibita ceſsio, non poteſt ceſsionarius agere etiā tanquā procurator in rem ſuam nomine tradentis: quia fieret fraus legi. vide Alex. in l. iuris gentiū §. prætor ait. ad finem. ff. de pact. poſt gl. Bal. & alios.

b ¶ Ponuntur. Limita vt per Bar. in l. j. C. de act. & oblig. in ij. col. ſ. vt lite. penden. vbi ponit multos caſus, in quibus ceſsio præſumitur, plenè Bar. & quod ceſsio poſsit intelligi: & dicit Bald. no. in l. eius. ſ. de compen. per glo. j. q̄ ſolus conſenſus non inducit ceſsionem, ſed requiritur titulus, & ceſsio. quod reputatur no. & vide q̄ requirat titulum, exponit in prin. tenet Inn. in capi. ex parte. de alie. iudic. mutan. cau. fac.

c ¶ Titulus ceſsionis ponatur. Bald. in l. facta. §. j. ff. ad Trebel. tenet q̄ requiratur titulus, nec attendatur in princi. vel in fine.

❀ P. P A V. P.
d ¶ Centum. Vide Barba. in rubri. extra, de empt. & vendi. poſt princi.

e ¶ Vnde cum ex inſtrumento. Et cum Bart. & Cyn. hic tenet Bal. ſed contrarium tenet Io. and. in addi. Specu. in titul. de ceſ. act. §. j. verſicul. ſed nunquid ratione conſang. allega. l. generaliter. de non nume. pec. ſed dicit, quòd non obſt. l. vlti. C. de præd. curia. lib. x. quę vult, quòd in interuentu prætij, præſumatur vendita quia in caſu non ſufficit præſumptio vbi requiritur expreſsio nec plus dicit quod bene nota. & vide Bal. in d. l. ij. ſ. ne lice. poten.

f ¶ Quæro quid. Et præſumitur ceſsio ſimulata, ſi non apparet de vera numeratione. Vide Bald. in l. ij. C. ne li. poten. vbi tenet cōtra Bartolum & nunc conſulo apud Rhegium. & vide Bald. in l. qui ſtipendia. ſ. de procura. vbi plura de materia ceſsionis. Et quot modis inſtrumentum ceſsionis poſsit impugnari, & defendi: vide Bartol. in l. ij. ne lice. pot. And. Barba.

g ¶ Solutum probaretur. Adde Bart. in l. Deo nobis. in ij. colū. C. de epi. & cle. ſed contra Bar. tenet ipſe Bal. in l. ij. ſ. ne li. po. & not. per eum & Inn. in c. fi. de alie. iud. mu. cau. fact.

h ❀ P. P A V. P. ¶ Cedētem. Sequitur Alex. cōſi. xxxvj. vol. ij. co. j.

i ¶ Debeat apparere. pro hac parte bene facit tex. in l. cùm quis. §. Titia. de leg. iij. & l. pen. de probat.

k ¶ Donationis. Bart. in l. ij. ſ. ne li. po. quòd non ſit neceſſe probare. Vide Bald. hic.

de collat.l.ſi donatione.Præterea,cauſa talis mu-
tat titulũ cõtractus.Nam ſi fiat pro bonis meritis,
& ſeruitijs,nõ eſt ſimplex donatio:ſed vocatur re
muneratio,ſeu donatio ob cauſam:vt l. Aquilius.
ff.de dona.& l.ſi remunerandi.ff.eo. In contrariũ
videtur,ꝙ non ſit neceſſe probari.nam ſi bene to
tam iſtã l.inſpicias,ſolummodo litium redempto
res condẽnat.Sed quando donatio fit propter ſer-
uitia,& merita:nõ poteſt dici redemptor litis.nõ
enim ob hæc merita,& ſeruitia fecit,vt ſibi actio
cederetur:ſed ideo ceditur,quia cedẽti placet,ſiue
cauſa ſit vera,ſiue non ſit vera:ex quo apparet,ꝙ
15 non eſt litis redemptor. Dubito tñ† propter tollẽ
dum illud dubiũ,aliquando in quibuſdam ceſsiõi
bus,ego feci leuare illam clauſulam, videlicet hoc
fecit pro bene meritis,& ſeruitijs.ſed dicat ꝙ hoc
fecit ex ſua pura,mera,& ſimplici,& ſpõtanea vo
luntate,& liberalitate: quia ſibi ſic placuit, & ſic
16 voluit.& ceſſabit iſta dubitatio.† Iuxta prædicta
quæro.pone ꝙ in inſtrumẽto emptionis nõ appo
nitur ꝙ in veritate numerauit.Quęro,quid ſi poſt
ea numeret,ita ꝙ in veritate apparet de numera-
tione:vtrũ ſufficiat.Certè ſic.Caſus eſt in l.ab A-
naſtaſio.vbi ſufficit ad exactionem,ꝙ ex hoc pòſt
17 facto clã ſoluerit pecuniã,ſi bñ aduertis.¶ †Quę
a ro qd ſi ſibi in veritate ſoluit, & poſtea recipit[a] &
ſic ex vna manu dat,& ex alia recipit.Rñ.ꝙ nõ va
let aliquid:imò perderet actionem,per l.ab Ana-
ſtaſio.propter hanc fraudem,& ſimulationem.nõ
enim videtur ſolutũ,quod ſtatim ſoluens eſt rece
pturus:vt l.qui ſic.ff.de ſol.¶ Venio ad exceptio
nes.primò excipit ceſsiones,quæ fiunt inter cohę
18 redes,qñ diuidunt. ¶ †Quæro: quid ſi fiat ceſsio
inter ſocios,ex alia cauſa diuidentes,vel ſocietatẽ
cõtrahentes?Reſpon.ſ.qñ ſocietatẽ cõtrahunt,di
co valere propter ſocietatem ceſsionis:vt l.j.& ij.
& iij.ff.pro ſocio.tamen poſſet præſumi ſimulata
ſicut ſ.dixi de vẽditione,qñ vnus ex vna parte po
nit modicum,alius multum.Sed quando fit diui-
ſio:vtrum valeat ceſsio?Videtur ꝙ non: quia hic
caſus non eſt hic exceptuatus.Contrariũ puto,&
hoc teneas pro fundamento omnium iſtarum ex-
ceptionum,quod illud,quod hic dicitur in iſtis ca
ſibus exceptuatis,habet locũ in omnibus caſibus
eandem rationem habentibus. Et hoc dicit text.
hic expreſsè,non violando eũ.ibi: nulla enim tali
ratione intercedente redemptor,ſicuti ſ.declara-
tum,magis extitit &c.Et licet glo.exponat,nulla
ratione:id eſt,nõ intercedẽte aliquo prędictorum
caſuum exceptorum:dico ꝙ nõ bene exponit.nõ
enim hic Imperator ſe reſtrinxit ad illos caſus ſed
ad rationem illorum caſuum,vt vbicunq; apparet
ꝙ non ſit redemptor litium ex cauſa,ex qua fit ceſ
ſio,ꝙ tũc ceſsio valeat: ſicut in iſtis caſibus exce-
ptuatis,vt j.videbitis.¶ Secundò excipit text.cre
19 ditorẽ,qui pro debito recipit ceſsionem.¶ †Quæ
ro:quid vult dicere tex.Gl.exponit multis modis
primò,quando creditor pro debito ſuo accepit no
men in ſolutum.quod ſatis placet tũc enim nõ po
teſt videri redemptor litium.Ideo enim hoc rece
pit,vt ſuum conſequatur.Sed ſi poneres ꝙ debitũ
fingeretur,vt ceſsio poſſet fieri: tunc haberet lo-
cum l.ab Anaſtaſio.quia ceſsio non valeret: imò
perderetur debitum,propter talem fraudem.Secũ
do modo exponit glo.in creditore,qui cedit actio
nem contra principalem fideiuſſorem ſoluentem.
Sed iſta expoſitio videtur contra tex.nam tex.hic
loquitur in creditorem qui accepit ceſsionẽ.Illud
exemplum eſt in creditore,qui cedit alteri: quare
malè? Solu.exponit hic accipit,id eſt, cedit alteri.
Truffa eſt:vel dic ꝙ tunc creditor diceretur fideiuſ
ſor ſoluens.nam ſibi debetur hoc,vt ſibi cedatur
actio.Vnde hunc text.generaliter intellige,ꝙ in
omni caſu,in quo ceſsio debet fieri de neceſsitate,
non habet locum lex iſta.& ideo quando creditor
agens hypothecaria,cedit poſſeſſori ſoluenti actio
nem contra debitorem:per l.mulier.ff.qui pot.in
pig.& l.Paulus.§.fin.ff.qui.mo.pig.quod poteſt
fieri ceſsio:ita etiam modico dato. Hoc etiam ſen
tit hic gloſſ.in tertio exemplo. Idem in omnibus
aliis exceptionibus,in quibus ceſsio debet fieri de neceſsitate,vt dixi.
b ¶ Tertio excipit tex.qñ quis recipit ceſsionẽ,pro tuitiõe rerũ[b] apud ſe cõ
ſtitutarum.Gl.ponit exemplũ:puta quando quis pro ea re,quã poſsidet,
accipit ius emphyteuticum fructuarij,vel ſupficiarij,vel ſimile,vt tuea-
tur ſe à domino,valet ceſsio,licet minus dederit cedenti,quàm valeat.Se
cundò ponit exemplum,cum timuerim ruinam ex domo tua.& domui
meæ nocituram: accepi à te ius,quod habes in domo tua,& dedi minus
quàm valet.Glo.reprobat iſtud,vltimum exemplum:quia hęc expoſitio
fit magis verbis,quàm re:ideo ponit exemplum tertio modo:Si poſsideo
aliquam rem,pro qua tu habes Publicianam.Si enim à domino vero im-
petro ius dominij.modico dato,vt poſsim me tueri aduerſus te: valet,vt
hic.Iſtud exemplum tertium,& etiam primum,eſt bonũ. Impetro enim
ceſsionem ab aliquo alio,vt poſsim me tueri in re,quàm poſsideo. Ve-
rumtamen ambo illa exempla loquuntur in iure merè reali,vel inhæren
te rei,vt proprius loquar:ſed ego intelligo etiam generaliter:vt puta pro
tuitione rei,quam poſsideo.facio mihi ab alio cedi actionem perſonalem
pro qua illa res eſt obligata.Dico ergo,ꝙ illa exceptio quatenus,reſpicit
defenſionem iſtius rei poſſeſſæ,valet,nec præſumitur fictitia,ex cauſis ſu
prà dictis. Ratio eſt hic:nam quatenus iſta ceſsio reſpicit tuitionem rei
poſſeſſæ,non dicitur quis litium redemptor.nec enim vt agat contra aliũ
ſed vt ſe defendat hoc facit.Et iſtud eſt nota.quia fit tota die. Secundùm
exemplum quod glo.ponit:ideo dic non eſſe ad propoſitum: quia poſſeſ
ſor habet aliquod ius ceſſum ab aliquo,non contra aliquem.Tex.propriè
loquitur,& prohibet ceſsiones,quæ fiunt contra aliquem. Quartò exci-
pit tex.illas ceſsiones,quas faciunt legatarij,ſeu fideicommiſſarij,quibus
eſt debita actio,vel res aliæ relictæ ſunt.Circa primum,de legatarijs gloſ.
ponit exemplum,quando pluribus legatum eſt nomen:tunc enim ipſi ce-
dunt actionem inter ſe minimo dato,& petunt etiam ſibi mandari ab hę-
20 rede directas.Iſta expoſitio eſt notabilis:ex qua no.ꝙ†omnes,inter quos
aliqua res eſt communis,poſſunt ſibi inuicem eam cedere modico dato:
nec præſumeretur fictitia,ex cauſis hac lege expreſsis.& ſic videtur caſus
pro eo quod ſ.dixi.quando fit diuiſio inter ſocios.¶ Secundò dixit glo.in
eo quod dicit tex.quibus debita:exponit,id eſt,actiones perſonales.in eo
quod ſubdit,vel actiones:intelligit,ſcilicet in rem.Vide glo.ſuper verbo
debita.& vide etiam gloſſ.ſequentem.in eo quod dicit de actione in rem,
intellige quando alius poſsidet rem,non ille qui cedit,nec ille cui cedi-
tur.nam tunc abſq; aliquo dubio valeret ceſsio,cùm contra neminem fie
ret:ſed inter ipſos contrahentes:vt dixi ſ.proxi.ſuper tertia exceptione.
¶ Quæro,in eo quod textus ſubdit,ſeu res aliæ.intelligit gloſ.ſi hęredis.
nam ſi teſtatoris eſſent,non eſſet neceſſe cedere legatario rei vendicatio-
nem: cùm ſtatim adita hæreditate ſit dominus:vt l.j.j.commu.de lega.
¶ Contrarium tenuit glo.in l.ij.j.commu.de lega.quod etiam de re hære
dis transfertur dominium.Sed iſta gloſſ.eſt verior,vt ibi dixi,& plenius
21 in l.ſi hæredis ſeruus.ff.de legatis j.Ex hac quarta†exceptione,& his quę
circa ea dicta ſunt,colligo indiſtinctè,quòd quandocunq; vendo tibi ali-
quam rem à me poſſeſſam:ego poſſem tibi cedere omnem meam actionẽ
22 perſonalem,competentem pro tuitione ipſius rei.Et ideo†hodie in omni
bus contractibus venditionis,apponuntur talia verba ꝙ qui tales res ven
didit,tradidit omne ius,& omnem actionem realem,& perſonalem,ſibi
competentem in dicta re:& eius occaſione faciens eum procuratorẽ,tan-
quàm in rem ſuam &c.quæ ceſsio valet:vt hic patet,& l.ſi res.ff.de euic.
23 ¶ †Vltimò circa hanc legem quæro,an hæc lex habeat locum,quãdo vẽ
ditur hæreditas,& ſic per hanc legem ſit correctus titulus de hæredit.
vel ac.vendit.dubium eſt.Finaliter mihi videtur dicendum: Aut quis nõ
poſsidet hæreditatem:& tunc ſi iſte vendidit hæreditatem,habet locum
hæc lex.Eſt enim venditor iuris,& actionis,contra alium & emens ex ca
ſibus hic inſertis poſſet videri redemptor litium. Si verò ipſe hæreditatẽ
poſsidet:tunc dico,ꝙ poteſt vendere eam,ſicut quilibet poteſt vendere
rem à ſe poſſeſſam: & emens non poteſt dici litium redemptor,etiam ſi in
dicta hæreditate eſſent nomina debitorum,contra quos deberet agere.
non enim principaliter emit nomen,vel actionem contra alium: ſed prin
cipaliter emit hæreditatem,de qua controuerſia non eſt:quia ille eſt hæ-
res,qui vendidit:vnde in conſequentiam poſſunt venire nomina,ſicut ſ.
proximè dixi,quando venditur res in conſequentiam pro illa re poſſunt
venire actiones perſonales.¶ Sumus expediti de l.per diuerſas.& in l.ab
c Anaſtaſio.[c]nihil eſt quaſi dicendum,omnia enim ſunt ſ.expedita.Tamẽ
ibi no.duo.Primò no.quandam gl.quæ eſt ſuper verbo,coloratam,quæ
24 facit ad multa.Facit enim ad quæſtionem,†quã dicã vobis in l.ij.j.de re-
ſcind.vendi.ſ.ad illa verba,quæ apponuntur in inſtrumentis venditionũ
d videlicet ad illud,quod ſi plus valet,dedit,& donauit,[d]tanquã amico.Itẽ
25 †facit ad quæſtionem:[e]ſtatutum ad modum Peruſinum eſt hic,ꝙ folieta
e vini non poſſet vendi vltra octo denarios.modò quidam vendidit vinum
ad illam rationem,tamen non dediſſet tibi,niſi emiſſes ab eo vnam caſta
neam pro quatuor denarijs.Certè,iſte videtur incidere in ſtatutũ:nec de-
bet excuſari per illam coloratam venditionem.argu.huius l.cum hac glo.
Ad quod optimè facit ſ.de vſu.l.cos.ne ſit interdicta licẽtia creditoribus.
26 &.j.de agri.& cenſi.l.quẽadmodũ.lib.xj.¶ †Vltimò not.finem[f] huius l.
f quæ generaliter loquitur in omni eo,qui aliquid excogitaret in fraudem
vt l.per diuerſas.quod eſt multum aduertendum:quia ſi poſſet probari,
perditur actio,tam per cedentem,quã per ceſsionarium:vt vidiſtis,&c.

Si ſeruus

a ¶ Et poſtea recipit. Sed quid ſi do tibi ſpeciẽ inæſtimatã, vt mihi cedas actionem,vide Bal.in l.j.ſ.de act.& oblig. in iiij.col.ꝙ valeat ceſsio,niſi ex paruitate rei præſumatur fœnus.ar.d.l.j.&l. Imperator.cũ ſi.de leg.j.& no.in materia ceſsionis, ꝙ nemo præſumitur cedere actionẽ contra ſeipſum ſecundùm Bal.in l.j.ſ.an ſeruus ex ſuo facto.facit quod in generali ſermone non venit perſona loquentis. De hoc eſt gloſ.&ibi Bald. in l.emptor.j.de hęre.ven.

b ¶ Pro tuitione rerum. Vide Bald.in l.ij.ſ.ne li.po.

c ¶ Ab Anaſtaſio. Et tene menti vnũ ſecundùm Bal.hic, ꝙ ſi qs fuit cõfeſſus ſe recepiſſe à Titio cẽtum quę ꝓmiſit reſtituere ſol.mat.& poſt confeſsionẽ recepit qnquaginta:præcedẽs cõfeſſio pręſumitur ſimulata,vnde non põt peti niſi illud,qđ fuit ſolutũ.Tex.eſt not.hoc ſecundùm ipſum circa fi.maximè.ſ.in d.l.ab Anaſtaſio. Vide qđ in ſimili dicit tex.in l.minor xxv.an.cui fideicõmiſſum.de mino.vbi ſi poſt cõfeſsionẽ de recepto ſuperuenit iſta cõfeſsio,de illis alijs præſumitur cõfeſsio prima fuiſſe ſimulata.Quẽ tex.ad hoc alleg.Bal.in l.ſi abſentis.ſi cert.p.licet ille tex.non probet. Vide Bal. aliter loquentẽ in l.legem.ſ.de pact.&vide qđ no.Bar.ſ.l.ꝓxi.& in l.pe.§.ſi vir.ſo.mat.Ad de ad materiã hui⁹ l.Ro.cõſi.lxxxvij.& cccl.& Bald.xxv.iij.libr.& ccclxxxvij.

d ¶ Donauit. Adde Bal.in l.ij.in vl.co.ſ.ne li.po.

e ¶ Adq. Adde Bal. in l.nõ dubiũ.C.de legi.in vj.col.

f ¶ Not.ſi.hic ſequitur Cy.ſ.ĩ iiij.q.&vide Bar.ibi ĩ ver.tertiò reqrit.& verſi.ſeq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Si ſeruus extero ſe emi mādauerit. Rub.*

S V M M A R I V M.

1 ☞ Differentia inter ex,& propter. remiſsiuè.
2 Mandatum de re propria emenda non valet.
3 Si ſalma tua incidit in commiſſum,& venditur à fiſco,potes alteri mandare vt eam emat.

LEX VNICA.

SI ſeruus extero.
Si ſeruus ſe emi mandauerit, nō
valet mandatum emptione non
ſecuta,ſed ea ſecuta valet de æq-
tate.& ſi emptor vēditori ſoluit
nummos pro pretio, non liberatur. & non poteſt
1 quis cōtrarias actiones intendere.h.d.¶ †No. hic
differentiam inter ex,& propter. Et de hoc tetigi
2 tibi ſ.de legi.l.non dubiū.¶ † No. ſecūdò ꝙ non
valet mandatum de re propria emenda.& ſic facit
3 ad queſtionem,quando ſalma † tua incidit in cōm
miſſum,& venditur à fiſco:tu mandas alicui ꝙ eā
emat,an valet mandatum? Dic vt tangitur hic p
Cy.Cætera dic vt in gloſ.

*Pro ſocio. Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 ☞ Quando filius lucratur cū pecunia patris: medietas lucri eſt patris,altera filij: & ſic medietas eſt pecuniæ altera operæ.

LEX I.

a SI ſocietatem.[a] Vi
de gl.
hic,quæ glo.dicit ꝙ æquales par
b tes intelliguntur in lucro[b] Facit
ad illud quod dixi in l.cùm opor
tet.in prin.j.de bo.quæ lib.cùm
1 filius † lucratur ex pecunia patris: medietas lucri
attribuitur pecuniæ.medietas operæ.hoc dicit gl.
c quod eſt de conſuetudine.[c] Dicit Ia.de Are.ꝙ eſt
de iure:vt l.cum duobus.§.ſi in coeunda. & §.da-
mna.ff.e.Et totam hanc glo.tene menti : quia eſt
multum communis.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Eo ipſo ꝙ fundus communis emitur, videtur contracta ſocietas in illo fundo.
2 Emptio facta à fratre quando dicatur facta nomine proprio, & pecunia de proprio vel cōi ſoluta.
3 Cautela ponenda in inſtrumento emptionis vt appareat pretium fuiſſe ſolutum de iure communi.

LEX II.

d CVm proponas.[d] Tu
habes
1 hic notare duo. Primò † ꝙ eo ipſo ꝙ
emitur fundus cōmunis,videtur con-
tracta ſocietas in illo fundo.Secundò eſt multum
e notandum[e] ꝙ licet vnus ex fratribus emat pro ſe
2 fundum † & pro fratre ſuo:tamen ſi in inſtrumen
to continetur pretium.quod dictus venditor fuit
confeſſus habuiſſe & recepiſſe à dicto tali emente
nomine ſuo & nomine fratris ſui:nec dicit̄ de eius
propria vel communi pecunia:quia tunc in dubio
f intelligitur de pecunia propria[f] ſoluētis,ita ꝙ ab
alio fratre poteſt repetere partem pecuniæ,ſi vult
3 partem prædij. Ita eſt tex.hic. † Et ideo ſitis[g] cau-
g ti ꝙ ponatur in inſtrumento ꝙ pretium ſoluit de
communi pecunia . quod perpetuò tene menti:
quod valebit tibi ad mille aureos &c.

*De cōtrahenda emptiōe. & uend. Ru.*

LEX V.

h CVm ipſe.[h] Not.hanc legē ꝙ
tutor titulo & bo-
na fide poteſt emere de rebus pupilli.
quod dic vt in glo.&c.

i INementis.[i] Aliàs,In vē-
dentis.Mate-
riā,quā hic ponit gl.etiā ponit in l.in
perſonā.§.generaliter.ff.de regu.iu.&c.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Statutum ꝙ non poſsit vendi forenſibus , valet.
2 Statutum ꝙ non poſsit vendi clericis,non valet.

k DVdum.[k] Iſtam l.inducit do.Ol.
in quadam ſua diſputa-
1 tione,† ꝙ ſtatutum factum hic in ciuitate
l iſta[l] ꝙ forenſibus nō licet vendere,valet,& tenet.
2 Facit ff.de pig.l.in quorum. Non † autem valeret
ſtatutum ꝙ non liceat vendere clericis . Dixi vo-
bi in aut.caſſa.& l.ſi.de ſacroſanc.eccle.

m SVper rebus.[m] Materiā hu-
ius legis dic vt
dixi in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.obli.

*De hære.uel actione uend. Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 ☞ Actiones vtiles intentantur nomine ceſsionarij:directæ verò nomine mandantis.
2 Si habens vtiles alteri illas cedat , apud ipſum nihil remanet.

a ✠ P. P A V. P.¶ Si ſocietatē.Circa iſtam legem,quando vnus ponit pecuniam totam vel maiorem partem,alius operam: ſi ille, qui ponit operā,fuit interfectus dum iret ad locum deſtinatū,& amiſſa eſt pecunia: an ille,qui ponebat pecuniam, teneatur in aliquo hæredibus occiſi:vide Com.cōſ.inci.vnus ex socijs. Item circa materiam huius legis vide Alex. conſil.xvij.ad finē. Item quando ille, qui ponit pecuniā conueniret vt certum quid ſibi præſtetur, puta decem pro centenario, nō ſit ſocietas,imò vſura. Vide Io.de Anna.& Bolog.in additionib. cōſi.xcix. etiam ſi conueniret ꝙ caſu quo pecunia perdatur, ipſe perdat decem pro centenario, ſecundùm Abb. in quo conſilio. & ibi Soc. in l.ij.in fine princ. ff.ſi cert.pet. Et ad primum dictum vide Alex. cōſ.lxxx. vol.iij. Item de hoc & pluribus alijs in iſta materia vide Ange. in tractatu, ſocietatum.

b ¶ In lucro. Et quādo datur pecunia mercatoribus, ad partem lucri, & damni, ſolum in fine anni poſſum peterationem.l.nemi nem.& ibi Bart.de ſuſce.& arca. lib.x. & vide quod dixi in l.videamus.aliàs in l.numis.de in lit. iuran.

c ¶ Conſuetudine. Et ad iſtam gl.vide quæ not.Bal.in l.ſi patruus.in vlt.q.& vide per Bart.in l.j. §.caſtrenſis.aliàs in §.nec caſtrenſe.ff. de col.bo. Alexan.

d ¶ Cùm proponas. Secūdò eſt no. Vide no. per Bar.in l. ſi patruus. communia vtri.iu.& Bal.in l.pe.j.ſi quis alteri vel ſibi.

d ✠ P. P A V. P.¶ Cùm proponas.Circa iſtud prin.dic & limita vt per Alex.in apoſt.ad l.ij.ff.communi diui.vbi limitat hoc procedere quādo emunt ſimul animo contrahendæ ſocietatis ſi paulò poſt emptionem diuiſerint Allegat ad hoc Com.in l.res. de duob.reis.Dic vt ibi per eum & per Moder.in §.quædam in ij.nota. Inſtitu.de actio. Et materia huius legis,vide etiam Bal.hic.

e ¶Vltimò not. Itẽ not. in l. inſulã. de preſcri.ver.& Bar. in d. l. ſi merces. §. vis maior. in fin.ff. eo.& adde Bar.hic & d. aut. qui cũ eo tranſit in c.cõſti.de rel.do. & Bal.in rubri.de iure emphy. in verſi.v.dicit verba libelli impropriari vide quę latè dixi poſt Bart. in l. Aureli⁹. §. Sticho. de lib.leg. Adde tñ ꝙ ſi actor dicat, ꝙ agrimẽſor locauit ſibi operas, libellus eſt ineptus. l.j.§.j. ff.ſi mẽ. fal. mo.di. quod intellige vt ibi no.in agrimẽſore à publico deputato. & ad Bart.hic vide latè do. Ma. So.in c. dilecti.arg. xxxiij.extra, de li. ob.& ibi concor.

d SIolei.[d] † Opp.locatio nõ conſiſtit,
1 niſi interuenerit pecunia numerata: vt l.j.§.j.ſi quis ſeruum.ff.depoſi. ergo hic nõ fuit locatio. Gloſ. fatetur contrarium, ꝙ hic intelligit̃, locaſti, i. in vſum conceſsiſti: & ſic fuit hic cõtractus innominatus. Vide glo. iſtam ſi hoc eſt verum: ergo poteſt iſtũ pœnitere, cùm in contractibus innominatis locus ſit pœnitẽtiæ: vt l.ſi pecuniam.ff.de condict.ob cau. Huius timore oportet te exponere, ſi olei, ſ. iam ſoluti. & ſic non erat res integra: quia contractus erat impletus ex parte alterius, meritò non erat locus pœnitentiæ. aliàs ſecus. ¶ Item inſtatur ſic: hic eſt contractus innominatus: ergo nõ eſt cõtractus bonæfidei: qa non dicitur bonæfidei, niſi in duobus caſib⁹, ſ.de permutato & æſtimato: vt inſti.de actio.§.actionum.§.ti.j.l.ij. ſed hic non eſt de his: ergo &c. Solu. Oportet te dicere de neceſsitate, ꝙ res hic erat expoſita locanda: tamen poſtea merces fuit conſtituta in oleo. Vnde habet ſimilitudinem cum contractu bonæfidei. argu.§.tit.j.l.ij. aliàs neſcio de-
e fendere iſtam legem. ¶ Vltimò nota[e] quòd per
2 hanc l.ſemel † ego defendi vnum libellũ: agebat enim aliquis contra colonum, dicens ꝙ ſibi locauit fundum pro certa quantitate frumenti: opponebatur ꝙ non erat locatio iſta: ſic libellus nõ procedebat: ego dixi ꝙ procedit: ponitur enim locare impropriè: vt hic videtis. &c.

AD probationem. Ex contractu locationis nõ probatur
f dominiũ.[f] hoc dicit. Hoc eſt verum, ꝙ locatio nõ ſufficit ad probationem dominij, ſ. ſola, ſed cũ alijs ſic. Pone enim ꝙ ego locaui fundum
g Titio:[g] & ꝙ ipſe tanquam meus colonus laborauit longo tempore: & probo titulum. Certè ex hoc probabitur poſſeſsio: & per conſequens pręſcriptio. quod tene menti perpetuo,[h] &c.

*SVMMARIVM.*

1 Poſſeſsio ꝙ poſsit quæri ſine cauſa.

2 Exceptio, dolo tacis, non habet locum in poſſeſſorijs recuperandæ: quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus.

3 Conuentus actione locati, quando poſsit opponere exceptionem dominij.

SI quis conductio-
i nis.[i] Iſta eſt ſingularis lex. Conductor cõuẽtus cõdictione ex hac lege debet ante omnia reſtituere rem, nec quæſtionẽ poteſt

P. P A V. P.

f ¶Dominium. Vide Felin. in c. inter dilectos. in vij.col. de fide inſtr.

f ¶Dominium. An ſola locatio ſufficiat ad probationẽ dominij: adde quæ no.Bal.in l.fi.de adi.leg.& dicit̃ i c.ĩter dilectos. ꝑpe fi.de fi.inſt.vbi vide gl. Adde tex.ĩ c.cũ venerabilis.de religio.do.& in l.ſolẽnib⁹.C. de rei vẽ.

g P. P A V. P. ¶Fundum Titio. Vide Alex. conſil.ccccxcix.in j.col.& conſi.cccccj.Pau.conſi.ccxcv.ad finem.

h ¶Perpetuò. Vide Spe.limitãdo ſic hãc l.in ti.de loc.§.nũc aliqua.ver.iij.no.& vide ꝗ hic no.Bal.adde Alex.cõſ.x.& xij.iij.lib.Bal.cõſ.cccxxvj.cũ duob⁹ ſequẽtib⁹.cõſi.cclxxx.co.li.p Bal.cõſi.lv.iiij.lib.And.Sic.conſil.l.

i P. P A V. P. ¶Si quis cõductionis. Vide de materia aliquid per Alex.cõſi.cccccj. Itẽ regula huius legis nõ procedit, vbi agitur rei vẽdicatione. Vide Pau.conſi.iij.& conſi.xciiij. Itẽ ꝙ poteſt dñs expellere colonum vel inquilinũ ꝓpria authoritate, vide quæ habes in Bertach.in ver. emphyteuta ſoluere debet.in ij.col. Et ibi etiã quid ſi poſſeſsio rei locatæ reperitur penes tertium, an poſsit eam propria authoritate apprehẽdere. Item ꝙ remedium & beneficiũ huius legis non habeat locũ contra tertiũ poſſeſſorem, ponit etiam Alex.in d.cõſil.cccccj.in ij.col.vbi vult ꝙ inſtrumentum, emphyteuſis & locationis nõ probet quo ad tertiũ, ꝙ locans ſit dominus. Idem etiam vult Roma.conſi.cxxvij. Vide etiam ꝙ non poteſt refricari aliqua quæſtio agenti condictione ex hac lege, per Alex.cõſil.v. incip.puto de iure. Vide etiam poſt Bar.in l.rem alienam.ff.ſol.matri.& in l.ita vt ſi fur.ff.commodati. Et vide etiam an propria authoritate poſſit expellere. Et quid ſi primus cõductor alteri locauit, à quo recepit penſionem, quæ habes in l.ædem.§.eodem. Et quòd contra tertium non habeat locum condictio ex hac lege, pondera in ſimili quæ dicit Alex.con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſil.xcij.in iij.col.in j.vol.dum loquitur de condictione ex lege,ſi quis maior.C.de tranſact.Item q̄ poſsit refricari quæſtio dominij,q̄n de ea cōſtat notoriè in caſu huius legis,vide Alex.in l.ſi rem aliquam.in vlt.col.ff.de acqui.poſ.Sicut etiā poteſt opponi agēti interdicto ſpoliatorio. Vbi etiā q̄ diſpoſitio huius legis non habet locum quantū ad facta, ſed ſolum per reſtitutionem rei, & q̄ locatori competat remedium reſtitutoriū tanquā ſpoliato, quando colonus denegat reſtituere rem, vide Alex.in cōſil.ix.in j.colū. ad finē,in v.vo.Pau.de Caſt.in l.qui rem.ff.depoſiti.Bar.in l.fin.ff.de præcar. in l. nō abs re C.vnde vi.in l.ſi ei,a quo.ff. de vſucap.glo. & doctor. in c.inter dilectos. de fide inſtru.Bal. in l. cōductores. ſ. in j.titu. An autem ex ſola denegatione reſtitutionis dicatur committi furtum vel violentia vide Iaſ. in l.iij.§.ſi rem.de acquirend. poſſeſſ. ſed loquitur in re mobili. Item an remedium huius legis habeat locum in conducēte rem propriam à ſe poſſeſſam tempore conductionis vide omnino Cur. conſi.lxx.per totū. Item de materia quomodo conducens vel habēs aliter cauſam à me, non poteſt refricare quęſtionem dominij,vide Felin.in ca.inter dilectos.in xij.colū.de fide inſtru.Item q̄ iſta regula procedat etiā in emphyteuta,vide Bart.in l. legata inutiliter.ff. de adimen.lega. Item q̄ beneficium huius legis habeat locum in cōmodato, precario, & alijs ſimilibus cōtractib⁹,ex quibus oritur obligatio rem reſtitui,vide Pau.de Caſt.in l.ſi rē alienā.ff.de pigno.actio.in l.qui rē.ff.depoſ.in l.cōmodare.ff.cōmodati.in apoſtil.ad Abba.in ca.inter dilectos,de fide inſtr.Sali.hic,ad finē.Deciū in cōſil.lvj.col.iij. An aūt agēti condictione ex iſta lege poſsit tertius ſe opponere pro iure ſuo, iuxta l.bona fides,ff.depoſiti.vide Ant.de But.q̄ ſic in c.ſępe.col.iij.de reſti.ſpo. Bar.hic in ſua diſtinctione videtur velle contrariū.Quid autem ſi res locata ſit aliena, & poſt cōductionē cōductor eā habeat à verò dn̄o,an teneatur reſtituere locatori rem vigore iſtius legis? vide gl.q̄ ſic,in l.ſi quis fundum.§.ſi.ff.locati.& Bar.ibi & alios.pōt tamen agi per cōductorē ante finitā locationē,q̄ liberetur à cōductione ex iſta lege,vt ibi dicit no.Bar.in fine,& Fulg.Pondera eos velle etiā hoc peti poſſe,quando tempore cōductionis fuiſſet cōductor dn̄s.Et ratio eſt in promptu: quia finita declaratione an ſuper dominio finita poſtea locatione cōſtat notoriè de dn̄o cōductoris: imò tūc opponi pōt,vt dictū eſt.ſ. Et iſta declaratio poteſt peti vtroq; caſu:quia Bar.ibi & gl.volūt q̄ vtroq; caſu pariter locū habeat cōdictio ex iſta lege,finita poſtea locatione,ideo nulla eſt diuerſitatis ratio.

a referre dominij.[a] hoc dicit ſecundū lect.quam puto veram.Et legitur duobus modis principaliter, qui tanguntur in prima gl.Item ſecunda lect.diuiditur in alios duos modos, & tangūtur in ſecunda glo. Pono caſum in terminis ſecundū quod poſuiſti ſummarium:poſtea examinabo lect.lex iſta primò igitur quādo quis locauit alteri rem,quam ipſe conductor habebat tenebat,& poſsidebat:& hic caſus ponitur in prin.gl.¶ Cōtra quem caſum op.primò,ex ſola locatione non poteſt quæri poſſeſsio locanti:quia ſicut dominiū non poteſt quęri ſine cauſa:vt l.nunquā nuda.de acqui.re.do.ita nec poſſeſsio ſiue cauſa poteſt quæri: vt not.in l.quod meo.in prin.ff.de acquiren.poſſ.Solu.Dico q̄ iſta lectu.non procederet,ſi teneremus illā opi.

1 quam tenet Ia.de Are.Sed doct.†omnes communiter tenēt contrariū:quia poſſeſsio nō pōt quęri ex cauſa nulla,vel iniuſta:vt.l.j.§.ſi vir,de aquir.poſ.procedit ergo iſta lec.¶ Sed cōtra iſtā opi.op.de doli exceptione.l.dolo.& de reg.iur.l.dolo.Solu.Dicunt quidam iſtud eſſe ideo,quia iſta lex ſic

2 expreſsè ordinat.Tu†dic,regula dolo facis.nō habet locum in poſſeſſorijs recuperandæ poſſeſsionis:quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituēdus: vt l.momentaneæ.j.vnde vi.& l.ſi quis ad ſe fundū.j.ad legem Iul.de vi.ſed iſtud eſt indicium recuperandæ poſſeſsionis,cùm eo ipſo q̄ colonus dene-

b gat[b] mihi reſtituere poſſeſsionē,ſpoliat me: ergo ante omnia debeo reſtitui:nec poteſt opponi illa regula,dolo facis,quia petis.Iſta eſt vera lec. Alio modo gl.legit iſtam legē ſimpliciter in quolibet qui locauit rem,non diſtinguendo quis poſsideret.¶ Ad iſtam lect.op.locatio rei propriæ nō valet:vt l.qui rem.ſ.eod.& l.ad probationē.& ff.de poſi.l.qui rem.ergo non poteſt agi ex locato. Hic dicitur contrariū,quare malè.Huius timore lect.huius legis variatur duobus modis. Vno modo q̄ hic agatur actione ex locato.Non obſtant iura cōtraria:quia licet locatio nō valeat: tamen lex imponit tibi ſilentium, q̄ non poſsis hic opponere quòd locatio non valeat ratione dominij.Iſta lec.non placet,per l.ad probationē.ſ.eo.Pręterea.per oppoſitionem iſtius exceptionis detegitur q̄ agēs ſine cauſa,& ſine actione experitur:ergo nō debet audiri:vt l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego.geſt. Quid ergo dicendum eſt ſecundo modo,quòd hic agatur condictione ex lege iſta, & ceſſant omnia cōtraria.& iſta eſt vera.¶ Contra hoc op.ego vi-

3 deor tenere† q̄ agenti ex locato poſsit opponi exceptio dominij. Contra.ff.commoda.l.ita ſi fur.ſ.de pig.ac.l.nec creditores.cū ſi.Sol. Agenti ex locato, vel alia actione perſonali, non poteſt obijci exceptio de dominio tertij.Ratio,quia per hoc nō improbatur contractus.Poteſt enim quis mihi locare,commodare,& tradere pignori rem alienam: ſed ſi opponitur exceptio de dominio ipſius conuenti,bene poteſt hoc fieri:quia per hanc detegitē cōtractus nullus:vt l.qui rem.& l.ad probationē.ſ.eo.¶ Contra hoc opp.& videtur,q̄ de dominio tertij poſsit opponi:vt l.bona fides.ff.depo.¶ Solu.Ibi nō ſolū ego opponebam de dn̄o tertij:ſed etiam ipſe terti⁹ agebat cōtra me, & aſsiſtebat mihi.¶ Vltimò opp.j. de agri.& cenſi.l.litibus. Sol. Hic conſtabat de locatione:ibi non,ſecundū verā

c lect.Ex his diſtingue tria verba:[c] aut de locatione eſt dubium: & poteſt opponi exceptio dominij: vt d.l.litibus.Aut de locatione cōſtat:& tunc aut agitur cōdictione ex hac lege,aut actione ex eo cōtractu.Primo caſu non pōt obijci exceptio dominij:vt hic.Secūdo aūt caſu ſubdiſtingue. Aut obijcit conductor de dn̄o proprio,aut de dn̄o alieno, ſcilicet tertij:& hoc ſecūdo caſu aut ille tertius agit,& aſsiſtit ſibi,aut non:vt patet ex p̄dictis &c.

SI tibi. Allegaui tibi iſtam legem ſ.de pact.q̄ pactum veſtitum non veſtit pactum nudum inter alias perſonas:licet inter eaſdem ſic.

COnductores. Iſtā conſtitutionē habuiſtis de verbo ad verbum j. vnde vi.l.non ab re.ideo hic nihil de ea dicemus.Sed dic vt dixi tibi,&c.

d *De iure emphyteuticoa.* *Rubri.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Illa dicuntur differre ſpecie,quæ habēt diuerſas diffinitiones.
2 Ratio quare in emphyteuſi re perempta penſio non ſoluatur.
3 Qui locat,vel concedit in emphyteuſim, tenetur ad patientiam.
4 Ratio quare perempta parte rei penſio debeatur.
5 Contractus emphyteuticus in quo differat à contractu emptionis,& venditionis,& locationis.
6 Cōtract⁹ emphyteutic⁹ an debeat fieri in ſcriptis.
7 Emphyteuſis in quo differat à contractu liuelli.
8 Quid à contractu precarij.
9 Diminutio magna quæ dicatur, ad hoc vt fiat diminutio mercedis.
10 Si res in emphyteuſim cōceſſa augetur,an augeatur penſio.
11 Qua actione agatur ex iſto contractu.
12 Si res in emphyteuſim cōceſſa eſt ī loco guerre,vel peſtis,q̄ nō poſsit laborari:q̄ pēſio non debeatur.

LEX I.

IVs emphyteuticarium. Contractus emphyteuticus eſt

e contractus[e] per ſe,& pacta appoſita in

a ¶ Referre dominij. Quando conductor poſsit opponere exceptionē dominij locatori,adde gl.& Bal.in l.ei à quo.ff.de vſuca. & Bart.latius in l.ſi alienam.ff.ſol.mat.& quod no.dixi poſt Bart.in l. cōmodare.ff.cōmoda.

b ¶ Denegat. Vide hic Bal.& tex.& Bart.in l.ſi is qui.ff.de præſcri.ver.Et contra vide per Alex.de Imo.in conſi.xc.in fi.prin.in v.volu.

c ✠POMATES. ¶ Tria verba. Vide Alex.conſi.xij.vol.iiij.& conſil.xliij.in ij.col.eo.vol.& in l.ſi aliquā rē.maximè in vl.col.vbi declarat hāc l.ff.de acquir.poſſ. & vide etiam aliquid per Barb.cōſi.xij.col.iiij.vol.iij.

✠P. PAV. P.

d ¶ De iure emphyteutico. Circa materiam iuris emphyteutici,not.q̄ ſi cōceditur alicui fundus ſterilis in emphyteuſim, & emphyteuta ſuo opere & induſtria efficit eū fructificū,durabis in perpetuū, licet eſſet actum q̄ duraret vſq; ad tertiam generationē. Ita ſingulariter Bar. in l.quicunq;.la ij. C.de omni agro deſerto.lib.xj. declarat Roma. ſing.cclxxiij.inci.fundus. Quid autē importent verba,ad renouandum poſita in inſtrumento, vide Ang.conſi.clxxxvij.incip. ex forma & ſerie. circa finē. & ibi ponit ī prin. quid ſi aliquis accipiat emphyteuſin pro ſe & ſuis filijs & vna fœmina, an fœmina ſimul veniat cū maſculis,vide etiam in conſil. ſeq.Nunquid autē ſi pretium fructuū creſcat vel decreſcat,debeat fieri augmentum vel diminutio,vide Angel. conſil.clxxxviij.in v.colū.ad finem.& ſeq. Item not.q̄ fiſcus vel eccleſia poſſunt dare fundū in emphyteuſim cum pacto vt non incidat in commiſſum ſecūdùm Bart.in l. fundus.C.de fund.patrimo.lib.xj.Itē an pater poſsit præiudicare deſcendentibus non ſoluendo canonē,quādo tranſit ad filios vt filios,vide Alex.conſi.viij.in ij.col.in iij.volu.& ibi in prin.dixit q̄ bona emphyteutica eccleſiæ tranſeunt ad filios vt filios. De hoc vide etiam quæ habes ad Bar.in l.vt iuriſiurādi.§.ſi liberi. de oper.liber.an poſsit præiudicare filijs.Itē quid ſi res emphyteutica augeatur per alluuionē,an incrementū cedat emphyteutę,vide Iaſon.in l.de quibus.in vij.& viij.col.ff.de legib.vbi etiam ponit de feudatario.Debet etiam poſuiſſe in l.j.huius tituli: quia Salic.tangit hic. Item not.quòd ſi habeam rem in emphyteuſim,& illa peruenit ad tertium poſſeſſorem,qui fuit inueſtitus à domino,& ſemper ſoluit canonē,ego autem ante quā ſolui res non incidit in commiſſum.De quo vide j.in l.iij.in prin.ad Bart. Et dicit Alex.in d.conſi.q̄ hæres non ſoluens poteſt petere reſtitutionem in integrum ex clauſula. Item circa probationem iuris emphyteutici vide Ro.conſi.cxxvij.vbi dicit quòd quoad tertium non bene probat inſtrumentum emphyteuſis. Nunquid autem finita emphyteuſi poſsit dn̄s alium inueſtire ſine citatione emphyteutæ,vide Roma.conſi.cexij.

e ✠P. PAV. P. ¶ Eſt contractus. Adde q̄ eſt etiam ſtricti iuris,vide Comen.conſil.clxvj.in princip.

eo valent:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a co valent[a]: & ſi perit res tota: liberatur emphyteu
b ta. ſecus ſi pro parte. h. d. Ad euidentiā[b] debes ſci-
re, qualiter fiat contractus emphyteuticus: nā ab
initio datur certa quantitas, vt puta centū, & poſt
ea annuatim paciſcitur aliud modicum dare. Mo-
dò quæro, vtrum iſte ſit contractus emptionis, &
venditionis, vel locationis. Ad quod reſpōdet Im
1 perator. ¶ †No. ex prima parte, φ illa dicuntur dif
ferre ſpecie, quę habent diuerſas diffinitiones. Ex
vltima parte no. illam diſtinctionem: aut tota res
perijt, aut pars. Ad vltimam partem opp. & videt
φ à die celebrati contractus, periculum ſpectet ad
emphyteutam: ſicut dicimus in emptore: vt l. j. ſ.
de peric. & commo. rei ven. Solu. Aliud eſt in em-
ptione, aliud in locatione, & in contractu emphy-
2 teutico. Ratio, †quia in contractu emptionis, ven
c ditor obligatur ad rem, [c] & ſic ad ſpeciem certam,
vt ad officiū aliquod, ſcilicet ad traditionem quod
officiū eſt momētaneū. Vnde ſolutiōe eius quod
debetur, liberatur: & perempta illā certa ſpecie, li
beratur: quia ad ipſam certam ſpeciem tenebatur.
3 Sed ille, †qui locat, vel dat in emphyteuſim, nō te
netur ad certam ſpeciem, ſed tenetur ad patiētiam
vt patiatur colonum, vel emphyteuticarium vti
frui: vt l. ex conducto. in princ. ff. loc. quæ patiētia
cum habeat tractum, nec ſit certa, & limitata, non
poteſt poſtea pręſtari quando res eſt perempta: &
ideo non poteſt peti penſio. Iſta ſit vna ratio. Vel
aliter dic per l. pignus. de pig. act. res perit ei, cuius
eſt, ſed in contractu locationis, & emphyteutico
res eius remanet, & remanet etiam poſt contractū
perfectum, ideo ei perit. Secundò op. & videtur φ
quando perit pars rei, debeat fieri diminutio mer-
d cedis[d]: vt l. licet. ſ. ti. j. Solu. Aliud eſt in locatione
4 aliud eſt in emphyteuſi. †Ratio, quia emphyteuſis
datur ſub quadam penſione modica, quæ percipi-
tur magis ad oſtendendum recognitionem domi-
nij, quā recompenſationem fructuum, qui perci-
piunt: meritò licet pareat pars rei, non tñ fit dimi
nutio mercedis: quia ſemper remanent fructus ſuf
ficientes ad penſionem, ſeu canonem, quę annua-
tim præſtantur: quod non contingit in locatione
5 & conductione. ¶ †Quæro, in quo differt[e] iſte cō
e tractus, à contractu emptionis, & venditionis, &
locationis & conductionis? Sol. vt colligitur ex ſe
cunda & tertia gl. quas no. Inter alias habes vnam
differentiam, quā multū notaui vobis in quadam
diſputatione quam feci: dicitur hic, φ in emptiōe
& venditione, ſoluitur pretiū ab initio hic aūt ſol
uitur canon annuatim. & vide glo. Et per hoc ego
dicebam, quādo quis emit à communi Peruſij fru
ctus, reditus, & prouētus cluſij, pro certis annis, &
pro certo pretio ſoluēdo annuatim pro rata: vtrū
debeat fieri diminutio pretij propter ſterilitatem,
ſicut in locatione, & conductione: an verò non de
beat fieri ſicut in emptione & venditione. Dic vt
dixi in quæſtio. illa quæ incipit, publicanus. & in
ter alia quæ ibi dico, nō curo vtrū dicat, rē vēdidit
aut dicat, locauit. Sed dico inſpiciendū, vtrū ſit vē
ditio ſeu locatio. Inter alia eſt, vtrū præſtatio ſit
annua vel nō quod eſt vnū de his, propter quę diſ
cernit vtrū ſit emptio vel locatio. ¶ Quæro, vtrū
6 †cōtractus[f] emphyteutic⁹ debeat fieri in ſcriptis[g].
f Dicunt quidam φ ſic, per tex. in ver. in quo cūcta.
g & hoc videt tenere gl. iſta, quam modò legi. Alia
gl. ſuper verbo, ſcriptura, videtur dicere aliter. φ
licet permittatur φ fiat in ſcriptis, nō tñ prohibet
quin poſſit fieri ſine ſcriptis. & iſtud approbat cō
h ſuetudo[h]. ¶ †Quæro, in quo differt iſte cōtractus
7 à cōtractu liuelli[i]. Dicunt quidam φ emphyteuſis
i datur perpetuò, vel vſq; ad certas generationes: li
uellus datur vſq; ad xxx. annos. De hoc cōtractu
liuelli tangitur in gl. ſ. de ſacroſan. eccl. aut. ingreſ
ſi. & l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infec.
Breuiter puto φ nulla ſit differentia inter emphy
teuſim & liuellum. Item videtur text. x. col. quali
8 ter feudum poterat alienari. c. j. ¶ †Quæro, qd dif
k fert iſte contractus à cōtractu precarij. [k] Quidā ca
noniſtæ ponunt inter hæc aliquas differentias, vt
extra, de precarijs. c. j. Breuiter ſecundū nos preca
riū differt abſq; dubio: quia in cōtractu precarij nō
interuenit pretium. & pōt dñs reuocare qñ vult:
ſed in quibuſdā partibus de cōſuetudine poſſeſſio
nes emphyteuticæ diuerſis nominibus nuncupan
tur. Quidā appellāt eā precariā: quidā appellāt eā
liuellū: quidā appellāt ea ad firmā: quidā eā appel
lant ad penſionē: non tamē curo, quomodocunq;
nuncupetur, emphyteuſis eſt. ¶ Quæro, dicit hic
9 ſi fuerit facta diminutio, † qñ dicat diminutio ma
gna: ita φ fiat diminutio mercedis. Dicunt quidā,
ſi petit vltra dimidiā rei, gl. noſtræ dicunt bene in
diſtinctè, φ ſi aliquid remanet, debet pręſtari tota
l pēſio. Ego intelligo[l] illud ſi tātū remanet, ex quo
m pcipiunt ſufficiētes fructus[m] ad pēſionē. ¶ †Quæ
10 ro, quid econuerſo, ſi res augeatur, an augeat pen-
n ſio.[n] Gl. diſtinguit, aut ſit augmentū latens, aut ſit
augmentum patens. quod non placet: imò puto φ
omne augmentum indiſtinctè pertineat ad ipſum
emphyteutā. j. de allu. & palu. l. iij. & ar. huius l. p
locū à cōtrarijs: vt qd iuris eſt in diminutiōe idē in
11 augmēto. ¶ †Quęro, qua actiōe[o] agat ex iſto cōtra
o ctu? Dicūt qdā cōdictiōe ex lege iſta. Alij dicūt, vt
Pet. & Cy. ſequendo eū, φ hic agit actiōe præſcri.
verbis. φ apparet: qa hac lege nō indiſtinctè indu
cit obligatio noua ſed illa, q̄ erat, in nouā ſpeciē re
ducit. Præterea, dicunt ipſi φ qñ lex inducit obli-

a ✠ *P. P A V. P.* ¶ Valent idem eſt in omnibus contractibus l. j. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. ſed præcipuè in emphyteuſi, vt hic. Idem in feudo. Vide Com. conſi. clxj. in ij. col. ad finem. verſic. ad generale quæſitum. Et in feudis idem dicit no. Io. de Anna. conſi. vij. inci. viſis & ponderatis. in ij. col. verſi. ij. præmitto.

b ¶ Ius emphyteuticarium. Ad euidentiā. vide in. §. adeo. Inſtitu. de loca. & Bart. in l. liberti. in vl. col. de oper. lib. & Specu. de loc. §. nūc aliqua. & Bal. hic in rubri. Et pro dicto Barto. hic eſt glo. no. in c. potuit. de loc. Vide Bar. in ſecunda oppoſi. & Cy. hic in. vlt. colū. & Bart. in l. ſi mihi & Titio. de verbo. obliga.

c ¶ Ad rē. Vide not. per Bart. in l. ſi vno §. item cū quidam. ff. loca. & not. φ in hoc contractu feudi, & locationis habet locū vtilis redhibitoria, quantò minoris: vt ſin. no. Bart. in l. ij. de ædil. act. Quid autem ſi emphyteuta ſcidit arbores fructiferas an dominus poſſit ipſum expellere vide Bart. & Bald. & Imo. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. ma. & in aut. qui rē. de ſacroſanc. eccle. Et an habeat locū in emphyteuta priuati, in ea parte, dū dicit, φ propter deteriorationem pōt expelli, vide Bald. & Imo. i d. §. ſi fundum. Et iſtud adde ad ea quæ not. in l. proxi. in verſi. quæro vtrum dominus & facit ad l. ędem. ſ. loca. Adde quæ poſui in d. §. ſi fundum. vbi alle. Bal. tenere φ incidens arbores fructiferas poſſit expelli: & ad id quod dicit Bar. φ ementi fructus cluſij debeat fieri remiſſio, vide Petr. de Ancha. conſi. ccclij.

c ✠ *P. P A V. P.* ¶ Ad rem. Per iſtam rationem infertur, iſtud non procedere, vbi in emphyteuſi præſtetur penſio ad reditum. Ita infert Ro. conſi. ccclxix. in viij. col. ad finē & prin. ſeq. Alex. cōſi. cxij. de quo j. Barbà. in rubr. extra, de locato. in vlt. col. Aret. latè in l. interdum. in princ. in ij. col. & ſeq. de acqui. poſ. Socin. in l. Gallus. §. & ſi parente. in ij. colū. in ij. concluſione. de lib. & poſthu. Iaſ. hic col. xix.

d ✠ *P. P A V. P.* ¶ Mercedis. Circa iſtam legem primam φ quando res perit, liberatur emphyteuta: quid ſi combuſta ſit domus, an liberetur. Ang. in §. lex ita. in aut. de non alien. tenet φ liberetur à penſione. Idē eſt de mente Imolæ in c. potuit. in xxxvij. col. extra, de locato. Contrarium videtur velle gl. in l. inter. §. dāni. ff. de dāno infec. Fulg. hic. Vide moder. in repeti. l. quò minus. in xxiiij. q. ff. de flumi. Quid autem in conductore ad longum tempus, de hoc vide Aret. in conſi. lv. qui dicit ſecus eſſe.

e ✠ POMATES. ¶ Differt. An differat contractus emphyteuſis à cōtractu emptionis & venditionis, & locationis, vide Arc. conſi. cxj. vbi ponit, an liceat arguere ab emphyteuſi, ad locationem, & longum tempus.

f ✠ POMATES. ¶ Vtrum contractus. Vide Barb. conſil. xiiij. col. xij. vo. ij. & Ro. cōſi. ciij. & Alex. cxij. in fi. in j. vo. & cxxxvj. co. iiij. c. vo. & vj. vol. ij. & l. col. ij. vo. v. Ang. Are. in §. adeo. Inſti. loca. & Bar. ſibi cōtrarius in l. iuris gentiū. §. quinimo. in vlt. co. ff. de pact. & Soci. cōſi. clxix. col. pe.

g ¶ In ſcriptis. Et φ requiratur ſcriptura, tenuit Io. an. in c. potuit. de loca. & idē Bal. hic, & gl. in l. cōtrahitur. de pig. & in l. pactum quod bona fide. C. de pact. Spe. cōtra in ti. de locato. §. nunc aliqua. ver. quintò quæro per gl. in §. adeò. Inſti. loca. do. Ant. in d. c. & doc. tenent. opi. Bar. hic.

ADDE φ nō requiratur ſcriptura Alex. conſil. xxvij. iiij. li. And. Sicu. cōſi. xiij. In quo autē differat libellus ab emphyteuſi, vide Ang. cōſ. clxxxiiij.

h ✠ *P. P A V. P.* ¶ Conſuetudo. De hac conſuetudine approbata vid Ro. conſi. ciij. ad finem.

i ¶ Contractu liuelli. Vide Bal. in d. §. ſi de vectigali. & Bal. ſ. in rub. Et qd ſi dico. vendo tibi dñium talis rei. Dicit Bal. hic in ij. col. φ non eſt emphyteuſis, ſed contractus ſuperficiarius.

k ¶ Contractu precarij. Vide Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dā. infec. & Bal. ſ. e. tit. in rub. vide Bal. in l. liberti libertæq;. in vlt. co. j. de ope. lib.

l ✠ *P. P A V. P.* ¶ Intelligo. Vide Alex. omnino conſil. cxij. & ibi etiā latè ponit an ꝓpter inundationem debeat fieri remiſſio, & φ in emphyteuta, vbi præſtatur pēſio correſpondens fructibus non habet locū quod hic dicitur ſi perit tota &c. vide Barb. in rub. extra, de locato in fine. Et de inūdatione vide etiam Ro. conſil. ccclxix. in viij. colū. Vide etiam do. Fran. conſil. lv. vbi generaliter ponit an & quando dicta in emphyteuſi habeant locum in locatione ad longum tempus. & latè etiam eundem conſi. cxj. Iaſ. in aut. qui rem. in prin. de ſacroſan. eccle. Habes in rub. ad Bar. ſi ager vectig. Barb. in d. rubri. in vlti. col.

m ¶ Sufficientes fructus. Abbas Sicu. in d. c. potuit. dicit φ non putat hanc limitationem eſſe veram inter emphyteutam & colonum. Vide Spec. de locato. §. nunc aliqua. verſi. licet & hic. ſecundùm Inn. eſt differentia, vt patet ex no. per Bar. ſ. ea. l. in prin. & in ij. oppo.

ADDE quando per diminutionem rei emphyteuticæ ſit fienda remiſſio, And. Sicu. conſi. xiij. ij. lib. Alexan. conſil. cxij. j. li. & vnū verbum per Pet. de Anch. conſi. l.

n ¶ Augeatur penſio. An propter augmentum rei emphyteuticæ augeatur penſio. Bal. in l. ea. j. de alluuio. Faciunt no. per gloſſ. & Bal. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. per docto. in c. potuit. extra de loca. & ibi Innocen. in xxxij. colum.

o ¶ Qua actione. Idem tenet Bar. in l. j. de public. iudi. Sed contrarium tenet in l. j. de condi. ex lege. & φ ſit contractus innominatus emphyteuſis venditio, tenet Bal. in l, ſi, ſ. quando liceat ab em. diſce. & in rub. ſ. de rerū permu. Contrarium tenet Bar. in l. iuriſgentium. §. quinimo. de pact. vide Innocen. in c. potuit. extra, de loc. xxxiij. col.

a ¶ Laborari. Abbas Siculus in c.potuit.de loca.refert do.Car. conſuluiſſe contrariũ Paduæ.& idem collegiũ Paduanum per iſtum tex.& iſtam opi. putat veriorē:niſi fundus eſſet totus captus ab hoſtibus,nec eſſet ſpes recuperationis:& ita procedat communis opinio Legiſtarũ hic. & vide Bal. hic in ij.col.& vide Bar.in l.cũ plures.in princi.ff.locati.& in l.interdum. §.qui ex naufragio ff.de acquir.poſ.ad de l.ex conducto. & quod ibi Bar. loca.quid de hac quæſtione: Tertius præſcripſit contra emphyteutam: tandē dominus agit reivēdicatiōe directa ꝓ recuperatione emphyteuta agit contra dominum, & vult eam recuperare:quæritur an poſſit:? Ego reperio ꝙ Bal.in ſimili in feudo loquendo ponit opi.in c.j.§.j.& c.ſi.de prohib.feu.alie.per Fede. determinat tamen ꝙ nō poſsit.Facit ad no. in l.ij.de excep.rei iud.

ADDE primæ parti,quod conſuluit Ro.conſi.cccc-xxxij. Et an cùm presbytero obijcit, ꝙ non ſit dominus rei emphyteuticæ, ſufficiat probare ꝑ libros cenſuales eccleſiæ,& eſt deferēdum iuramentum in ſupplementum probationis. Rom. quòd ſic,eius conſ. cxxvij.

❦ *P.PAV.P.*
a ¶Laborari. Vide Alexan.latè conſi. cxij.Barba.in c.potuit.in viij.colũ.& ſeq.Aret. latè in l. interdum.§.j.de acqui.poſſeſ. Iaſo.latiſsimè in iſta lege j.in ij.col.& ſeq.

gationē nouam,habendo reſpectũ ad principia legis xij.tabula.agitur prēſcri.verb.Ita loquitur in materia contractuum innominatorũ.Hoc nō placet per hoc Pet.& Vltramō.contradicũt ſibimet. nam ipſi dicunt,ꝙ actio præſcriptis verbis nũquã oritur,niſi ex contractibus innominatis. Sed ſecũdùm eos hic eſt cōtractus innominatus,ſcilicet cōtractus emphyteuticus,& ex eo oritur actio præſcri.verbis quod nō eſt dicēdũ.Dicēdũ eſt ergo ꝙ orit̃ cōdictio ex l[..]e iſta. Nec obſtat quod dicunt ꝙ non inducitur [o]bligatio:imò induci obligatio noua:nã de iure antiquo poſito ꝙ nō eſſet locatio neq; cōductio,ſicut nō erat in veritate:nō oriebat̃ actio neque obligatio efficax ex illo cōtractu,niſi rei interuētu veſtiret̃:& veſtire hũc cōtractũ pfectè erat difficile:qm̃ incertũ erat ex parte dñi,quãto tꝑe debet pati emphyteutã:& ex parte emphyteutæ erat incertũ quãtã pēſionē ſoluere deberet. Ad illud quod ipſe dicit,qñ lex noua inducit obligationē ꝑ reſpectũ ad legem xij.tabularũ: dico ꝙ hoc falſum eſt,vt dicã tibi ĩ l.j.ff.de cōdi.ex l. &c.
12 ¶Quæro,†quid ſi res nō perijt.ſed eſt in loco, in quo propter guerrã non pōt laborari[a]:vtrum debeat ſolui penſio.Ia.de Are.determinat ꝙ nō: ſicut ſi in totũ eſſet dãnificata.ar.l.interdũ.§.j.ff.de acqui.poſ.& l.cũ vnus.§.vlti.de bo.auth.iu.poſ. Et hic refert Cy.Azo.qđ tene mēti ꝑpetuò, &c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Emphyteuta ceſſans in ſolutione, quando cadat in commiſſum.
2 Ceſſans in ſolutione canonis,cadit ab emphyteuſi,domino volente,& non ipſo iure.
3 Dominus quando poſsit emphyteutam expellere propria authoritate.
4 Dominus rei emphyteuticariæ poſsidet ciuiliter.
5 Libellus an requiratur quando dominus vult expellere emphyteutam officio iudicis remiſsiuè.
6 Pactum,quòd dominus non poſsit emphyteutam etiam non ſoluentem expellere,an valeat.
7 Pactum contra naturam contractus,facit contractum nullum:ſecus ſi fiat contra accidentalia, vel naturalia contractus.
8 Dominus quando ſibi præiudicet recipiendo penſionem omnium annorum ab emphyteuta, termino elapſo.
9 An emphyteuta,vel dominus,debeat probare ſolutionem,vel non ſolutionem.
10 Negatiuam quis debet probare remiſsiuè.
11 Si emphyteuta promiſit pœnam, ſi non ſoluerit penſionem,an poterit expelli.
12 Per prouiſionem hominis ſpecialem,ꝙ non receditur à prouiſiōe legis communis: ſecus ſpecialis.
13 Stipulatio,vel pœna non nouatur per præcedentem conuentionem,quando præcedit contractus à iure ciuili inductus.
14 Quãdo pœna eſt promiſſa per emphyteutã: an eo ceſſante in ſolutiōe poterit peti pœna, & expelli.
15 Clauſula,toties quoties &c.operatur quòd pœna plus quã ſemel peti poſsit.
16 Domino qualiter ſuccurratur, ſi primus emphyteuta facit alium emphyteutam.remiſsiuè.
17 Hæredi ignoranti, qui non ſoluit,quomodo ſuccurratur.

## LEX II.

b IN emphyteuticarijs[b]. Diuiditur in duas partes principales. In prima parte prouidet dño. In ſecunda emphyteutæ. Secunda ibi: ne aũt. Itē iterum prima ſubdiuiditur.nã primò ſtatuit pactiones appoſitas in hoc contractu eſſe validas. Secundò ſtatuit per ceſſationem triennij omiſſam, rem redire ad dominũ. Tertiò remouet tres obiectiōes quæ poſſent fieri per emphyteutam. Secunda ibi: ſi autem nihil. Tertia ibi: nulla. Et hæc ſufficiant pro ſummario.¶ Ad euidentiã huius legis prēmitte primò, quid velit dicere apocha publicarũ functionũ:vt dicit gl.ſuper verbo,pēſio.¶Opp.ſ.de
c ſacroſan.[c]aut̃.qui rē.vbi ſufficit curſus biēnij.Sol.
d Dicit gl.[d]in emphyteuta†eccleſię requiritur bien
1 niũ,vt in cōtrario:et in emphyteuta priuati trienniũ vt hic:idē in colono priuati quod in emphy-
☞teuta eccleſię:vt ff.loc.l.q̄ro.§.inter. Cōtra iſtud dictũ gl.op.& vr̃ ꝙ colonus ſtatim ꝙ nō ſoluit pēſionē,poſsit expelli:vt l.ædē.ſ.ti.j.So. Aut loquimur in emphyteuta,& diſtingue emphyteutã eccleſię ab emphyteuta priuati,vt dictũ eſt. Aut loqmur ĩ ſimplici colono: & diſtĩgue,aut fuit actũ de eo nō expellēdo: & intelligit̃ niſi ceſſauerit ĩ ſolutiōe ꝑ tꝑs ſtatutũ:vt l.q̄ro.§. inter locatorē. Aut
e nō fuit actũ& pōt expelli ĩcōtinēti,cũ ceſſat ſolue
f re[e]vt l.ędē.ſ.ti.j.¶Venio ad quęſtio.& attēde[f]an

b ❦POMATES. ¶In emphyteuticarijs. Ad iſtam l.vide vnum verbũ Barb.conſi.ſuo lj.col.cij.cũ duabus ſeq.vol.j.& conſi.lxiij.col.lxx.& ſeq.eo.vol. Adde etiã Alex.conſi.lxxj.col.iij.ad fi.vol.j.& Barb.conſil.l. col.x.vo.j.& Alex.xl.vol.ij.& clxxj.co.j.vo.ij.& ix.vol.iij.vbi ponit,an vaſallus,qui debet certam penſionem pro feudo,cadat à iure ſuo, ſi illam non ſoluat.& xliij.vo.iij.vbi ponit,ad quem ſpectent melioramēta facta in re emphyteutica, finito iure emphyteutico.& ibi etiã ponit quid in vaſallo.& ciij.alias,cv.col.v.volu.iij.vbi ponit an emphyteuta,vel ſimplex conductor poſsint expelli,ſi ceſſauerint in vno numo,vel vtantur male. & ibi ponit exemplum,quando dicatur malè vti,in vj.col.

b ❦ *P.PAV.P.*¶In emphyteuticarijs.No.circa iſtam materiam ꝙ ſolutio canonis facta per quēcunq;, etiã ſi eam faciat nomine ſuo,perdet verè emphyteuta,etiã ſi ille tertius crederet ſe emphyteutã & non erat. Vide moder.hic in xlviij.col.Quibus adde Pau.de Caſt.conſi.ccxv.incip. ſi non intraſſet.ad finem. Alex.in cōſi.clxxj.ad finem.Et fuit deciſio Bal. in l.ſolēnibus.de rei vendi.Vide etiã no.omnino Roma.conſi.ccccxcj.circa medium.& conſi.ciij.& omnino in ſing.dlxx.inci.ſi emphyteuta. Bal. & Gul.in l.arboribus.ff.de vſufru.§.quod tamē.Sal.in l.cum proponas. C.pro ſocio. Ang.in l.legato vectigali.ff.de pigno,Pet.de Ancha. conſil. xliij.Spe.in ti.de locato.§.nunc aliqua.verſi.lxxxj.cũ ſeq.vbi etiã Io. an. & Bal.in additio.limitat iſtam concluſionem ſingulariter Paul.de Caſt.in conſi.clviij.in j.col.inci.viſo & examinato.quomodo emphyteuta feciſſet omnem ſuam diligentiam in auocando ipſam à manibus poſſeſſoris, & non potuiſſet.Secus ſi fuiſſet negligens.Quod conſilium ſequitur Feli.in c.ex tranſmiſſa in j.col.extra de præſcri.licet corruptè alleget.Sed aduerte,quia non loquitur Pau.in terminis deciſionis præmiſſæ, videlicet quando aliquis ſoluiſſet canonem:ſed loquitur de eo,qui non petijt ſe inueſtiri intra annum,quando eſſet nouus ſucceſſor. Ideo videtur ſubeſſe alia ratio. illam enim rationem allegat ſimpliciter pro limitatione dictæ clauſulæ concluſionis Fran.Curt.in quibuſdam notabilib.ſuis.in penul. charta,licet non ponat eam pro conſtante.

c ¶Opp.ſ.de ſacroſan.eccle. Et de materia vide per doct. in c.fin.de cau.poſ. plenius in c.peruenit.de cenſi.& vide gl.hic vtrũ propter ceſſationē ſolutionis penſiōis eccleſię res eat in commiſſum.No.Spe. in ti.de loca.§.ſi.ver.vj. Vtrum autem ipſa regula, ſi nō ſoluat canonē,cadat à iure ſuo,ſit vera: vide gl.ꝙ ſic,in aut. qui rem.ſ.de ſacroſan. eccle.& Bal.in l.placet.eo.tit. Adde an canone ſoluto, emphyteuta poſsit expelli:Paul.de Caſt. conſ.cxxxv.& ccxv.Pet.de Anchara.conſi.xliij.Abb. cōſil.iij.ij.libr.in vj. quęſtio.Roma.cōſil.cxij.Bald.conſi. xxj.& ccclxxvj.& an ſi eccleſia nō ſoluit res, incidat in commiſſum: vide Bal.ꝙ ſic,conſi.ccxxiiij.inci.Reuerēdiſsime pater. & ccccvj.iiij.li.An res reuertatur ad eccleſiam cum melioramentis. An autem ſi elapſo triennio, dominus recipiat penſionem,ſibi prę iudicet: Alex.conſil.cv.iij.lib.& conſil.xiiij.ij.libr.vbi etiam,an prælatus poſsit recipere in præiudicium eccleſiæ per Abb.conſil.lxvij.ij.lib.Et quis debeat probare ꝙ ſoluit,vel non ſoluit:vide Bal.conſi.cxliij.ij.lib. Et qualiter ſuccurrat̃, quando emphyteuta facit alium emphyteutam:vide Ro.conſil.cccxj.Et an ignorans heres reſtituitur vide Abb.conſi.lxxiiij.

d ❦POMATES.¶Dicit gl. Intellige,& nouiter iſtud biennium, ſiue trienniũ,qualiter accipit̃,in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſol.ma.& maximè per Bal.in l.fi.dũ refert ad poſſeſsionē noſtrarũ ptiũ.& Alex.ibi in fi. pe.col.in ver.vnũ nō omitto,& generaliter ibi per alios doct.& fortaſsis iſtud in practica obtineretur,quod credo nunquã fuiſſe ita practicatum.

e ❦POMATES.¶Ceſſat ſoluere. Vide do.Fran.de Crema in notabili ſuo lvj.& aliquid per Alex.conſi.v.col.ij.vo.v.& conſi.xj.col.fi.e.vol. & Bar.conſi.xv.& ſeq.vo.j.Ro.conſi.ccxxij.& Alex.vj.col.pe.& fi.vol. iij.vbi ponit,an vltra voluntatem domini declarantis requiratur ſententia: & an quando dominus declarat requiratur citatio.

f ❦POMATES. ¶Et attende. Vide Alex.cōſi.xliij.in iij.volu. Adde,& quid iuris ſit in vaſallo vel emphyteuta alienante irrequiſito dño: vide Bal.cōſi.ix.col.ij.in prima parte: & maximè qñ alienatio facta eſſet ſub conditione,ſed deuentum fuit ad traditionem puram. Et vide ad hæc Alex.conſi.clxxij.vol.ij.vbi dicit,ꝙ etiã alienãs irrequiſito dño,nō priuatur iure ſuo, niſi dño volente; & ibi dicit ꝙ vbicunq; dicimus rē ad dñm reuerti ipſo iure,propter aliquid debet intelligi ipſo volente: vide etiam ipſum conſi.ciij.vol.iij.vbi ponit de alienante,& non ſoluente canonem.

f ❦ *P.PAV.P.*¶Et attēde.Quid autem ſi emphyteuta ceſſauit in aliquo minimo,an cadat à tota re. Iſta quęſtio duobus modis intelligi debet.Primò quando canon inſiſtebat ſolùm in vno numero,vel in alio minimo: & tũc etiã cadit,niſi errore ductus faciat. Vide Alex.in l.in executiōe.§.itē ſi ita ff.de ver.ob. Vide de materia Iaſ.poſt alios in aut.q̄rē.C.

tequàm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de ſacroſanc.eccle.in vj.col.& ſic in xlij.col.& ſe.ver.xv.& xvj. Alex.cõ.
ccccLxxiiij.& eſt cvj.in iij.volu.incip.magnifice prætor. in vj.colũ. Vide
omnino Soci.in l.quãuis.in iij.col.ff.de condi.& demonſt.per illum tex.
quem tamen bene declarat Alex.in d.conſi.Et licet Iaſo.hic in d.conſil.
xlij.faciat differentiã inter colonum ſimplicem & inquilinum & emphy
teutam, allegando
Bald.in l. ædem.in
iij.col. ver. ſed nun
qd ꝓ vno nummo
licet ipſe aliter alle
get : tamen in dict.
authentic.qui rem.
vbi etiam allegat
Bald.ad propoſitũ
emphyteutæ,& cõ
muniter alij præal-
legati non faciunt
differentiam inter
emphyteutam &
ſimplicem colonũ
nec eſt ratio diuer
ſitatis. Et ſolet eſſe
communis conclu
ſio ꝙ etiam ex de-
fectu ſolutionis in
vno nummo cadit
ab omni iure , niſi
per errorem vel
paupertatem talis
defectus proceſſerit
d.l.quamuis. Ad-
uerte tamẽ quia d.
l.quamuis. loquit̃
qñ nulla eſt certa,
& determinata quã
titas debebat̃, ſed
erat obligatus red-
dere rationem &
reliqua. Et ita etiã
loquitur Bald.in l.
pro hæreditarijs .
in verſic.xj . C . de
hæredita. actione .
qui allegat illam le
gem,& cui ideo eſt hæc limitatio . Et ita etiam allegat in dicto conſilio
ccccLxxiiij.& etiam ſi eſſet determinata quantitas & ex alio probaretur
error,idem eſſet,licet non ita faciliter præſumatur.Nunquid autem em-
phyteuta cadens propter canonem non ſolutum:cadat etiam à pacto de
retro vendendo, vide Comen.ꝙ ſic in conſil.lxv.inci.Titius locauit . Et
ibi etiam dicit ꝙ vigore talis pacti tenetur dominus ſolum facere ſe em-
phyteutam ipſius emphyteutę pro eadẽ fructus prętatione,vt not. ibi ꝑ
eum:& ꝙ non cadat à pacto,quando eſt in alio inſtrumento: ſecus ſi eo.
Tenet Cepola in tractatu de ſimulatio.contract.in ſecunda præſumptio.
circa finem Iaſ.in.l.re.C.de iure emphy.xxviij.col.totius tractatus.refert
ſimpliciter tenere ꝙ non cadat. Vide omnino Barba.conſi.lv.&.xxj. co-
lum.in.j.vol.vbi facit fundamentum,quia pœna priuationis nunquã im
ponitur,niſi a lege expreſſa caueatur vide per eum. Ad quod etiam facit
quod voluit Bald.in.c.ſtuduiſti.in fine.iij.col.extra de off.delega.De illo
cui papa conceſsit caſtrum cum certis cõditionibus,quibus ille conuenit
& ſic eſt priuatus:quia ſi idem ex alio habeat conceſsionem ipſius caſtri à
papa puta quia conceſsit ſibi quandam ciuitatem cum ſuis caſtris compre
henditur iſtud , ꝙ licet ſit excluſus ex primo capite,& à prima conceſ-
ſione poterit venire ex ſecunda,nec ab iſta videtur excluſus .facit Glo.in
l.j.§.ſciendum.de ſucceſ.edicto de illo,qui poteſt ſuccedere vt agnatus &
cognatus, ſi negligit ex vno, poterit ex alio capite venire facit etiam quia
per tale pactum competit ſibi ius ad rem , non in re : & per non ſolutio
nem videt̃ ſolũ priuari iure, & quod habet in re, ꝓpter iſtam le. ergo &c.
a ✠ P . P A V . P . ¶ Oportet ergo. Adde etiam no.Com.conſil.cliiij.
in.j.dubio vbi etiam ponit idem eſſe & multò fortius in feudo. Et ibi etiã
dicit,multos tenere ꝙ requirat̃ ſententia,ſed communis eſt ꝙ ſufficiat de
claratio voluntatis.in feudo autem dicit requiri ſententiam. Subijcit etiã
ibi, ꝙ ſi emphyteuta,qui ceſſauit decederet antequã dominus declararet
volũtatem & quòd non poſsit amplius declarare cõtra hæredem emphy
teutæ & ſimiliter in feudo ſi decederet ante ſententiam latam ſuper non
ſolutiõe,qa nõ poſset amplius ab hærede feudatarij aliqd habere. Ad qđ
vide omnino in.l.ſi.C.de reuocan.dona.& quod ibi habes in.l.rei iudica
tæ.§.j.ff.ſolut.matrimo.Item dum Bar.dicit quòd cadit ſi dominus vel
let,vide Iaſon.in.l.poſthumo.in.viij.colum.de contratab.vbi ponit pro
regula generali etiam in alia materia.Item quomodo emphyteuta poſsit
purgare moram,vide Cepo.cautela cxlviij.Item nota quòd emphyteuta
non ſoluens canonem,cadit à iure ſuo etiam ſi habeat priuilegiũ à papa,
vt propter canonem non ſolutum res non reuertatur ad dominum,vide
Bertach.in tractatu de gabel.in vij.parte.in ij.colum.Et quòd non valeat
priuilegium à papa ꝙ emphyteuta non ſoluens non cadat, vide Crem.
ſingulari cviij.valet tamen conſuetudo in hoc.vide Decium in c.j.de of-
fic. deleg.in princ.
lecturę.etiã in bo-
nis eccleſiæ. An au
tem caducitas ſit
pœna, Bal.in l.pla
cet.C.de ſacroſan.
eccle. dixit ꝙ non.
Tamen Alex.poſt
Ang.in l.inſulam.
in viij.columna.de
verborum obliga-
tio . dicit quòd eſt
vena legalis. Item
multa alia in mate
ria emphyteutę nõ
ſoluentis canonẽ ,
vide in Bertach.in
verſic.emphyteuta
ſoluere debet . vbi
habes additiones.
Itẽ an illud, quod
dicitur in iſta lege
in emphyteuta,ha
beat locum in liuel
lario.Fulgoſ.tenet
ꝙ non,cõſil.vij.co-
lũ. iij. vide moder.
hic.
b ¶ Sua authoritate.
Vide Innoc.in ca.
fin.de præſcrip. in
iij. col. & in c.fina.
ſuper gloſſ. extra,
eod . Sed nunquid
de facto poſsit ex-
pelli emphyteuta
de poſſeſsione?dic
quòd non,niſi cul-
pa eſſet liquida,&
nihil in delictum allegaretur.Ita refert Bald.ſequen.Specu.in ca.j.§.ad
hæc.de pace iura,firmã.& vide ſecundùm eum quod no.Bar.in l.iij.de pi
gno.& not.hic Bald.

2 tequã intrẽ gl.vtrũ canone † nõ ſoluto,res reuerta
tur ad dñm ipſo iure:certè nõ niſi domin⁹ hoc vo
luerit.dicit hic tex.ibi volẽti licere ei:&c.& ibi:ſi
dñs voluerit repellẽdo &c.Hoc videt̃ velle. gloſ.
parua:qa ſi tu vẽdicares fundũ ab aliquo, tanquã
emphiteuta,vł aliàs velles ꝓbare ad te fundũ ꝑti
nere,iure emphyteutico:nõ põt tibi terti⁹ oppone
re de canone nõ ſoluto:qa ꝑ hoc à tuo iure nõ ca-
a dit niſi domino volente, oportet ergo [a] . ꝙ de dñi
volũtate cõſtaret. ¶ Hoc pręmiſſo intro gloſſ.&
3 quęro vtrum dominus † poſſet expellere emphy-
b teutam ſua authoritate [b] :gloſſ.dicit ꝙ ſic:ſed me
lius erit,ſi fiat authoritate iudicis.aꝭs Spec.de hoc
diſtinguit:aut conſtat, ꝙ ſit emphyteuta , aut nõ.
&c.Mihi videt̃, ꝙ iſta ſit veritas:aut domin⁹ vult
emphyteutã repellere de poſſeſsione, ipſo cõtra-
dicente,& exire nolente:tunc: enim repellere nõ
poteſt:vt l.non eſt ſingulis.ff.de regulis iuris . Si
verò non vult expellere, ſed ipſe vult ingredi, &
turbare illum emphyteutam in poſſeſsiõe ſua: nõ
dico totaliter expellere , tunc poteſt. Probo cer-
4 tũ eſt,quòd † dominus poſsidet ciuiliter: vt l.ma-
le.& ibi no.j.de pręſ.xxx.anno.& l.iij.§.ex con-
trario.& quod ibi not.de acquirenda poſſeſsio.er
go ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis, poteſt ingredi
poſſeſsionem. Itẽ põt emphyteutam turbare : nã
emphyteuta poſsidet vitioſè ab eo : ergo &c:vt l.
j.in fine.ff.vti poſsi. ¶ Quęro ſecundò.dicitur hic
in gl.ſed melius facit,ſi per officiũ iudicis : vtrum
5 † quãdo vult eum repellere per officium iudicis,
requiratur libellus. Glo.hic videtur dicere quòd
ſic ibi,per libellum &c.Sed ego iſtũ paſſum mul-
tũ benè & perfectè examinaui ĩ l.creditores. j. de
pign.dic vt ibi.& dixi in l.j.§.neceſſario.ff.ſi mu.
6 vẽ.no.in poſteſ.mit. ¶ † Quæro tertiò, quid ſi do-
minus fecit pactum,vt nõ liceat emphyteutam ex
c pellere,etiam ſi nõ ſoluat:an valeat tale pactum [c].
Tex.hic videtur dicere ꝙ ſic. In cõtrarium facit ff.
de prec.l.cum precario.Et ideo quidã diſtinguũt:
aut fuit appoſitum pactum de nõ expellẽdo, vſq;
ad certum tempus:& valet. Aut perpetuò: & tũc
ſecus. Tu dic ſecundùm veram opinionem:pactũ,
7 † quod eſt contra ſubſtantiã,alias naturam contra
ctus,facit cõtractum ipſo iure nullũ:vt d.l. cũ pre
cario.ſicut ſi aliquis faceret pactum, ꝙ eſſet vendi
tio ſine pretio:vt Inſtitu.de cõtrahen.emp.§. pre
tium.& ſ̃.de contrahen.emp.l.ſi donationis,ſed ſi
pactum fiat contra accidentalia contractus,vel cõ
tra naturalia:tunc valet:vt l.paciſci.ff.de pac.& l.
pacta conuenta.ff.de contrahen.emp. ¶ Modò ad
propoſitum:ſi quidem fiat pactum, ꝙ nõ tenere-
tur ad ſoluendum canonem,non valet:quia eſſet
contra ſubſtantialia contractus:ſi verò fiat pactũ,
quòd licet nõ ſoluat,nõ poſsit expelli,ſed poſſet
aliàs cogi:iſtud pactum non eſt cõtra naturalia cõ
tractus:& ideo valet:& ita debes intelligere hanc
d materiam. ¶ Quęro,quid ſi elapſo termino [d] do-
8 minus recipiat penſionem omnium annorũ,† qui
bus eſt ceſſatum:an poſtea poterit deijci?Gloſ.di-
cit ꝙ non.ff.de leg.commiſſo.l.poſt diem.& ſ̃.de
pac.inter empto.l.commiſſorię. Tu dic ſecundùm
Iacob.de Are.& bene,aut quis primò expellit,&
poſtea vult petere penſionem,& poteſt:vt in aut.
qui rem.de ſacroſan.eccl. Aut primò percepit pen
ſionem,& poſtea vult expellere:tũc aut percepit
penſionem temporis præteriti tantùm: & adhuc
e poteſt eum expellere [e]:vt ff.loc.l.colonus. Aut re
cepit penſionem etiam temporis futuri:& non po
teſt eũ expellere,niſi fuerit proteſtatus.Ita debet
9 intelligi hæc gl. ¶ Quæro, quis † probabit vel em
phyteuta ſe ſoluiſſe,vel dominus eũ non ſoluiſſe.
f glo.dicit quòd emphyteuta [f] .argu.ſ̃.de proba.l.j.

c ¶ Valeat tale pactum. Adde l.fundus.& ibi Bart.de fund.patri.lib.xj.&
Bald.hic in j.col.& glo.eſt no.hic iuncto textu.
d ¶ Elapſo termino. Adde Bart.Bal.& Imol.in l.ab omnibus.§. duobus.
de leg.j.& ibi hæc intelligunt,quando hæc penſio accipiatur ſtrictè,aliàs
ſecus:& quod no.Bal.hic in iij.col.quia cõmuniter aliter dixi per Imo.in
c.potuit.de loca.
e ✠ P . P A V . P . ¶ Expellere. Communiter contrarium tenetur:vi
de Iaſ.hic in lxx.colum.cum multis ſequentibus,niſi fuerit proteſtatus,
vel niſi fuerit ignorans,vt hic per eum. Iſtud vltimum ſequitur etiã Ale-
xan.in conſi.dcij.in ij.col. Inquantum autem Bart.hic,in ſequenti mem-
bro loquitur in recipiente poſſeſsionem de futuro,& vult quod proteſta
tio reſeruet ius expellẽdi. Contrarium etiam communiter tenetur,vt hic
per Iaſ.& ſequitur Aret.conſi.xxxv.ad finem. Item an dominus perce-
ptionem canonis intelligitur concedere de nouo ius emphyteuſis,ita ꝙ
omni tempore habeat locum regula l.item quæritur.§.ſi impleto.ff.loca
ti.vide Roma.conſil.ciij. Vide etiam ad materiam Alexan.in conſi.cccc-
lxxiiij.in v.col. Vide etiam in dicto §.qui emphyteuta.circa illud quod
dicit Roma.in dicto conſil.ciij. Vide dominum Anto.conſi.xxij.de quo
habes ad Barto.in l.fin.j.cod. Vide etiam omnino Iaſo.in l.ij.in princip.
in tertio notabili.ff.ſi quis cautio.qui tenet contra Barto. In penſione de
futuro,& de recipiente fictè pro tempore futuro vel pręterito,vide Cur.
conſil.lxxxj.vbi etiam dicit idem eſſe,ſi dominus declaraſſet caducita-
tem.Sed in contrarium,vide Corn.de quo infrà in vltima colum.& pon
derat Iaſo.hic in fine iſtius materiæ. Et quomodo intelligitur quod dicit
Barto.hic de poſſeſsione de futuro,ſcilicet pro tempore curſo poſt cau-
ſatam caducitatem,licet eſſet præteritum tempore receptionis. Innoc.in
cap.potuit.de loca.in xviij.colum. Corne.conſi.clxxxvij.in primo volu-
mi.colum.penulti. Et ſentit Abbas in dicto capi.potuit.colum. iiij.vide
etiam de materia Socin.conſil.clxvij.colum.ij.vbi dicit quòd poteſt capi
caducitas ſuper vltimis,ſi non obedit tunc recepiſſe ſolutionem pro an-
nis præcedentibus.
f ✠ P . P A V . P . ¶ Emphyteuta. Adde quòd idem tenet Com.cõſi.
lxxix.in princip.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶ Promiſsit pœnam. Vide Bart.in l.cùm pater.§.liberti.de lega.ij.Sed an
poſsit penſio,& pœna,hic peti: vide hic Bart.in iiij.col.& facit ad quæ-
ſtio. Bald.in c.j.in princi.qualiter dominus poſſeſ.priuetur.ſi emphyteu-
ta promiſsit domino nomine cenſus duos denarios ſub pœna centum li-
brarum:vtrum teneat talis pœna,vel videatur adiecta in fraudem vſura-
rum.& tenet quòd
valeat: quia videa
tur adiecta loco ex
pulſionis. & ſic fa-
cit per hic not. Sed
qd ſi dixerit ſi non
ſoluã,vel ſimplum,
vel duplum, vel tri
plum, quando per
nomina multipli-
catiua, iſtud nõ pe-
titur nomine pœ-
næ: ſed vt augmen
tum: vt l. pecuniæ
fructus.ff. de vſur.
ſi res digna erat tã-
ta mercede. Et ad-
de quæ dixi j. de
pac. pigno.l. iij. Et
quid iuris, ſi domi-
nus veniat contra
pacta, an teneatur
ad ſimilem pœnã:
in l. ſi de meis. in
princip. ff.de arbi.
& ex oppoſito qñ
per ſpecialem pro-
uiſionem tollatur
prouiſio: vide o-
mnino Bartol.in l.
ſi cùm dotem. in
princip. ſolu.matr.
Adde tex. Dyn. &
Bart.in l. & habet.
§.cùm quis.ff.de preca.per Bar.in l.j.§.vnde quæritur.de publi.& Bald.
in l.certi.in fi.ſ.loca.plenè hic per eum.& in l.vbi adhuc.in vij.col.j.de iu
re dot.& in l.fin.in fi.j.de repu.hæredi.Sed an dominus rem emphyteu-
ticam poſsit legare,& emphyteutę vel vſufructuario præiudicare? Videt
quòd ſic:vt in c.j.§.ad hæc.de pace iura.fir.Contrarium hic tenet Bal.&
ibi eſt ſpeciale in feudo:& vide per Barto.in l.j.§.penul.ff.de ſuperfi.&c.
¶ Adde,an quando pœna eſt appoſita in contractu; poſsit nihilòminus
expelli emphyteuta,ſi velit ſoluere pœnam, Alexan.conſil.cxxxij.quar-
to libro.

quod faciet per teſtes,vel per inſtrumenta,vel per
confeſsionem,ſcilicet partis aduerſę,vel quod ſol
uerit tribus annis continuis vltimis.quod not.qa
10 verum dicit.Hoc † tamen videtur facere contra di
ctum Inno.extra,de accuſa.c.ſuper his. vbi ſi ego
dico te periurum:quia iuraſti ſoluere Titio centũ,
& non ſoluiſti.ego debeo probare iſtam negatiuã
te non ſoluiſſe.Sol.Illud dictum Inn.eſt verum,
quando ille,qui aliquã negatiuam inducit ad pro
bandam ſuam intentionẽ,nõ erat ille,cui erat de-
bitum:& ideo ſi alius,quàm domin9,cui debetur
penſio,diceret emphyteutam non ſoluiſſe,ipſe de
beret hoc probare:per no.in d.c.ſuper his.Et hũc
paſſum bene examinaui in l.hoc iure.de verb.ob-
11 lig.¶ Quæro,† quid ſi emphyteuta promiſit pœ-
a nam[a] ſi non ſoluerit penſionem:an poterit deijci.
Et videtur quòd non:quia per pœnam cõuentio-
nalem dominus renunciauit prouiſioni legali:ar
gu.in l.fi.de pact.conuen.Gl.determinat contra,
ne quod fauore eius eſt introductum &c. ¶ Ad
12 † legem fi.de pact.conuen.reſpondet notabiliter
quòd per ſpecialem prouiſionem receditur a pro-
uiſione legis,quæ eſt introducta in priuilegiũ de
iure ſpeciali.ſecus ſi prouiſio eſſet de iure commu
ni.¶ Nota iſtam ſolutionem valde, licet de hoc
hic doct.faciãt diſtinctionem:& vide gl.tuã no-
tabilem,& determinationem huius gl.cõtra eos,
13 qui dicunt quòd † tũc pœnalis ſtipulatio nouatur
per prædictam conuentionem, quando præcedit
cõtractus iure ciuili inductus.hoc eſt falſum.Nã
cotractus emphyteuticus eſt contractus à iure ci-
uili inductus: vt ſ.l.proxi.& tamen per conuen-
tionem pœnalem nõ nouatur:vt hic videtis.Dixi
plenè in l.ita ſtipulatus.in vltima parte.de ver.ob
14 lig.¶ Quæro,† quando promiſſa eſt pœna,vtrum
vtrũq; poſſet fieri,& pœna peti,& reijci.Gl.dicit
ꝙ nõ,niſi ſit dictum,rato manẽte pacto.& bñ di-
15 cit.Item ſi eſt dictũ,rato † manẽte pacto,pœna nõ
poſſet peti niſi ſemel,niſi eſſet appoſita illa clauſu
la,ꝙ toties cõmittatur pœna,quoties fuerit cõtra
16 factũ:vt l.ſi duo.§.j.ff.de arb.¶ Quærit gl.† quid
ſi emphyteuta facit alium emphyteutam,qualiter
domino ſuccurretur contra ſecundum emphyteu
17 tam.dic vt in glo.¶ † In vltima gl.huius legis for
matur vna qõ notabilis valde:quid ſi ei.qui debe
bat ſoluere penſionem,ſuccedit hæres ignarus,&
propter ignorantiam nõ ſoluit.Gl. dicit,& bene,
ꝙ reſtituitur hęres ex ęquitate.Idem tenet Dy.&
gl.in l.cùm filius.§.in hac.ff.de verb.obli.& Dy.
b in c.[b] is qui in ius.de reg.iur.dic vt ibi &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ Emphyteuta an poterit donare domino irre-
quiſito.

LEX III.

c CVm dubitabatur.[c]

Iſta lex tractat de alienatiõe rei ẽphy-
teuticæ:breuiter h.d.Emphyteuta põt
1 vendere dño irreqſito,† ſi hoc eſt actũ.aliàs debet
eũ requirere,& p duos mẽſes expectare:aliàs po-
terit alienare quinquageſimã pretij,ſoluẽdo dño.
h.d.Nos habem9 videre in hac lege duas vel tres
qõnes.¶ Dicit hic in tex.non liceat alijs vendere.
d ¶ Quæro,vtrũ emphyteutę liceat aliqd donare[d]

b ¶ Et Dyn.in c.Et nota pro Canoniſtis,poteſt agi hypothecaria:quia pro
eo eſt hypothecata res emphyteutica,Bald.in aut.ſi quis.in v.col.j.de rei
vendi.& in c.domino guerram.in ti.hic finitur lex,& incipiunt conſue-
tudines regni.& in l.j.ſ.cõmu.vtriuſq; iudi.vide Bal.in l.ſenatus.§.Mar
cellus.ibi per Imo.de leg.j.dixi in l.ſi quis domum.ff.loca.

c ¶ Cùm dubitabatur.Ad hanc legem,& ad omnia iura,in quibus alienans
cadit à iure ſuo,adde tex.in c.j.de controuer.inter domi.& emphyteu.ſe-
cundùm Bal.ibi,& quòd hæc iura debent intelligi in ſciẽte:ſecus in igno
rante rei qualitatem.Similis diſtinctio fit in l.fi.de leg.ij.Bal.& iſtud fa-
cit,quod ſtatim ſcribam,de hæredibus alienantibus.quod tene mẽti.Ad
quod etiam optimè facit quod not.Barto.hic in fin.l.poſt gloſ.Et quid ſi
alienat mulier,an cadat à iure ſuo.Bal.quòd non.in l.ij.in j.col.de epiſco.
audi.Sed pone ꝙ hęres emphyteutæ ignoranter vendit fundum emphy-
teuticum:dic quòd non cadit à iure ſuo.Vnde dominus reuocare volens
haberet probare ſcientiam,ſecundùm Bart.per iſtum tex.in c.ſi vaſallus
fundi.ſi de feud.fue.contro.Adde quod dixi ſuprà.

c ✻ P. PAV. P. ¶ Cùm dubitabatur.Circa iſtam materiam an em
phyteuta cadat per alienationem nudã,vide Com.ſingu.cxiiij. Ad quod
vide omnino quæ habes ad l.filium.§.ſi quis bonorum.ff.de leg.præſtan.
Item nota ꝙ hæres emphyteutę ignoranter alienans non cadit à iure ſuo,
imò dominus habet neceſſe probare ſcientiam.Vide Bald.ſingulariter in
c.ſi vaſallus feudum,in fi.ſi de feud.fue.contro.Item illud quod dicitur ꝙ
emphyteuta alienans perdit ius ſuum,intellige dummodo ſciens qualita
tem rei alienauerit.vide Bald.in c.j.per illum tex.de controuer.inter do.
& emp.feud. Item circa iſtam materiam an poſsit dare vſumfructum ſi-
ne conſenſu domini,vide Roma.ſingula.del.incip.ſcis ꝙ emphyteuta.Et
vide circa hoc de vſufructu & ſeruitute,Iaſ.in l.iij.§.ex contrario,col.pe-
nul.de acquir.poſ.Item ad hanc materiã,an emphyteuta poſsit ſine con-
ſenſu domini alienare,conueniunt multa quæ ponit Felin,in feudo.in ca.
quæ in eccleſiarum.in penul.& vlti.charta.extra,de conſti.Item ꝙ ſicut
emphyteuta frangeus fidem domino priuatur iure ſuo, ta etiam econtra-
rio dominus frangens fidem emphyteutæ,vide Feli.in c.dilecta,extra,de
maio.& obe.Item quòd alienans cadat ipſo iure:ſi tamen dominus reci-
piat penſionem ſcienter,vel confirmauerit aliter inueſtituram,videtur re
mittere,& tollitur illa priuatio & caducitas.Vide pulchrè do.Anto.cõſi.
xxij.per totũ.Et ibi etiam ꝙ talis caducitas non operatur,ſi dominus ve-
lit contractum durare.Et ſecus eſt ſi dominus ignorãter recipiat penſio-
nem,vel cõfirmet.
Vide ibi per eum.
Et ꝙ vbi factũ eſt
dubium,requiratur
ſemper declaratio
iudicis. Et ibi ſpe-
cialiter ponit in ij.
col. an ſi dominus
ſemel approbauit
recipiẽdo canonẽ,
vel aliter, poſsit à
modo reſcindere
ex eadẽ met aliena-
tione ſolum.Et cõ
cludit ꝙ non, licet
in contrarium ar-
guat fortiter.Vide
etiam Alex.conſil.
cxiij. volu.ij. col.ij.
Item circa iſtã ma-
teriam ꝙ per ſolã
alienationem ſine
vera traditione em
phyteuta incidat ĩ
hanc pœnam,vide
domi. Anto.conſi.
xxxiiij. Et ibi etiã
ſignanter ꝙ ſi em-
phyteuta totaliter
alienans, poſtea re
cuperaret, licet de
rigore non iuuaret
tamen ſecus eſt de
æquitate, vt ibi p
eum.quẽ vide etiam in cõſi.xxxvij.Vide alia in repertorio in verbo,em-
phyteuta.An autem alienãs ſimpliciter rem, & nõ tradens,priuetur iure
ſuo,vide Alex.in cõſi.clxxiij.in ij.volu.col.ij.in l.ſi ante.ff.ad leg.Falcid.
in fi.vide Comen.in cõſi.xlj.incip.in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti
ſaluatoris.In inſtrumẽto venditionis eſſet appoſitum conſtitutum.vt ibi
per eum.Et ibi etiam ꝙ in alienatione partis cadat à tota re,vide do.An-
to.conſi.xxxiiij.& Com.in d.conſil.ponit quid poſtea ſi recuperauit.Et
quid ſi dominus ignorans poſt alienationẽ re inueſtiret emphyteutam,ꝙ
ſibi nõ præiudicat.Item an res emphyteutica poſsit legari vel donari ſine
conſenſu domini,vide Alex.conſil.ix.in ij.volu.in iiij.& v.col.Item an
poſsit diuidere ſine conſenſu domini,& an habeat locũ ius accreſcẽdi in
rebus emphyteuticis,vide Bar.conſi.lvij.Feli.in c.quæ in eccleſiarum.in
antepen.col.extra,de conſti.Item limita regulã huius legis non procede-
re ꝙ nihil aliud habeat emphyteuta,in quo ſatiſfacere poſsit creditori-
bus,vide Alex.in l.pro hærede.§.j.in vlti.col.de acqui.hære.& de feud.
per Bal.in c.j.col.j.de vaſal.qui contra conſti.Lotha.Et an emphyteutæ
liceat donare,vide aliquid per Comen.conſi.xj.incip.emphyteuta.Et ibi
dicit ꝙ etiam ſi eſſet pactum ꝙ poſſet donare,intelligitur tamẽ requiſito
domino,& quædã alia.Expreſsè prohibetur donatio per ſtatutũ Papien.
niſi requiſito domino,vide in rubrica lxvij.Item de perſonis prohibitis,
quibus nõ poteſt alienari,& an eccleſia vel hoſpitale ſit de his,vide Ale-
xan.conſi.cxx.in j.volu.in ij.col.Item quando alienatur ſaluo iure domi
ni,non cadit,vt hic per moder.in vlti.charta.ſaluo niſi induxiſſet eum in
poſſeſsionẽ.vide Aret.cõſi.xxxv.in ij.col.vide Iaſ.hic in penul.col.In cõ
trarium vide omnino quomodo excuſetur emphyteuta vel vaſallus alie
nans cum reſeruatione prædicta,Feli.in c.quæ in eccleſiarũ.in vl.charta.
in j.& ij.col.de conſti.Et ibi etiam an talis reſeruatio proſit,quãdo ſequi
tur traditio.Et in hoc etiam diſtinguit.Sed in contrariũ vide Iaſ.in l.non
ſolùm.§.morte.in xiij.col.de ope.noui nuncia.& ibidem col.antepenul.
& pen.Vide ad prædicta,Curtium latè conſi.viij.

d ¶ Aliquid donare.Adde tex,in c.j.§.donare.& quod ibi gl.not.qualiter
olim feudũ alienari poterat,ꝙ emphyteuſis eccleſiæ poteſt donari ſaluo
iure eccleſiæ.Adde quòd Bal.in ti.de pa.Cõſtã.in verbo,libellarius.aliàs
in verbo,libellariæ.dicit ꝙ libellariæ,& emphyteuſis eccleſiarũ poſſunt
p emphyteutã legari,& donari ſaluo iure eccleſiæ:vt no.Inn.in c.potuit.
de loca.Sed ipſe refert ꝙ Bal.cõſuluit cõtrariũ per caſum in l.vniuerſas.li
cet ibi loquat qñ reſpectu ꝓprietatis,nõ vtilis dominij,cõtractus in frau
dem celebrat.& ſic nõ obſtat.Et facit j.de hære.inſti.l.hæreditates vel le-
gata.in ver.annonę ciuiles.Bal.& vide Bal.in aut.quas actiones.in ix.co.
de ſacroſan.eccl.& p Bal.& Ang.in d.l.vniuerſas.Bal.hic facit quod no.
Bar.in l.j.in iiij.col.C.de his q̃ pœ.no.& Bal.& Imo.in d.l.ſi domus.§.fi.

irrequiſita

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deleg.j.& de quęſti.Bar.hic vide p Spe.in tit.de loca.§.fi.ver.cui Bal.in
auт.quas actiões.Io.And.& doc.in d.c.potuit.Bart.ĩ l.j.de feudis patri.li.
xj.Sed an plures emphyteutæ poſsint inter ſe diuidere irrequiſito dño,
vide Bar.in l.q Romę.§.duo fratres.in x.q.de ver.obli.& in l.& ideo.de
condi.fur.Et vnũ no.q́d Azo in Summa hic in ver.ſed quæri pôt.tenet ꝙ
ſcd's emphyteuta
ſi velit vendere ius
ſuum, debet requi
rere cõſenſum prio
ris,nõ ſecundi:arg.
l.Lucio.ff. de aqua
quo.& æſti.& in l.
ſi ita.de vſucap.&
vide q́d no.Bal.in
§.inſuper.de pro-
hi.feu.alie. p Fede.
facit q́d no.gloſ.&
Bar.& Bal.in l.ij.ſ.
co.in glo.mag.q́d
not.gl.hic in termi
nis.Et quæ differẽ
tia ſit inter fructũ
& ſeruitium, vide
Bal.de pa.Conſtã.
in verbo, pro ſolo
fructu. Et an qui-
cũq; non ſoluẽs in
tpe à iure ſtatuto,
cadat à dominio
rei, vide Barto.ibi.
Et adde no.p Bar.
in l.j.de publi.
ADDE an ẽphy
teuta poſsit dona-
re vel legare,Bald.
cõſi.ccclx.lib.j.vbi
dicit hãc q.habuiſ
ſe cũ Bar.& Abb.
conſi.lxxiiij.Et an
poſsit dare in dotẽ
vide Bal.cõſil.ccc-
xxij.ij. lib. Et an
poſsit diuidi,idem
Bal.conſi.ccccxlvj.
ij.lib.& cõſil.xxx-
ix.iiij.lib.

✠ POMATES.

a ¶Donare aliqd ir-
reqſito dño. Vide
Alex.conſi.ix.col.
ij.& iiij.ij.volu.Pa-
nor.cõſil.lxxiiij.in
ij.dubio.vol.j. An
aũt iſta l.inquantũ
loquiт de quinqua
geſima, cõprehen-
dat eccleſiam, vide
Fulgo.conſil.vj.&
Alex.cxxiij.vol.v.
vbi ponit an poſsit
cõſuetudine induci
ꝙ alius ſoluaт.loco
illius quinquageſimæ.& vide quę poſuit in l.ſi dominus.§.fi.ff.de le.j.&
Are.cõſi.xxxv.col.ij.& xlj.& Alex.clxiiij.volu.ij.vbi ponit an poſsit lo
cari emphy.vtile dominium ad longum tempus irrequiſito domino.&
an teneatur ad quinquageſimã ſoluẽdã.& clxxij.vol.ij.vbi ponit,an poſ
ſit in dotẽ dari, vel obligari.& etiã ponit qualiter intelligaт pactũ,ꝙ em-
phyteuta poſsit alienare.& clxxxvj.col.iiij.e.vol.vbi ponit.an poſsit ven
dere, vel donare,& an talia faciendo videaт malę verſari.Et an ſi malè ver
ſeт,cadat à iure ſuo.Et vide quæ poſui hic ad gl.& ciiij.vo.ij.vbi ponit an
emphyteuta,& ſimiles poſsint locare,& ad q́d tẽpus.& qñ eſt dictum p
emphyteutã,ꝙ intẽdit trãſferre per locationẽ quã fecerat ad longum tp̃s
vtile dñiũ.& xvij.in iiij.dubio.volu.v.vbi ponit,an poſsit donare,& ſe.
e.vo.vbi ponit an vaſallus poſsit imponere ſeruitutem:& an poſsit con-
cedere ius percipiendi de fructibus feudi irrequiſito dño,& in præiudi-
cium filiorum.& Soci.cxxv.col.iiij.vbi ponit an poſsit in dotem dari.

a irrequiſito domino ᵃ.Gl.hic dicit ꝙ ſic.Allegat j.
de fun.pa.l.j.de præ.decu.l.fi.Sed in dicta l.j.not.
contra & hoc puto verũ,& veriſsimum per text.
qui hic loquitur de alienatione,vel tranſlatiõe in
alium generaliter & per hoc ego reſpondeo ad d.
l.j.de fun.pa.qa vt doc.dicũt,ratio quare emphy-
teuta non poteſt in alium transferre domino irre-
quiſito,eſt hęc:quia contra illum alium dominus
nullã habet actionẽ:qa ille in nullo eſt ſibi obliga
tus:ſed haberet dñs neceſſe agere rei vendicatio-
ne,& ꝓbare de iure ſuo.Vidiſtis notatum.ſ.in l.
ꝓxi.circa finẽ gl.magnę.Sed quando eſt alius em
phyteuta Reipublicæ,qui habeat ꝑdia vectigalia
ceſſat iſta ratio:qa quicunq; eſt poſſeſſor,ille eſt
obligatus ad vectigalia,vt vidiſtis ſ.fine cẽſu,vel
reli.per totũ ff.de publi.l.Imperatores.meritò illi
tales fundi poſſunt alienari dño irrequiſito.Secus
in emphyteuta priuati:& hoc idem dico in fundo
b emphyteutico legato.ᵇ Nã & per legatũ non pôt
transferri vt hic.Non ob.l.ſi domus.§.fi.de le.j.qa
ibi erat fundus publicus:in quo ceſſat ratio huius
l.de quo ibi per dominum Iac.de Are.& plenè p
eum.ff.de ver.obli.l.ſtipu.Cætera dic vt in gloſſ.

# Liber quintus Codicis.

c *De ſponſalibus.ᶜ Rubrica.*

¶Dictum eſt ſ.de contractibus, qui celebrantur
ſuper rebus:ſequitur de contractibus,qui celebrã
tur ſuper perſonis:hoc eſt,de matrimonijs.Et qa
ſponſalia ꝑcedunt,iõ pręmittit de ſponſalibus.&
qa in ſponſalibus danт arrhę iõ ꝑmittit de arrhis
ſponſalitijs.¶Itẽ qa ſunt quidã proxenetæ,qui fa
ciunt hæc:ideo pręmittit de proxenetis &c.

LEX III.

ARrhis. No.ꝙ caſus nõ facit queт ꝑdere arrhas ſpõſalitias
niſi culpa ipſius præcedat caſum.Hoc
vult iſte tex.quem tene menti.

d SI pater.ᵈ Tutor,vel curator,nõ
poteſt diſſoluere ſpon-
ſalia contracta per patrem pupillæ.h.
d.An autẽ tutoris conſenſus requiraт
in ſponſalibus contrahendis,vel etiam curatoris
volũtas:videbitis in l.ij.& l.in copulãdis.de nup.
& tene hanc legem menti.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Arrhę redduntur duplicatę:& in duplo ineſt
ſimplum.
2 Statutũ ꝙ habens debitorẽ ſuſpectum poſsit face
re eum capi,intelligitur ſi ſuſpicio ſuperuenit poſt
debitum contractum.
3 Pœna adiecta ſuper matrimonijs eſt nulla:& non
firmatur iuramento.

b ¶Legato.Vide Bar.in l.in conuentionalibus.de ver.ſig.& in l.ſi domus.
§.fi.de leg.j.& in l.j.§.quod ait.de ſuperficie.& vide Bar.& Ange.in l.ij.
infrà,ne rei domi.vel tẽplo.& Imo.in l.vſumfructũ.ff.ſol.mat.& in c.ſi.
extra,de dona.Et tu vide aliquid in materia per d.Alex.de Imo.in conſi.

ix.col.ij.ver.quartò etiã adduco.& in iij.col.ver.patet etiã rñſio.in ij.vol.
b ✠ P.PAV.P.¶Adde tñ ꝙ ſufficit,ſi cõſenſus dñi interueniat in
traditiõe,licet nõ in actu legãdi.vide do.Ant.in cõſi.xxiij.in ij.co.ante fi.
c ✠ P.PAV.P.¶De ſponſalibus.Circa hãc materiã ſponſaliorũ,ſi
cõſanguinei cõtrahũt ſpõſalia nomine mulieris abſentis & ipſa poſtea ra-
tum habeat admit-
tẽdo ipſum in ſpõ-
ſum, an dicanт con
tracta ſponſalia,&
quid ſi ſpõſus diu-
tius differat ꝑfice-
re matrimoniũ vi-
uens luxurioſè,an
ſponſalitia diſſolui
poſsint,& an data
repeti poſsint, vi-
de Panor.cõſil.xl-
viij.Itẽ an appella-
tione ſpõſæ veniat
vxor.& contra,vi
de Feli.in rubri.de
ſponſa.in j.col.Itẽ
ꝙ per ſola ſponſa-
lia nõ cõtrahaт affi
nitas,vide Bar.in l.
quod ſeruus.ff. de
condi.ob cau.

4 Si pœna ſuper matrimonio contrahendo apponi-
tur inter extraneos,an valeat.remiſsiuè.

e MVlier.ᵉ Hæc eſt no.lex.Et pri
mo loquiт,qñ ſponſalia
diſſoluunт ſine aliqua cauſa.Secundò
qñ diſſoluunт ex cauſa probabili.Ter
tiò remouet vnũ dubium.Quartò prohibet exigi
pœnã.Secũda ibi:quæ ita cuſtodiri.Tertia ibi:his
illud quoq;.Quarta ibi:quadrupli.Quinta ibi:ex
tra diffinitionẽ.¶No.in prin.ꝙ redduпт arrhę du
1 plices:† & ꝙ in duplo ineſt ſimplũ. quod nota.ꝙ
vbicunq; dicit ſtatutũ,ſi quis acceperit aliquid,pu
niatur pœna dupli:ꝙ ĩ illo duplo cõtineт ſimplũ,
quod abſtulit:vt hic,& l.hoc edicto.§.j.de publi.
¶Venio ad ver.his illud quoq;.Nota illã diſtin-
ctionẽ:aut qs ab initio ſciuit,aut ignorauit:q́d fa
f cit ad qõnẽᶠ ſtatutũ eſt hic,ꝙ ſi creditor † habet de
2 bitorẽ ſuſpectum,poſsit ab eo petere fideiuſſores,
vel facere eũ capi.Certè hoc ſtatutũ debet intelli-
gi,ſi cauſa ſuſpicionis ſuꝑuenit poſt debitũ cõtra-
ctum:ſi autẽ ſciebat illũ eſſe ſuſpectũ, imputet ſi-
bi:arg.huius legis,& l.ſi is,à quo,§.fi.vt ĩ poſ.leg.
& l.ſi creditores.de priui.cred.Ex fine huius l.no.
3 †ꝙ pœnę adiectę in cõtractibus ſponſaliorũ ſunt
nullæ.¶Quæro,an promiſsio pœnę ſuper matri
monijs valideт iuramẽto.Doc.nõ tangũt.Veritas
eſt ꝙ nõ.Nam ꝙ pœna valeat in matrimonijs,eſt
contra bonos mores.Tex.eſt in l.Titia.in prin.de
ver.obli.ſed nõ eſt obligatoriũ cõtra bonos mo-
res præſtitũ iuramẽtũ &c.vt in c.nõ eſt obligato-
4 riũ.de reg.iur.lib.vj.¶Vltimò nota † quod hic gl.
tenet,ꝙ hoc eſt verũ,qñ pœna talis apponiт inter
ipſos ſpõſos.ſecus ſi inter extraneos.Ita dicit glo.
tua.De materia hui⁹ legis,hic Cy.tãgit aliqua do.
Io.And.plenius extra,de ſpon.c.gemma.Ego ple
niſsimè tango in l.Titia.in prin.de verb.obli.&c.

d ¶Si pater. Nota
tex.ꝙ per mortem
eorũ, qui pro filia
ſponſalia cõtraxe-
runt, nõ diſſoluun
tur,nec poſſunt re
uocari.quod limi-
ta ſecũdũ doct.niſi
ſpõſus efficeretur
malefactor. Adde
no.per Bar.in l.Ti
tia.de verb.obliga.
vbi latè de materia
& iſta ſponſalia de
futuro nõ arctant,
niſi cauſatiuè:vt pu
ta propter pœnã,
ſecundũ Bald.in l.
Deo nobis.ĩ iij.col.
de epiſ.& cle.& vi
de in l.j.& ſ.co.&
ibi Bar.& Bald.in
d.l.Titio centũ.§.
Titio centum. de
condi.& demon.

*Si rector prouinciæ. Rubrica.*

*SVMMARIVM.*

1 ☞Cõtractus arrharũ,dicitur cõtractus pignorũ.
2 Participes,ſeu complices alicuius,qui dicantur.
3 Hic titulus corrigitur de iure Canonico.

LEX VNICA.

g SIquis.ᵍ Primò ponit vnũ
ſtatutũ circa Recto-
rem prouinciæ.Secũdò ponit cir-
ca aſsiſtentes.Tertiò ponit quid
iuris finito officio.Innuit hic ibi:
data pignora.ꝙ cõtractus arrha-
rum,ſit pignoris.de quo hic doct.& in l.cõtraria.
1 ¶Nota ꝙ hic † contractus arrharũ,appellatur hic
2 pignorum.de quo hic diſputat Cy.¶ †Nota ſecũ-
dò.quod perpetuò tene menti,quid eſt hoc dictũ,
h participes ʰ alicuius,ſeu complices alicuius,quod

✠ P.PAV.P.
e ¶Mulier. An iſta
lex ꝓcedat ĩ arrhis
promiſsis,& qd de
ſpõſalib⁹ cõtractis
per tutorẽ nõie pu
pilli,vide Bar.cõſi.
xliiij. vide alia ad
Bar,in l.Titia.ff.de
verb.oblig.

f ¶Ad quæſtionẽ.Hoc eſt verũ,ſi ſuſpicio interuenit poſt contractũ debi-
tum,ſecũdũ Ang.in d.l.ſi ab arbitrio.ff.qui ſatiſd.cog.Bar.in l.ſi cõſtãte.
& in l.ſi is à quo.ff.vt in poſ.leg.& Ant.in l.nemo carcerẽ.& Bal.ĩ l.dies
feſtos.ſ.de fer.& l.ait ꝑtor.§.ſi debitorẽ.de his q̃ in frau.cred.& Bald.hic.
ADDE Roma.conſi.cccxx.& ccxl.
g ✠ P.PAV.P.¶Si qs.An ſicut officialis nõ pôt cõtrahere,ita nec ẽt
ꝑt tenere cõcubinã ĩ ciuitate quã regit,vide Ro.cõſ.ccccxcij.ici.ius ciuile.
h ¶Participes.Facit ad id q́d no.gl.in l.ſi fœmina.j.ad turpil.& q́d habeт
in l.ij.ad turpil.& q́d habeт in l.ij.de accu.& q dicantur adhærẽtes & ſe-
quaces,vide in epiſtola,inter claras.de ſum.tri.& in l.j.& ibi Bal.j.de ap-
pel.& in l.ne caſu.j.de diſcuſ.lib.xj.glo.no.in cle.j.de pac.Bald.in l.j.ſ.de
epiſ.& cle.& ꝓbat iſte tex.no.ꝙ remotus ab officio ex ratione,nũquam
poteſt reſpirare ad illud niſi ex principis diſpenſatione,in l.j.j.de ſuſc.&
arc.in lib.x.Bal.in c.j.§.ſi duo.de pac.te.vide Imo.in c.ad apoſtolice.de re
iud.in vj.& in c.ex parte.de fo.compe.Alex.
h ✠ P.PAV.P.¶Participes.Vide Felin.in c.olim.in ij.col.de accu.
Aret.in l.ſi ſtipulatus.in j.col.ff.de verb.oblig.vbi etiam idem dicet de il
lis verbis de parte tua.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ADDE q dicanť adherētes, q cōplices, & q ſequaces, Ange. conſil. cclvj.
a ¶ Quod hanc l. limita p Imol. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſolu. ma. & vide Bal. in l. proxi.
b ¶ Paria ſunt. Et vide Bart. in l. ſi cōſtāte. §. quoties. ſolu. mat. & in l. j. §. nunciatio. de oper. no. nunc. & in l. alia. §. eleganter. ſolu. matri. & Bal. hic.
c ¶ De rebus. Hanc l. limita in caſu ſingulari. j. de iure fiſ. l. j. lib. x. & Bart. in l. & q̄ nondū. §. qđ diciť. ff. de pigno.
d ¶ Sed iam neceſſe. Hanc limita vt per Imo. in l. ſi cōſtāte. in ij. q̄o. iij. partis principalis. ſol. matri. & latius p Moder. in §. fuerat. Inſtitu. de actio.
ADDE vt per Pau. de Caſt. cōſil. ccclxxxv.
e ¶ Creditoribus p̄ſentib⁹. Adde Bal. in l. poſt cōtractū. in ij. col. ff. de do. & in l. ait prętor. §. ita demū. ff. q̄ in frau. cred. & in rub. j. q̄ in frau. cred. in ij. colū. in verſi. qui cūm concepiſſet.
f ☞ In quo ſumus. Verba Bar. hoc in loco prius ita ſonabant. Ibi cōtra debitores nullo vtiť priuilegio ius cōe contra creditores mulieri nō dirigat &c. Ego vt hic habes caſtigaui: q̄ tñ caſtigatio nō quadrat. Quare melius dic ex ſenſu verbo rū Bart. cū codices oēs ſint deprauati. Ibi contra creditores nullo priuilegio vtiť: quum ius cōe ꝓpter creditores mulieris iuri nō deroget: ergo contra creditores ſequentes eſt potior de iure communi, Alex. Loſæus.
g ¶ Non admittitur. Contra p̄ſumptionē iuris & de iure nō admittiť probatio in cōtrariū. Fallit, niſi fuerit admiſſa: quo caſu valet & ꝓdeſt, ſcd̄m Inno. in c. cū Bertoldus. de re iud. & in ca. fraternitatis. de

tota die ponitur inſtrumētis pactis: & dicitur pro ſe, ſuiſque participibus & complicibus. Et neſcio tex. alibi, q dicat ita clarè. Hic dicitur, ꝙ ſint filij, nepotes, & propinqui. Item conſiliarij, & domeſtici.
3 quod not. ¶ † Vltimò not. ꝙ iſte titulus eſt correctus de iure Canonico.

## *De donatio. ante nuptias, uel propter nuptias, & de ſponſalitijs. Rubrica.*

LEX I.

MVltum. Hęc eſt no. lex quō ꝓcedat iſtđ in iſtis caſibus, qñ vir vult augere dotē vxoris ſuæ: tāgā ī l. ſi volūtate. de dot. ꝓmiſ. vbi Cy. & Vltramōtani tāgūt. dixi de ver. obli. ſi diuortio. ¶ Nota hāc legē, non valet iſta cōfeſſio.

LEX. II.

SI præſidi. Quærit gl. cui incūbit onus ꝓbādi, alia cauſa redditur. dic vt in gloſſ. &c.

LEX III.

POllicitatione. Frangenti fidē, fides frangatur eidem. hoc dicit.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Paria ſunt aliqđ fieri tēpore prohibito, vel fieri tēpore licito, & conferri in tempus prohibitum.
2 Paria ſunt facere aliquid tēpore permiſſo: vel fieri tempore illicito, & conferri tempore permiſſo.

QVod. [a] Nota, aliquid fieri tēpore prohibito, vel licito tēpore, & conferri in tempus ꝓhibitū, paria ſunt. h. d.
1 † Et tota die allegať ad hoc. & hic aduerte ad hāc legē. Et iſtud eſt vnū generale, qđ nō habet cōtraria. & aliud generale ecōtra ad iſtud:
b Paria ſunt [b] aliquid fieri tempore licito vel fieri tēpore illicito, & cōferri in tēpus licitū: vt l. in tempus. de hære. inſti.
2 † Iſtud habet contraria, quę cōtrarietas ſoluitur in tex. in l. ſi minor. ff. de ſer. expor. quod no. quia ille tex. optimè ſoluit. Et no. perpetuò ſolutionem. quare &c.

CVm inte. Hęc eſt notabilis lex & ſingularis deciſio, quam tene menti.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Verbum remanere, eſt cōmune, vel obliquū.

SI cum ante. Hęc eſt notabilis lex ad vnū, de quo facio magnū feſtum, in materia ſubſtitutiōis cōpēdioſæ.
1 ¶ † Nota hic de verbo remaneret: id eſt, reſtitueret. hoc dico: qa verbū remanere eſt cōmune, vel obliquū, per hāc legē, videlicet qđ diciť, remaneat, id eſt, reſtituat. quot nota: quia qñq; verbum remanere rei quæ eſt apud aliū, illud denotat reſtitutionē, & ſic eſt obliquū: aliàs ſi eſt apud eū, ſtat propriè, vt hic vides. Dixi in materia ſubſtitutionis compendioſæ.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Rem fuiſſe in bonis debitoris qs debet ꝓbare.

c DE rebus. [c] Hæc eſt no. lex valde. Et per hāc legē dicit Iac. de Are. & Cy. hic refert hoc, ꝙ illud, quod diciť hic,
1 † ꝙ quis debet probare rem fuiſſe in bonis debitoris: vt l. & quæ nōdum ſunt. §. quod diciť. ff. de pign. & quod not. in l. j. ſi res alie. pign. da. fue. Eſt verū, niſi conſtet poſſeſſorem cauſam habere à debitore: quia ſi cōſtat poſſeſſorem habere cauſam à debitore, tūc nō deberet probare aliud, niſi rem fuiſſe ſibi prius obligatam, quàm poſſeſſori traderetur: vt hac l. Ita dicunt ipſi per hanc legem. Gl. tamen videtur aliud ſentire j. de iure fiſ. l. j. &c.

SI conſentiente. Vñ poſito qđ mulier velit reſtituere pretium, non auditur, ex quo res eſt donata.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Donatio facta à ſponſo ſponſæ, quando perdatur, vel retineatur.

CVm veterum. Aduerte quia iſta lex eſt quotidiana, & vtilis maximè, à mortalitate citra, habuimus ſcilicet in pluribus legib⁹: vt in l. ſi filiæ. & l. ſi tibi. & l. ſi añ matri. ſ. eo. In qb⁹ cōtineť, ꝙ donatio facta añ matrimoniū valet, nec pōt repeti quod donatū eſt. hoc corrigitur, vt habes in ea. ¶ Nota ex hac l.
1 † quòd donatio facta à ſponſo ſponſæ, vel econtra, perditur, vel retinetur: ſi ſtat, vel nō ſtat, ꝑ alterum ex eis. quod no. & repetitur cōdictione ex hac lege quod datum eſt. Quod nota: quia iſtę materiæ non ſunt in Digeſtis.

SI à ſponſo. Nota hic ꝙ ſuprà ī l. præcedēti fuit diſpoſitum, quando per ſponſam ſtat: hic quando caſu fortuito accidit ꝙ alter moritur: tunc diſtingue inter ſponſum & ſpōſam: vt hic vides. Hic non ſunt alia &c.

MInoribus. Hic incipit tractare quandam materiam, quę poſtea corrigitur in fi. in auť. eo decurſum &c.

SI liberis. Nota hanc l. ꝙ ex dote reuerſa ad filiā vel donatione reuerſa ad virū, non cogitur quis eorum reſeruare aliquid liberis primi matrimonij: nec eſt correctum &c.

SI conſtante. Lex iſta eſt notabilis. certè primò loquitur, quādo voluit dotē. vel donationem augere: ſecundò quando voluit dotem, vel donationem minuere. Secunda ibi. ſed & ſi ecōtrario. Quælibet iſtarum partiū ſubdiuiditur: vt poteſtis videre per vos. Habetis hic vnam auť. vel duas. Vna incipit, ne diminutio. inhibet: ſed nihil mutat, & multi non habent iſtū tex. Habemus aliam auť. quæ incipit, ſed iam neceſſe. quæ eſt valde notabilis auť. q̄ non exeat perpetuò de mente tua, & quod ponebať in lege permittendo, hic nominatur cogendo.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Diſpoſitio huius auť. an habeat locū in creditoribus præſentib⁹, Item an in pręteritis, & futuris.
2 Mulier, quæ dedit dotem in rebus mobilibus, an poſsit aſſumere in ſe onus probandi.
3 Contra pręſumptionem iuris, & de iure, ꝙ nō admittatur probatio, niſi per confeſsionem.

d SEd iam neceſſe. [d] Hæc eſt notabilis auť. & no. ex ea, qñ vir conſtante matrimonio confiteť dotem ſibi eſſe datam, ꝙ iſta confeſsio creditoribus, nullo modo præiudicat, ſed ſibi ipſi viro ſic. ¶ Quæro, vtrū habeat locum in creditoribus pręſentibus.
e [e] Item an in pręteritis & futuris. Gl. videtur dicere quòd in vtriſq;. Vide glo. no. & ſatis ſingularē, ſuper verbo, ſuſpicio. Iſtud quod dicitur de creditoribus futuris, videtur cōtra caſum l. j. de iur. fiſ. Pręterea, videtur contra iſtū tex. in quo diciť
f [f] ibi, cōtra alios creditores nullo vtitur priuilegio: cūm ius cōmune cōtra creditores mulieris verba nō dirigat: ergo contra creditores ſequentes eſt potior de iure cōmuni. Breuiter, poſſumus ſuſtinere gl. qñ apparēt aliqua indicia, ex quibus poſsit fraus præſumi: vt l. ſed ſi maritus. ff. qui & à quib. aliàs ſecus.
1 ¶ † Itē quæro, an mulier, quę dedit augmentum in rebus mobilibus, poſsit aſſumere in ſe onus probādi, & probare ſe modicam rem in veritate dediſſe. Glo. in corpore vnde ſumitur, & Azo in Summa huius tit. dicit ꝙ non: quia eſt præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur
g [g] probatio in contrarium, niſi per confeſsionem. Hoc etiā tenet Cy. quod not. ꝙ contra præſumptionem iuris & de iure non admittitur alia probatio, niſi per confeſsionem. Ita dicit glo. in corpore vnde ſumitur. & hoc tenet Cyn. quod perpetuò nota.

frig. & maleſi. & in c. qa pleriq;. de immu. eccl. poſt prin. Quid autē de iudice dicēte ſe tuliſſe iniquam ſñiam? & qd in teſte, vide Innocē. in c. de arbit. adde gl. & Bar. hic adde doct. in c. is q fidē. de ſpōſ. Et ad primā limitationē quā ſ. ſcripſi, adde qđ not. Inno. de teſta. in c. cū eſſes. & vt doct. & Inno. in d. c. qa pleriq;. Et adde ꝙ non ſolū p verā cōfeſsionē reſcindiť p̄ſumptio iuris, & de iure, ſed etiā p tacitā: vt no. Bar. in l. abſentē. ff. de pœn. Et ad hāc glo. adde aliā in l. ſ. cōtractib⁹. in prin. & ver. nullo mō. & qđ ibi not. Bal. de non nu. pecu. dicit tñ Bal. ī l. nō ignorat. in fin. ij. col. j. q accuſ. ꝙ aut lex determinat ſuper certo, & nō cadit probatio in cōtrariū. l. j. j. de rei vxor. act. aut ſuper dubio: & tūc tantū p cōfeſſionē, per iſtā legē. quā intellige vt p Bal. hic, ſi eſt facta cōfeſsio in iudicio. qui etiā q̄rit hic, an cōtra hoc admittať probatio per cōfeſſionē? De quo vide meliorē glo. in cle. literis. de proba. & hoc ibi not. Imol. in x. colū. & primā limitationē approbat Ioā. de Imo. in l. inter ſtipulātē. §. j. de ver. obli. Item cōtra talē præſumptionē iuris & de iure, admittiť etiā ꝓbatio p proteſtationē, vt not. d. Anto. in c. is q fidē. de ſpō. vbi ponit primā limitationē, de qua ſ. & vide gl. in l. licet Imperator. aliàs in l. ſi ſeruus pluriū. §. j. de leg. j. & ibi Imo. in x. colū. & not. in c. j. qđ met. cau. & in c. ex parte. de regu.
P. PAV. P.
g ¶ Non admittitur. Circa hoc ꝙ cōtra p̄ſumptionē iuris, & de iure nō admittať probatio, niſi p confeſsionē partis, vide oīno Alex. in l. à diuo pio. §. ſi pignora. in ij. colū. ff.

de re iud.limitantē trib⁹ modis. Et ad 1 de ꝙ non ſolū per 2 vtrāq; confeſsionē partis,ſed etiā p ficta & tacitā reſcindiẗ p̄ſumptio iuris & de iure,ſecundū 1 Bar.in l.abſentē.in 2 iiij.q.ff. de pœnis. quē alleg.hic Alexã.& in §.ſi pignora.Cui adde Bal.in addit.ad Spe.in tit. de confeſ.in ij.parte.in iij.col.Panor. in c.j.in iiij.col.extra,de ꝓba.& in c. cū M.i v.co.in verſi. venio ad ſecūdū extra,de conſti.facit qđ vult Bal.in l.filiū quē habētē.i 1 vlt.char. C.fa.erci. 1 vide etiā Bar.cōſil. xcviij. Itē adde ꝙ nō ſolū p cōfeſsionē ptis cōtra p̄ſumptionē iuris admittiẗ ꝓbatio:ſed ēt p notorium:vide ſingulariter Rom.cōſil. cccl.in pen.col. Abb.in c.ſuborta. col.vlti.de re iudi. Itē & p inſpectionē rei: vide Pau.de b Caſt.in l.ſi.ꝑpe finē. C.ad Macedo. Itē de materia vide lati⁹ Feli.in c.quanto.de p̄ſum. Itē vide Iaſ.in l.cū te.in ij.col.C.de tranſac. vbi ēt ponit ꝙ eſt potētior q̄cūq; alia ꝓbatio. Item vide Feli.in c.qm̄ cōtra falſam. ī iiij.charta in ver.qntò fallit. 1 de ꝓba.dū ponit ꝙ cōtra p̄ſumptionē iuris,& de iure q̄ reſultat p ſentētiā,q̄ trāſiuit in rē iudicatā admittiẗ ꝓbatio c p cōfeſsionē ptis. 1 Sup quo vltimo vide &limita vt p Iaſo.in repe.l.admonēdi.in vj.chart.in d j.& ij.co.de iureiurā.vide ī reptorio. ī verbo,p̄ſumptio. in j.charta.ꝙ in cã 1 mr̄imonij non admittaẗ ꝓbatio per cōfeſsionē ptis cōtra p̄ſumptionē q̄ oriẗ ex copula ſecuta poſt ſpōſalia. Itē ꝙ cōtra p̄ſumptionē iuris & de iure 1 admittaẗ ꝓbatio p indirectū ꝓbando aliqđ,qđ facit ceſſare talē p̄ſumptionē: vide Deci.cōſi. liiij.col.iij.

*SVMMARIVM.*

☞Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.

Donatio propter nuptias,eſt donatio ob cauſam: ideo non inſinuatur.

CVm multe. Nota hãc legem. ¶ Nota primo ꝙ hodie vocaẗ donatio ꝓpter nuptias.¶ †Nota ſecūdò,ꝙ dos nō pōt eſſe ſine matrimonio. Itē†donatio ꝓpter nuptias nō eſt donatio ſimplex,ſed ob cauſam:ideo nō requiritur inſinuatio[a],vt hic.& gl.eſt in l. Aquili⁹. ff.de do.& ibi vide,&c.

Ita tamen. Hic §.vſq; ad §.ſimiliq; modo.videẗ difficilis:ideo debetis ſcire ꝙ eſt quædã conſtitutio Imperatoris Leonis,qua caueẗ,ꝙ illud,quod datur,debet eſſe ęqualitas dotis:vt donatio propter nuptias habeat locum,ſeu intelligitur in quantitate,hoc eſt,tertia, quarta,quinta:nō in quãtitate. Super hac l.habetis tres authen.Prima incipit:permiſſa. Alia, dos data.alia,co decurſum &c.

*SVMMARIVM.*

e ☞Res immobiles non offeruntur,nec cōſignanẗ.

DOs data. Nota† ꝙ dicitur,ꝙ res immobiles non egent obſignatione,vel cōſignatione: ſed res mobiles tantū. Et glo.eam allegat in l.acceptã.de vſu.& quotidie allegaẗ ad hoc.

## *De nuptijs. Rubrica.*

¶Continua vt in gloſſa.

LEX I.

CVm de nuptiis. Ego habeo iſtã legē pro notabili. ¶ Quæro: aliqua puella[b] eſt deſpōſata vni legitimè:quia de conſenſu conſanguineorū, vel patris his diſcordantibus opus eſt arbitrio iudicis,vt hic diciẗ:vtrū debeat morari apud ſponſum ſuū,& ibi alimētari. Iſta qō fortè erit ī ciuitate iſta de facto. Et in hoc fui requiſit⁹:ideo omitto.& cogitabitis.

LEX II.

SI nuptiis. Hæc lex nihil valet hodie:& breuiẗ dicit:Vbi cōſenſus alicui⁹ requiriẗ,nō ē neceſſaria ſubſcriptio libertatis.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Nuptiæ turpes quę dicantur.

LEX III.

LIbertum. Hoc dicit, & eſt bona iſta lex,vna de cauſis exhæredationis,de iure antiquo,eſt qñ filius cōtrahit nuptias turpes:[c] tunc pōt exhæredari à patre. Ita habetis.l.iij. §.ſi emãcipatus.ff.de bo.poſ.cōtra tab.Certè† dicenẗ nuptię turpes,quãdo acciperet ſuã famulam, vel filiam famuli ſui.Facit ad hoc l.ſi filiam.& in auẗ.ibi poſita.ſ.de inoffi.teſta.

SI vt proponis. [d]Hic eſt vnus caſus, in quo præſentia inducit conſenſum.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Filius natus ex clerico & concubina,an legitimetur per ſubſequens matrimonium.

ET ſi contra mandata. Quæro circa hanc legē.quid de liberis natis ante officium finitum Gl.determinat,ꝙ non ſunt legitimi:& vide gl.ſi.dominus Richar.Malumb. diſputauit vnã quæſtio.an filius† natus ex clerico in minoribus ordinib⁹ cōſtituto,& ex cōcubina eius,legitimeẗ per ſequens matrimoniū. Et determinauit ipſe ꝙ nō,per legē iſtam inducēdo ſic ll.quæ dicūt,ꝙ nati ex concubina legitimantur per ſequēs matrimoniū:loquunẗ in coitu concubinali,qui de iure ciuili non eſt prohibitus,nec permiſſus,ſed ſtat in terminis naturę, ſecūdum quã omnes liberi & legitimi naſcebanẗ. Vñ in eis eſt ius naturale:ius verò ciuile nō adeſt eis,neq; pro,neq; cōtra. Sed quando aliquis naſciẗ ex aliquo coitu,per legē prohibito & improbato: per ſequens matrimoniū non poteſt legitimari:vt hic,& no.in d.l.Paulus. Sed ꝙ clericus habeat concubinã,iſtud expreſsè eſt prohibitū à lege:vt ſ.de epiſ.& cle.l.eū qui probabilē.& in auẗ.de monac. §.ſi quis autē. Concluditur ergo,ꝙ per ſequēs matrimonium nō legitimaẗ.do.Io.And.ponit iſtam quæſtionē in ſuis mercurialibus,& determinauit contrarium. Et in prædictis ſtandum eſt determinationi Canoniſtarum:vt in c.tanta.qui fil.ſint legiti.& ibi plenè notatur.

SI vt proponis. Iſta lex eſt correcta de iure canonico,&c.

IN copulandis. Nota ꝙ curator daẗ rebus,nō pſonæ:ſecus in tutore:quia diciẗ ꝙ datur pro tutela, &c. & in capite liberi,& ſic perſonę:ſecus in curatore: vt hic vides,quod nota. a

SI vicinis. [e]Ille ergo, q eſt natus in domo, vicinis ſciētib⁹,eſt fili⁹ legitim⁹. Habes in l.filiū.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. b

CVm te non. Nota hãc legem pro conuicinis, vbi ſunt ſimiles quæſtiones &c. c

PAtrem qui. Nota hunc caſum ſingularē ꝙ alimenta repetunẗ,licet non geſſerit animo gerendi alterius negotia.

IN coniunctione. Nota iſtam legem.

ACaligato. Solet hic tractari de dictione quaſi, & de dictione vſq;:de quo pleniſsimè dixi in l.patronus.§.j.ff.de leg.iij. d

IMperialis. Hæc eſt vna de legibus Imperatorū nouorū. Proſequere primò vſq; ad §.ſed & ſi tales.in quo.§.j. Imperator ponit vnum ſuum prooemium ſecūdò vnum ſuum dictum.verſi.ſed & ſi tales. Tene menti hũc caſum. Dicam tibi ad vnum ante multos dies.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Imperator,quãdo dat dignitatem videtur diſpenſare de omni infamia. & nu.4.

2 Delinquēs emēdatus,habeẗ perinde ac ſi non deliquerit. Adde Barb.in conſi.iij.col.j.& ij.in j.volu. e

3 Periurus pœnitentia peracta,habetur perinde,ac ſi non fuiſſet periurus.

Præſenti alìàs,ſi miles. Hic eſt not.ver. & habet caſum valde no. Ha-

1 bes ex iſto ver.ꝙ princeps dãdo † dignitatē,videẗ diſpēſare de omni infamia.& no.& eſt de materia l.Barbarius.de offic.præto.quã tractabo domino

2 concedēte.¶ †Principiū huius legis habes notare, ꝙ ille,qui deliquit,poſt peractã penitētiã,& habitam indulgētiã,habeẗ perinde,ac ſi nō deliquerit. f

3 †Quod facit in arg.ꝓ teſte periurato,alìàs periu-

f ro,vt poſt peractam pœnitentiã[f] habeaẗ,ac ſi non fuiſſet piurus. Ita dicit gl.quam vide,& no.& incip.nota argu.ꝙ teſtis. Vide circa hoc plenè p gl. & Inno.extra,de teſti.c.antepen.no.in ver.ſed & ſi tales.ꝙ priuilegiū habet ſuū effectum,etiam an

4 te impletam cauſam,propter quã conceditur.† In ver.ſi miles.no.ꝙ concedēdo dignitatem,videtur diſpēſare cum infamia. Dicam in l.Barbarius. Deo duce.de offi.præto.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Filius natus antequã pater eſſet Rex,an dicatur filius Regis.

His illud adiungimus. alìàs Illæ

1 his.† Iſtum §.allegat gl.ad quæſtio.vtrū ille,qui eſt natus,añquã pater eſſet Rex,dicaẗ fili⁹ Regis: vel ille,q eſt natus antequã pater eius eſſet ſacr-

ADDE quod cōtra p̄ſumptionē iuris & de iure admittaẗ ꝓbatio in contrariū p ꝓpriã cōfeſsionē,Bal.conſi. liij.lib.j. Et adde p̄dictis Lãfrã.de Brixia in c.qm̄ contra falſam. in verbo cōfeſsiones. col.j. de ꝓba.& ibi etiã ponit Frã.de Are.co. vj. Et extendit etiã locū habere in confeſsiōe ficta. alleg. Bar.in l.abſentē.ff. de pœn.Stra.

¶Inſinuatio. vide ī auẗ.co decurſum. hic poſita.not.in l. ſi.§.ſi res.de iu.do. & ibi Bald.

¶Puella. Vide oīno Bald.in l.fin.de appel.reci.

¶Nuptias turpes. Adde Bar.in l.qui rogatus.de manu. vindic.vide etiã in l.humilē.de inceſt. nupt.& in l.ſi qua. in prin. Et ad hanc legē qualiter tenere poſsit factū contra legē,Bal.in l.nō dubiū.in x.colū.ſ. de legib.

¶Si vt ꝓponis. Vide ī c.cū cã.de rap. & l.cū q.ff.de ſtat. ho.& in c.j.de deſpō. impub.lib.vj. in gl. Sed an in executiōe matrimonij reqritur conſenſus partis: vide q̄ dixi in l.iij.§.ſed verū. de mino. Alex. de Imol.

※ P. PAV. P.

¶Si vicinis. Vide gloſ.in c.Michael. de fil.presby.quæ idē dicit in cōcubina. Et adde tex.ſingul.in l.miles.§.defuncto.ff.de adult. & quæ ibi notata habes.

※ P. PAV. P.

¶Pœnitentiã. Vide Iaſ.in l.arenã.in iiij.not.C.de inoff. teſta.

a ¶Sancimus. Hanc l. limita, vt no. Bar. in l. pe. de vul. & pupil.
b ¶Si furioſi. Adde, quod not. Barto. in l. cui eorum. §. in curatoribus. ff. de poſtu. & vide Bald. in l. ij. j. de curato. furio. & in l. ſed & ſi milites. §. cum autem. de excu. tut.
b ✠ *P. P A V. P.* ¶Si furioſi. An furioſi & mẽte capti æquiparẽtur, vide Iaſ. in l. patre furioſo in j. colũ. ff. de his q ſunt ſui vel alieni iuris. Item ꝙ diſpoſita in furioſis, locũ habent in mẽte captis, & ecõtra vide etiã Alex. in l. ex facto, in xj. & xij. col. de vulg. & pupil. ſubſt. vbi etiã ponit quid operetur declaratio Imperatoris facta a in iſta lege, ſi oĩno diſpoſita in furioſis habeant locum in mẽtecaptis ſine alia declaratiõe, & ecõtra.'
c ¶De inceſtis. In l. ab inceſtis. de inceſt. nupt. hæc lex tẽdit an cum vxore patris committatur inceſtus, per quã lucratus eſt cẽtum ducatos. & ꝙ clericus in ſacris dicatur cõmittere inceſtũ, not. gloſſ. & Bart. in l. j. ff. de cõcubi. ADDE vtrũ pœna edita contra contrahentes inceſtas nuptias habeat locũ in eo q cognouit ſæpius vnã ex ſororibus, poſtea cum alia contraxit matrimoniũ. Petr. de Anch. cõſil. cccxcij. Et an filij nati ex ſecunda vxore ignorante de vita primæ ſint legitimi, per eundẽ cõſil. ccccij. Et an filij nati ex matrimonio ĩ gradu ꝓhibito poſſint legitimari ratificando matrimonium altero coniugũ iam defuncto: vide per eundem conſil. ccccx.
✠ *P. P A V. P.*
d ¶Inceſtas. An iſta pœna locũ habeat in eo, qui cõtrahit nuptias inceſtas de iure Canonico, quę tñ nõ eſſent inceſtæ de iure ciuili, vide Abba. in c. & ſi. extra, de dona. inter vir. & vxor. In cõtrariũ vide Gem. in conſi. lxxj. colũ. vlt. Pet. de Ancha. conſi. cccj.
✠ POMATES.
e ¶Pœnã cõtrahentium. Nota ꝙ iſtæ pœnæ non haberẽt locũ cõtra illum qui accepit in vxorem ſororẽ illius, quam per fornicationẽ cognouit: qa quãuis non poſſit eam in vxorem ducere & committat inceſtũ, & de leui illã à ſe vult ſeparari, nihilò minus non põt puniri iſtis pœnis: quia iſte tex. intelligit̃ de cõſanguinitate & affinitate cõtracta iuſtis nuptijs & nõ iniuſtis: vt p Anc. ĩ cõſi. cccxcij. inci. vr̃ prima facie. Et vide tex. in l. fi. j. de nat. li. & ibi Bal. & Scribẽ. & gl. ĩ §. fi. ĩ aut̃. q mo. na. effi. leg. & Ang. de Are. in §. nouiſsimè. Inſti. ad Orfi. Ale. cõſ. lxxiiij. in ij. col. in l. is qui. ff. de vul. & pupil. Alexã. & oẽs in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de libe. & poſthu. concor. ibi tradit.

dos dicat̃ fili⁹ ſacerdotis. Et iſta q̃ſtio fuit de proximo in ſuccedẽdo, ĩ regno Frãcię: qa ibi erat vn⁹ fili⁹ Philippi nat⁹, antequã pater eſſet Rex, alter natus fuit poſtea: cõtendebat̃ qs ſuccederet. Item fuit hic de facto ꝓpter ſtatutũ hic ꝙ nobilis &c. Et de hoc dixi ĩ l. ij. §. in filijs. ff. de decur. Habetis gl. q̃ tãgit multũ bene ĩ l. ſenatores. la j. ff. de ſena.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Tempus nuptiarum, an intelligatur quando ſit deſponſatio, an verò coniunctio carnalis.
2 Relictum factum pro dote, an ſit purum, an verò conditionale, remiſsiuè.

SAncimus. [a] Hic eſt ſatis notabilis caſus, & eſt ſatis ſingularis. Breuiter dicit. Cũ de tpe nuptiarũ ſit mentio, intelligit̃ de die quo nuptiæ celebrant̃. h. d. hęc lex. Dicit̃, ꝙ cũ ſit mentio de nuptijs, intelligit̃ de tpe
1 nuptiarum. ¶ †Quęro: qũo hic intelligit̃ temp⁹ nuptiarũ: vtrũ intelligat̃ cũ cõiunctio ſit p copulã carnalẽ: an verò cũ ſit deſpõſatio p verba de p̃ſenti. tex. vr̃ hoc ĩtelligere d̃ cõiũctiõe ibi: niſi &c. Ecõuerſo facit tex. j. ibi: ex quo not. &c. votũ nuptiarũ ꝓcedit qñ ſit deſpõſatio p verba de p̃ſenti. & iſta ſcd̃a opi. eſt vera. Tex. habetis ĩ l. cũ fuerit & l. hęc conditio. de cõdi. & demõ. & qñ dies leg.
2 ced. l. qd̃ pupillæ. & Cy. hic tractat illã† q̃o. ſi pr̃ relinqt cẽrũ ꝓ dote: vtrũ videatur relinq̃re purè, an ſi nuptias cõtraxerit. Quã examinaui plenè in l. Titio. §. ante nuptias. ff. de cõdi. & demon. &c.

QVoties. Breuiter dicit, ꝙ nõ eſt obligatoriũ contra bonos mores pręſtitũ iuramentũ: vt hic, & in corpore vnde ſumitur. & in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. vj.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Lex loquens de mente capto, ꝙ non habeat locum neceſſariò in furioſo.
2 Mente capti, & aliæ perſonæ fatuæ, non habent curatores legitimos, ſed datiuos.

b SI furioſi. [b] Not. ꝙ lex quę loquit̃ † de
1 mente capto de neceſsitatẽ
2 non habeat locum in furioſis. † Item per hoc nos dicimus ꝙ furioſus & prodigus habent curatores legitimos. Quid de mẽte captis & alijs fatuis perſonis? Certè habebunt datiuos, non legitimos. Ita videtur tex. & glo. Inſti. de cura. §. j. de epiſco. audi. l. de creationibus. Facit ff. de poſtulando. l. cui eorum. cum ll. præcedentibus.

SI quis. Nota ꝙ filiam ſpiritualem non poſſum ducere in vxorem, nec etiam filius meus eam.

c ## *De inceſtis [c] & nepharijs nuptijs. Rub.*

¶Dictum eſt ſ. de nuptijs. verum quia quædam ſunt inceſtuoſę: ideo ſubmittit Rubricam de inceſtuoſus nuptijs.

LEX III.

CVm ancillis. Hic venit tractanda materia l. ſi adulteriũ cũ ĩceſtu. ff. de adul. Videas eã infrà eo. l. q cõtra legum. & ibi gl. & ego pleniſsimè. & eadẽ gl. eſt in corpore vnde ſumit̃ auth. inceſtas &c.

SI quis inceſti. Imperator in hac lege punit contrahentes inceſtas nuptias. Item ſuper iſta lege habetis duas auth. vna incipit, inceſtas. alia incipit, ex complexu.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Filius tenetur alere patrem exbannitum.
2 Pœna, de qua hic, an fiat ipſo iure vel per ſententiam.

d INceſtas. [d] Nota ergo pœnã
e contrahentium [e] nu
1 ptias inceſtas. Item † no. ex auth. hac. & in corpore vnde ſumitur, ꝙ filius tenetur alere patrem exbãnitum. quod no. facit l. mu-
2 tus. §. manente. ff. de iure dot. ¶ Quæro † vtrũ iſta bona publicentur fiſco ipſo iure: vel per ſententiã Text⁹ in cor. dicit, ipſo facto: quia dicit, cõfeſtim. ¶ Quęrit glo. hic, de quibus nuptijs loquitur hæc auth. Quidã dicunt de inceſtuoſis, quæ ſunt inceſtuoſæ ratione ſanguinis, vt ſi erat conſanguinea. Alij dicunt ꝙ de omnibus nuptijs ꝓhibitis. & iſtã glo. tenet: licet multi doctores teneant primam.

*S V M M A R I V M.*

1 ☞ Spurij ſunt indigni omni ſubſtantia.
2 Filij ſpurij alendi ſunt de iure Canonico.
3 Pater poteſt relinquere filio ſpurio pro alimentis.
4 Filiæ ſpuriæ poteſt pro dote legari.
5 Filij ſpurij ꝙ legitimari poſsint per principem, & quo ad quid.

f EX complexu. [f] Nota † ꝙ
1 iſti filij ſpu
g rij ſunt ĩdigni omni ſubſtãtia: [g] ideo ꝙ eis nihil poteſt donari, nec teſtõ relinq ab eorum patre. Ita declarat text. in corpore & in
2 gloſ. Nota ſecundò † ꝙ tales filij non ſunt alendi. Hoc verum de iure ciuili: ſed de iure Canonico ſecus: vt extrà, de eo qui duxit in matri. quam pol. p
3 adulterium. c. cùm haberet. Ex quo † dixi & cõſului, ꝙ vſq; ad quantitatem ſufficientem pro alimẽtis pater poteſt huic filio ſpurio relinquere. Et eo-
4 dem † modo filiæ ſpurię [h] ꝓ dote ſua: quia ſine ali
h qua dote non poteſt alicui nubere. Tene menti.
5 † Quærit glo. vtrum iſti ſpurij poſsint legitimari [i]
i per principem. Gl. dicit hic ꝙ ſic: & bene. Et gl. dicit idem in corpore vnde ſumitur. Et vidi iam comites, qui habebant priuilegium: & fiebat expreſſa mentio de illo §. vnde ſumitur aut̃. quod poteſt eſſe verum quantum ad temporalia: ſed quantum ad ſpiritualia, non: nec papa quantum ad temporalia poteſt in terris. Imperij: vt in c. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.

## *De interdicto matrimonio. Rubrica.*

LEX I.

k SEnatuſcõ. [k] Prohibitio iſta non eſt de iure Canonico: vide gl. quę format quædam contraria, & non ſoluit ibi: de ritu nuptia. l. fin. vel hic quo ad matrimonium irritandum: ſecus quo ad pœnam inceſtus, vt in cõtrario: ſed in illis requiritur verus dolus: hic non, quo ad irritandum matrimonium, &c. i

LEX II.

PAter pupillæ. Nota. ex hoc ſequitur ꝙ vitric⁹ erat tutor pupilli ſui. Et ſic vides ꝙ vitricus poteſt eſſe tutor ſui priuigni. ita hic, & j. de contrario iudicio tutelæ. l. ſi. & l. ſi non nunquã. de adoptionibus. &c.

SI quis. Vide gl. tuam ibi: diuerſum. Reſpondeo quòd nõ habet tantam poteſtatem. in fi. dic qd̃ hæc non eſt eadem ratio: quia pro tutor non habet eandem poteſtatem &c. i

✠ *P. P A V. P.*
f ¶Ex cõplexu. Vide cõcor. p Corn. in c. grãdi. in vij. charta. ĩ ij. col. de ſupp. negli. p̃la. Itẽ qd ecõtra: an talis fili⁹ teneat̃ alere patrẽ in egeſtate cõſtitutũ, vide Ale. in l. ij. ad fi. ff. de in ius vocã.
✠ POMATES.
g ¶Subſtantia. Nec ſunt de agnatione vel cognatiõe p̃ris nec p̃rt reſpectu p̃ris vel matris dici nobiles: & nõ ſolũ qñ p̃nt dici, ſed nec ẽt filij eorũ quãuis eſſent legitimi & naturales. Ita Ang. in cõſil. cccxc. inci. viſis diligẽter iuribus. Et quot debeãt cõcurrere in legitimatione, vide Pet. de An. cõſi. cclviij.
h ¶Filię ſpurię. Filię ſpuriæ põt relinq ꝓ dote & alimẽtis: vide Bal. ĩ l. fi. d̃ his qb. vt indi. ſed Bal. hic dicit ꝙ hoc non eſt verũ in nepharijs inceſtuoſis: ſecus in alijs ſpurijs. ADDE Abb. cõſi. cxv. ij. lib. Et addetu quod dictũ Bar. hic ſeqt̃ Io. de Imo. in l. Luci⁹. §. j. ff. de leg. j. & Mateſi. ſuo notabili cxlv. & dicunt hoc ſeruari debere in terris eccleſiæ, non aũt in terris Imperij.
i ¶Legitimari. Sed an in tali legitimatione ſit neceſſe vt exprimat̃ qualitas legitima, vide Ioã. an. ĩ c. ſi. de ſi. p̃ſby. ĩ nouel. qd̃ ſequit̃ Bal. ĩ c. naturales. ſi de feu. fuę. contro. inter do. & agna. & ibi vide glo. no. in materia. & Bal. in l. ſi qua illuſtris. j. ad Orfi.
¶ Adde Bal. conſi. cccvj. j. li. Ol. conſi. ccxvij. Ro. conſil. cxciiij. qui cæteris contradicit. & vide Pet. de An. conſi. ccccxxviij.
k ✠ *P. P A V. P.* ¶Senatuſcõſul. Vide Aret. in l. filius à patre. §. fin.

Si quacunq;

ff.de lib.& poſthu.

a ¶Si qs. Vide gl.in l.apertiſsimi.de iudic.ꝗ limitat iſtum tex.& pro iſto tex.vide quod ſcripſi in l.quia poterat.ad Trebel.

b ¶Si qua mulier.Quęro vtrum.Sed aduerte qa glo.in l.decreto.§.de infa. tenet ꝙ de iure Canonico nō ſit correcta pœna feſtināter nubentis.& ibi vide Bar.qui tenet gl.hic Sed aduerte: qa Bar.in d.§.notātur. dicit iſtud qđ hic dicitꝫ ꝙ pœna mulieris nubētis feſtinanter eſt correcta.Iſtud eſt verū, qñ non poteſt ſanguis commiſceri, vt qa mulier eſt ſenex nō faciēs filios vel qa maritus ſtetit per annū à longinquo, & poſtea mortuus eſt.Ita tenuit Paul. de Lea. in ſuo cōſil.de quo in c.fi.de ſecū.nup. & vide Bal.in l.decreto.Adde ꝙ ang. in cōſi.inci.marit⁹. venēs ad mortem, dicit ꝙ ſi maritus inſtituit vxorē hęredem ꝗ poſtea intra annū trāſiuit ad ſcđa vota,priuatur hęreditate.vbi hoc cōcludit ꝙ tanquā īgrata, & oſtendēs animā defuncti,nō aūt qa durēt pœnæ legales.& idem cōſuluit Bal.in conſi. inci.in xp̄i nomine amē. ꝓponitur in factū,&c.Itē adde ſi nubat intra annū nō ꝑdit priuilegia dotis.Adde an pœnæ feſtinatiū ad ſecūdas nuptias ſint ſublatę Pet.de Ancha.cōſi.c. Paul.de Caſt.cōſi.cclxxiiij. Io.de Anna.conſi. lxxxiij. An autē ſi maritus leget vxori centum ſi nubet nubendo incurrat pœnas Roma.ꝙ non conſil.ccxix.

*Si quacūque præditus poteſta.&c. Ru.*

LEX VNICA.

a SIquis.[a] Nota iſtum caſum ꝙ ſi iudex ordinari⁹ tibi iniuriaꝫ:tu proteſtando hoc,effugis eius iuriſdictionē facta dicta proteſtatione:& hoc tam de eo,qui facit iniuriā,intelligiꝫ quā de tota domo.Et de hoc videbitis j.de appellatio.l.ſi quis prouocatione.&c.

## *De ſecundis nuptijs. Rubrica.*

¶Suprà vſum eſt de primis nuptijs, ſequitur videre de ſecūdis.¶ Quærit gl.quæ dicanꝫ ſecundæ nuptiæ.Reſpondet, & bene, omnes nuptiæ poſt primas,dicuntur ſecundæ nuptiæ, quod nota.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Caſus,in quo mulier poteſt decedere pro parte teſtata & pro parte inteſtata.

2 Quæ pœna contra ſecundò nubentes ſit de iure Canonico correcta.

LEX I.

b SIqua mulier.[b] Debes ſcire ꝙ hic titulus continet duplicē tractatū primus de muliere, quæ
ex facto iudicis,debet deueniri ad legitimum,non
ad datiuum,vt j.dicam,&c.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Mater,quę luxuriatur,perdit tutelã,ſicut quã
do tranſit ad ſecunda vota.
2 Mater ſi tranſiuit ad ſecunda vota,ad quos tutela
redibit.
3 Si mater vadit ad iudicem,& dicit ſe velle tranſire
ad ſecunda vota,quòd ſtatim deſinat eſſe tutrix.
4 Iudex non dat tutorem illum,quem mater petijt.
5 Si mater eſt minor annorũ xxv.an ſuccedat alius
legitimus,vel perueniatur ad datiuum.

SAcramentum. Quęro primò
hic loquitur,qñ tranſit ad ſecundas nu
1 ptias.¶ Quęro† quid ſi aliter luxuria-
c ta[c] eſt.Glo.dicit idem,arg.in auť.de reſti.& ea quę
parit.§.fi.De hoc videtur caſus in l.fi.huius tit.nã
debet pudicitiam ſuam intactã ſeruare.¶ Sed quę
2 ro.†matre excluſa propter tranſitũ ad ſecunda vo
ta,ad quos redibit tutela,an ad datiuum,an ad legi
timum?Gl.ſe expedit vno verbo,& dicit ꝙ ad da
tiuũ ad inſtar eius,q tanquã ſuſpectus remouetur.
vide gl.iſtã.¶ Aduerte,iſta quæſtio eſt magis diffi
cilis quã alia,quę ſit in iſta materia.Semel fuit iſta
quæſtio in hac ciuitate pro tutela filiæ Bertrandi
Comitis de Marſano.Et iſta quæſtio fuit commiſ
d ſa Bononię[d] quatuor doctoribus,ſ.domino Rich.
Mal.do.Iac.de Bel.do.Iac.but.& do.Ray.de For
li.& erãt diſcordes do.Rich.Mal.& do.Iacob.de
Bel.erant pro vna parte,ſ.ꝙ eſſet locus datiuo:vt
hac gl.do.Iac.de But.& do.Ray.de Forli.erant in
contraria opi.ꝙ eſſet locus legitimo.Hoc probãt,
& probabant ipſi ſic:Regula eſt,ꝙ donec eſt legiti
mus,non peruenitur ad datiuũ,imo legitimus ex-
cludit datiuũ:vt l.ſi tutor reipu.§.j.de tut.& ra.di
ſtra.& l.non ſolùm.§.ſi libertus.de excu.tut.Pro
batur ex ordine titulorum ff.eo.& inſti.Habem⁹ e
ergo reſpondere ad iura,quę faciunt in contrariũ.
quæ videtur velle,ꝙ ſit loc⁹ datiuo.Primò de hoc
videtur tex.in l.ij.huius ti.in fi.Rñ.Iſta lex loqui
tur ſecundùm ſua tempora,ſecundùm quę mater
non poterat eſſe tutrix,exiſtẽte aliquo legitimo: e
meritò ea excluſa veniebatur ad datiuũ:quia nul-
lus erat legitimus.Item ꝙ ſit locus datiuo,videtur
tex.in l.omnem.j.ad Tertul.& l.matres.eo.tit.& f
l.pe.j.in quib.cau.pig.taci.contr.hi.& in auť.de
nupt.§.ſi autem tutelam.& ſ.qui pe.tut.l.matris.
¶ Sed ad omnes iſtas reſpondebat Iac.Butr.quòd
loquuntur quando legitimi non ſuperſunt.Si aũt
legitimi ſupereſſent:tũc remanet regula.ꝙ exiſtẽ
te legitimo datiuus repellitur.Pro hoc facit l.ij.&
e l.diuus.ff.qui pet.tut.¶ Contra hoc dictum[e] ſuum
facit multùm fortiter iſta auť.& quod hic notať,
cui ipſe non reſpondet in illo conſilio,quãdo ma-
ter tranſiuit ad ſecunda vota,remouetur vt ſuſpe
cta:ſed tutore remoto vt ſuſpecto,deueniť ad da-
tiuum:vt l.ſi quis ſub conditione.de teſt.tut.l.iij.
§.quęri poteſt.de legi.tut.& habuiſtis no.in l.j.ſ.
de teſta.tu.ergo &c.vt dixi.Ad hãc rationem ipſe
non reſpondet.Ideo mihi videtur ſit dicendum?
Tres ſunt caſus.Quandoq; mater nũquã aſſum-
pſit tutelam filiorum,ſed vadit ad iudicem,& di-
cit:ego nolo eſſe tutrix,peto tutorem filio meo da
ri,tunc non eſt dubium quòd deuenitur ad legiti-
mum:vt d.l.ij.qui pe.tuto.Qñq; mater aſſumpſit
tutelam filij,& poſtea deſiſtit:& hoc põt eſſe duo
bus modis:vel ꝙ ipſa vadat ad iudicem,& dicat,
Dñe,ego intendo tranſire ad ſecunda vota,detis
tutorem filio meo:& tunc puto ꝙ ſit locutus dati
uo.Et ita loquitur iſta auť.Ratio,quia iſta corã iu
dice abijt à tutela:& idcirco abijt vt alius detur:vt
d.l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta.tut.& ibi ple
nè dixi.Si verò mater,quæ erat tutrix,nõ curauit
de filijs,ſed ſimpliciter ad ſecũda vota trãſiuit,tũc
deſijt eſſe tutrix ipſo iure,vt hac auť.iudice hoc nõ
agente meritò deuenitur ad ſequentem legitimũ:
non ad datiuum:vt d.l.ſi quis ſub conditione.de
f teſta.tut.¶ Quæro,an ſtatim[f] cùm mater vadit ad
3 iudicem,& dicit†ſe velle tranſire ad ſecũda vota,
deſinat eſſe tutrix antequã tranſeat.Glo.videť ꝙ
non,j.tit.l.propter.dum allegat l.omnem.& §.ſi g
autem tutelam.Hoc mihi non placet:nam ab ini
tio non daretur tutrix,niſi renunciaret ſecũdis nu
ptijs:vt ſ.dictũ eſt.Et ſic ſtatim cùm ſuperuenit a-
nimus nubendi,ſtatim incipit eſſe ſuſpicio:ergo
&c.Pręterea,ſufficit hoc allegare,licet poſtea nõ
nubat:arg.ſ.de nup.l.imperialis.§.ſed & ſi tales.
& idẽ puto eſſe de ſponſalibus,quod de matrimo-
g nio.Hoc,quod de ſponſalibus dico,tangit Spec.[g]
in tract.ſuo de tutore.§.nunc dicẽdum.¶ Quęro,
dixi ꝙ qñ mater antequã nubat,vadat ad iudicẽ,lo
4 cus eſt datiuo.¶ Quæro,† an iudex debeat dare il
lum,quem mater petijt.Gl.dicit,ꝙ mater debet pe
tere:in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſt.tu.dicit,
h ꝙ iudex debet dare petitum[h] à matre.Et idem vi
detur tenere Dyn.& Cy.refert ſ.auť.mrĩ & auiæ.
Alij doc.tenẽt cõtrariũ,ꝙ petitus à matre nõ de-
bet dari de neceſsitate.Et ita refert Cy.fuiſſe de-
terminatũ Bono.p quẽdã ſolẽnẽ doc.& aduocatũ h
qui fuit vocatus Vbaldinus de Malauoltis.& do.
Iac.But.in illo conſilio,de quo vobis ſ.dixi,tenet
idẽ,quod probatur per l.credendũ.in fi.ff.qui pet.
tut.vbi dicitur,ꝙ matris officium in petendis tuto
ribus nõ ſufficit.Nulla enim lex eſt,quę dicat iudi
cem debere dare petitum à matre:ſed dicit ꝙ mr̃
debet petere,& noĩare,& in arbitrio iudicis erit
dare,vel nõ:vt ſ.q pet.tut.l.matris.ad Tertul.l.ij.
§.ſi mater.& omnibus ll.ſ.allegatis,in duab⁹ præ
cedentibus q.Iſtud etiam tenuit Iacob.de Are.vt
hic

a ¶ Matre ignorante.Vide glo.hic,& Bal.poſt eã in ver.quæro ſi detur tutor ſi petitur.circa fi.ibi Iac.de Ra.& Cyn.hic,&c.& cũ doc.trãſit hic Frãci.Tigri.in cõſi.incı.factum ſic ſe habet:quidã nomine Burgũdus &c.cui ſcripſit Bar.& maximè vbi mr̃ fuit tutrix,& poſtea trãſiuit ad ſecunda vota:qa incõtinẽti auia præfertur omnibus datiuis:nõ teſtamentarijs.& no.Bar.ĩ l.ſi qs ſub conditione.in fi.ff.de teſta.tute.& in d.l.tutor ſi petitus.vbi omnino vide.

✻ *P.PAV.P.*

b ¶ In mora petẽdi.Vide Alex.conſil.cccclxxviij.vide Deci.cõſil.xvj.col.vlti.vbi etiã ꝙ mr̃ debeat citari ad cognoſcendũ an fuerit in mora,& per quantũ tp̃s lapſum dicatur cõſtitui in mora,vide latè Alex.conſil.clxxxj.volu.v.col.ij.

c ¶ Luxuriata eſt.Et adde gloſ.& Bal.in auť.iiſdẽ.ſ.de ſecũ.nupt.& in l.his ſolis.& ibi Bald.j.de reuo.do.& Bald.in l.ſi qs ſub conditione.ff.de teſta.tuto.

✻ *P.PAV.P.*

c ¶ Luxuriata.Vide ad Bart.in l.omnino.C.ad Tertul.

d ¶ Cõmiſſa Bononiæ.Vide Bald.in auť.iiſdẽ.in iij.col.ſ.de ſecun.nupt.& in l.omnino.in j.col.j.ad Tertul.

d ¶ Quid aũt ſi mater eſt excluſa per morã,vide Bart.in auť.matri.in fi.Et iſtis adde Bart.in l.ſi quis ſub cõditione.de teſt.tu.Et an iſta auť.habeat locum in matre tutrice teſtamentaria,ꝙ priuetur tutela per tranſitũ ad ſecunda vota,vide ĩ auť.iiſdẽ.ſ.de ſec.nupt.& in l.omnẽ.j.ad Tertul.& ibi gl.& Cyn.Et an habeat locũ in p̃re trãſeũte ad ſecunda vota,vide Bal.in auť.iiſdem.in pe.col.ſ.de ſec.nup.Et de materia hui⁹ auť.& de p̃dictis oĩb⁹ hic tactis per Barto.vide no.per Spe.in titu.de tute.§.nunc dicendum.& in c.ex p̃te.el ij.de appel.

e ¶ Contra hoc dictum.Vide Specu.de tute.§.nunc dicendum eſt.de tut.

✻ *P.PAV.P.*

e ¶ Contra hoc dictũ.Vide Comen.conſi.xciij.

f ¶ An ſtatim.Vide Bal.in d.l.Imperialis.§.ſed ſi tales.ſ.de nupt.& in auth.iiſdẽ.in iij.col.ſ.de ſec.nupt.& in l.omnẽ.ad Tertul.C.& vide quod dixi ſ.proxi.auť.& bal.ĩ l.ſi qs ſub cõditione.de teſta.tut.& Bar.in d.auť.matri & auiæ.in iij.q.in verſi.quid ſi mater non renuncianit.ſ.de nup.& Bald.hic Adde Barto.conſi.cxv.incip.factum ſic ſe habet.An autẽ ſi mr̃ tranſit ad ſecũda vota,tamen an conſummationem carnalis copulę petat tutorẽ,debeat ſucceſsiõi priuari.vide Bal.cõſil.ccxvj.li.iiij.Pet.de Anc.cõſil.cccxviij.vbi multa de mulierib⁹ trãſeũtibus ad ſecũda vota relictis filijs:& an iudex illũ dare dẽat,quem ipſa petierit,vide eundẽ conſi.clv.lib.ij.

g ¶ Tãgit Spec.Vult allegare Spec.in ti.de tut.§.nũc dicendum.ver.ſed nõdũ &c.p Ang.in l.vxor.& in l.ſi ſocer.§.q̃ virũ.j.de infa.etiã adde Bar.in l.matres.ff.ad Tertul.& Bar.in l.ſi qs ſub conditione.de teſta.tut.& Bal.in l.precibus in viij.col.ver.& ſcias.C.de impu.& Bal.in l.j.j.ſi contra ius vel vti.publi.

✻ *P.PAV.P.*

h ¶ Dare petitũ.Sequitur Com.conſi.xciij.Vide latè Curtiũ conſil.xlvj.vbi ponit alia in materia dandi tutorem quãdo mater trãſit ad ſecunda vota.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hic Cyn.refert, & ſcripta ſua communiter dicunt. Tamen do.Richard.Mal.qui fuit ſcholaris. Iaco. de Aret.dicebat in illa q.de qua ſ.dixi, quòd do. Iac.de Aret.nunquam dicit, ſed ita dicunt communiter ſcripta ſua.& hoc puto verum.¶ Quęro, quid† ſi mater eſt minor,xxv.annis, ſed ſperatur quòd efficiatur maior, vnde ipſa interim non poteſt eſſe tutrix: vtrum ſit locus ſequenti legitimo, vel ſequenti datiuo. Videtur ꝙ ſequenti datiuo: quia quãdo proximior legitimus ſperatur, ſequẽs legitimus ceſſat, & eſt locus datiuo: vt l.non ſolum.§.ſi libertus.de excuſat.tut.l.ſi tutor reipub. §.j.ff.de tu.& ra.diſtra.In contrarium facit, quia mater non eſt tutrix legitima, niſi quando vult: nunc ad propoſitum[a] nos dicimus in teſtamento, quòd primum tollitur per ſequens, quando ex eo eſt poſsibile hæreditatem adiri: & tamen intelligitur quando ſequens teſtamentum eſt validum de ſe, nec expectat confirmationem ex voluntate alterius: vt puta ſi filius eſſet pręteritus in eo: vt l. cùm in ſecũdo.& ibi no.de iniuſt.rup.& irri.teſta. Ita videtur in propoſito, ꝙ tutela legitima, quæ dependet ex voluntate alterius, aliam legitimam nõ impediat. Hoc tamẽ non pono pro conſtanti.

## *In quibus caſibus habenti tutorem, tutor uel curator dari poteſt. Rubrica.*

LEX I.

SI in locum. Curator datus ob abſentiam tutoris, deſinit eſſe finita abſentia. hoc dicit.

LEX II.

POtuit. In locum excuſati, ſeu remoti, eſt alius dãdus: & curator datus in locum tutoris, deſinit pubertate.

LEX III.

PRopter. [b]Diffuſum patrimoniũ eſt cauſa, vt habenti tutorem, tutor vel curator cõſtituatur.h.d. Vide gloſ.ſuper ver. curatores.& nota eam, quæ ponit caſus, quando habenti tutorem tutor dari poſsit, &c.

LIcet. [c]In locum autoris excuſati, ſiue remoti, alius eſt dandus. hoc dicit.

CVm ob augmentũ. Augmentum facultatum eſt cauſa, vt tutori adiungatur curator. Item non gerens non tenetur, niſi tempore adminiſtrationis depoſitæ, ille, qui geſsit, fuit tutor non ſoluendo. hoc dicit in ſumma.

## *De adminiſtratione tutorum, & curatorum. Rubrica.*

¶ Super iſta Rubrica in eo quod dicit de pecunia, eſt poſita authentica, nouiſsimè cautum eſt quam vide.

LEX I

FRuſtra. Curator adulti nõ tenetur pro tutoribus præcedentibus, niſi ſibi poſsit negligentia imputari. hoc dicit.

LEX II

ADuerſus. [d]Actor pro vniuerſali adminiſtratione nõ poteſt cõueniri durante tutela, vel cura.h.d. Vos hic habetis glo.q̃ materiam iſtã tractat, quæ non eget ſuppletione.

LEX III.

SVmptus. Expenſæ factę in pupillum poſſunt ſibi imputari à iudice, licet nõ fuerint taxatæ. hoc dicit.

NIſi eam. Libert⁹ negligẽs in exigendo à ſeipſo, poteſt remoueri, & etiam puniri. hoc dicit.

FRuſtra. Non eſt iuſta cauſa recuſandi ſolutionem, ſi debitor dicat, ꝙ ſibi non liquet, in quam cauſam pupillo ſoluere habeat.

NOn eſt ignotum[e]. Habeo iſtam l. pro notabili. breuiter dicit. Adminiſtratores, qui iuſtam cauſam litigandi non habuerint, proprio nomine in expenſis legitimis condemnantur.

TVtelam. Tutor non debet rem alienare contra formã datã ab eo, qui rem prædictã legauit.h.d.

ET ſi ſciſſes. Ignorans ſe tutorem, nullo modo tenetur. Sciẽs verò de neglectis tenetur, ſi gerens non ſit ſoluendo.h.d.

SI curatores. Poteſt adulta iudicis officium intentare, vt curatores eam dotent.h.d.

SI liberti. Liberti malè adminiſtrantes, remouentur, & criminaliter puniuntur.

SI bonam. Qui non appellat vel appellationem non eſt proſecutus, cùm bonam cauſam habuit, pupillo ob hoc condemnabitur h.d.& eſt bona lex.

DE his. Numerus liberorum nõ ſupplet ætatem, nec propter hoc ad agendum quis admittitur.

TVtores. Tutores non tenentur ſatiſdare rem ratam haberi.h.d.

RAtiones. Idem dicit quod l.ij. ſ.eod. Pro vniuerſali adminiſtratione, non poteſt durante officio ratio poſtulari.h.d.

SI non ſubſcripſiſti. De eo quod quis fecit vt tutor, nõ põt proprio nomine conueniri, niſi ſe proprio nomine obligauerit.h.d.

NOn omni titulo[f]. Alienatio tutoris non præſtat iuſtum titulum poſsidenti niſi fiat ex cauſa, & modis à iure permiſsis.h.d.¶ Vos habetis hic vnã glo. quæ firmat, ꝙ frater tenetur dotare ſororem. Vide gloſ.& hoc hic no.ſecunda gl. & in l.j. ff.de tut.& ra.diſtra.&c.

DE ſucceſsione. Adminiſtrare tutelã, nõ aufert ius teſtãdi, vel donandi. h. d.

DEbitoribus. Adminiſtrator debet debitores monere, & eis ceſſantibus pignora vẽdere.h.d.

TVtor. Abſentia nõ excuſat tutorẽ ſcientem, & non gerentem.

PRo officio. [g]Pro mala adminiſtratione, & pro neglectis bona adminiſtratoris ſunt tacitè obligata[h]. hoc dicit hæc l.& tota die allegatur. de adminiſt.tuto.l.pro officio.

PVpillorum. Tutor tenetur de adminiſtratione tutelæ, ſi conditionem pupillo vtilem implere neglexerit.h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Bona quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non poſſunt per tutorem alienari ſine decreto.

2 Minor non poteſt dare in dotem, vel donationem propter nuptias immobilia ſine decreto.

3 Quod quis habuerit in domo maſſaritias, & ſupellectilia, põt probari per domeſticos & familiares.

4 Mulier tranſiens ad ſecunda vota, eſt filijs primi matrimonij multùm ſuſpecta.

5 Res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non alienantur ſine decreto.

D

a ¶ Propoſitũ. Vide Bal.in l.ſi. & Bart. in l. ſi quis ſub conditione.ff. de teſta. tute.& Bar.in aut. minoris. ad finẽ. ſ. tit.j.

b ¶ Propter. Vide quod ibi dixi poſt Bar.in l.iij.§. ſi pupillus.ff.de tute.& eſt gloſ.not. & ibi Bart.in l. curatorẽ. ff.de tut. & cur.da. ab his. vbi omnino vide quãdo habenti tutorẽ tutor dari poſsit. Et adde gl. Inſtit. de cu. §.interdũ.& Spec. in titu. de tu.§.fin. ver. item quod habenti.

✠ POMATES.

c ¶ Licet tutorem. Ergo habenti datur regulariter curator. & vide Ro. conſi.cccclíiij.colũ. iiij. vbi limitat, & ibi etiã ponit qualiter curator ſit dandus pupillo conuento.

d ¶ Aduerſus. Per Bart. in l.j. in pen. colum.C.vt act. ab hære.& vide j. eo. l.rationes.

e ¶ Nõ eſt ignotum. Not. pariter iſtum caſum, & vide Bar. l.ædita.in fine.ſ.de eden. & in l.j.§.ſi procur. ſi quis ius di. non obtemp. in ij.colũ.& vide tex. & ibi Bart. & Nic. de Neapo.in l.j.§.ſi pupillus.ff.de tute. & ra.diſt.

f ¶ Non omni titulo. Adde text. & quod ibi not. in l. cum plures.§. pen. ff.eo. not. per Bal. in l. ſi pater. C. de dotis ꝓmiſ.& Bal. in l. qui liberos. de ritu. nupt. & in l.j. ff. ſolu.matrim. & Ange.& Imo.in l. à filio. in princip. ff. ad Trebel.

✠ P.P.Æ.V.P.

g ¶ Pro officio. Adde ꝙ tamen bona hæredum tutoris nõ ſunt tacitè obligata pro ratiõe reddenda, vide Comen.cõſil.xxxviij. incip. quæritur an bona, etiam ſi talia bona eſſent quęſita ex rebus tutoris vide ibi.

h ¶ Obligata. Et intellige, ꝙ bona tutoris, & curatoris, & etiã eorũ fideiuſſorum, ſunt tacitè obligata, etiam ad lites. l. properãdũ. §. ſi. ꝙ alibi expreſſius non reperitur, ſecundùm Bal. ibi C.de iud. Secus in procuratoribus, & actoribus eorũ: vt ibi, creditor verò non poteſt bona, nec perſonã tutorum impedire. l.cũ etiam. & ibi Bald. poſt glo.ſ.de rebus cred. & l. iij. & ibi hoc no. limitat Baldus quando fiſ. vel priua. Ad quod vide not. per Bal.in l. ſub prætextu. ſ.de hære. act. Quid in rectore eccleſię dixi in l. reſpublica. ſ.ex quib. cau.ma. Et adde hic Bar.in l.actor. ff. rem ra. habe. & in aut. ſicut.de legit. tutel. Adde, quando tutor, vel adminiſtrator, & eorum hæredes teneantur de mala admini. Ro. conſi.cccviij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Lex quæ tutores. Et qualiter iſtud dictum intelligatur, vide quod dixi in l.j.j.de prædi.mi.

a ✣POMATES. ¶Lex quæ. Vide aliter per Panor. conſil. x. volu. ij. & Are.xxij.in princi.& limita vt per Iaſ.in l.ſi frater.in fin.j. qui teſta. fa.poſſ.

✣P. P A V. P.

a ¶Lex quæ tutores. Circa materiã huius legis vide oĩno Bar. conſil lxix. & ea q̃ habes ad Bart. in l. magis puto. §. nec paſsim de re.c. vbi habet qualiter quæ poſsit tutor vel curator de bonis minorum diſpẽſare.

b ¶Propter nupt. Vide Bar. in l. ſi añ nuptias.ff.ſo.matri.

✣P. P A V. P. S

c ¶Per domeſticos. Vide Feli.in c.quoties.in j.col. extra, de teſti. Et magis creditur domeſticis iſtis. Et vide q̃ dicit Bar. in l. quoties.C. de naufrag. lib.xi.per illũ text. q exponit, reijciat in domo vel naui probatur per veriſimilitudinem.

✣POMATES.

d ¶Sine iudicis decreto. Vide ad hanc l. Bart.conſi.lxix.& vide Felin.in c.venerabili.ad fin. de offi.dele. & Alex. conſi.xxxij.colũ.ij. volu.ij.vbi dicit, ꝙ per iuramentũ derogaretur huic ſolutioni & decreto iudicis.

e ¶Citari. An requiratur citatio ad conficiendum inuentarium? Et iſtis adde latius Bar. in l.tutor qui.ff.eo.& ibi vide an requirãtur plures notarij, & an debeat fieri in iudicio? Adde pulchrè Ro.quid facere teneatur tutor antequàm adminiſtret. eius conſilio cccxv.& vide Angel. conſil. clxxv. Pau.de Caſt. conſ. cccliĩ. Bald. conſil. xcv.lib.j.

✣POMATES.

f ¶Vt priuato. Vbicunque ergo in vna perſona concurrũt duę qualitates, quarum vna non tollit aliam, ſed ſunt pares perſonæ, tunc iudicamus de illa perſona vt de duobus. & vide Ro. vbi ponit exemplum. & concor.conſil.cccxxij.

g ¶Sancimus. Vide Bar. latius in l.ſi tutor pupillo.ff.de autho.tut.

h ¶Dubiũ. Adde Bar.in l.j.ff.de tut.& cur.da.ab his.& facit c.vlti.de iudi. lib.vj.& ibi Pe.de Anch.& quod no.Inn.& doc.in c.petitio. de procura.

i ¶Non reperio. Vide q̃ dixi in l.ij.§.quod ſi vero.ff.ad Tert.& Bald.in l. matris pietas.ſ.qui pet.tut.& in d.l.precibus.in v.col.& Bal.Cyn.hic.

k ¶§.defenſionẽ. Latius no.p gl.& ibi Bar.in l.ſi filius.ff.qui ſatiſ.cog.& in l.rõnes.ſ.e. Itẽ iſtũ tex.no.alleg.pro ſing. Ang.in l.j.ad fi.ff.de iu. om.iu.

l ✣P. P A V. P. ¶Omnẽ aũt. Idẽ Bal.& Ang.hic. Vide Pau.de ca. conſi.cccliiij.in ij.co. Aduerte tamen ꝙ licet ipſe tex. videaꝛ requirere exprimi iſta verba ꝓ forma, tñ ſatis eſt ſi tutor promittit vtilia facere, inutilia pretermittere, & pupillum indefenſum nõ relinquere quia iſtud eſt æquipollens. Vide Ale. in l.prętor.ff.de ope.no.nũ. Et meliꝰ cõſi.cxxxj.inci. põderatis his aľs cxxix. ad illud tamen ad quod iſte tex. allegatur ꝙ nõ ſufficit verbis generalibus exprimi, quod ſpecialibus eſt exprimendum. Facit text. in l.ſi qñ.§.& generaliter. in ver.& ſpecialiter.& ibi Ang.& Bald.C.de inof.teſt.facit text. in l.ſi quis in principio teſtamẽti. ĩ verbo, ſpecialiter.de lega.iij.& in l. generaliter.C. de nõ nume.pecu. & in auľ. de hære.& fal.in §. ſi verò expreſsim. facit glo.in cle.j.in verbo, ſpecialiter. de iud. Facit tex. in c.ij.de præbẽ. in vj. Vide remiſsionem Feli. quã habes ad Bart.in l.j.in ij.col. de vul.& pup. Qũo & quot modis dicatur aliquid expreſſum, vide etiã multa p Iaſ.in l.j.in pe.& vlt.col.ff. ſi quis in ius voca. nõ ier. ponentem multos caſus, in quibus requiratur aliquid ſpecialiter exprimi, taliter quòd ſufficeret exprimere verbis generalibus: & ſic in quibus plus operatur expreſsio ſpecialis quàm generalis. Et ibi etiã ponit duas limitationes ad omnes illos caſus. Item vide multas deciſiones per eundem, vbi requiriꝛ ꝙ expreſsio aliquid faciat. & vnã limitationem in l.actiõe. in iij.col. C. de trãſactio. in iij. notab. de offi.deleg. dum vult ꝙ etiam reſeruata principi in ſignum ſupremę poteſtatis veniunt in commiſsione quia de eis facta fuit ſpecialis mentio, licet nõ in indiuiduo. Itẽ an iſta deciſio procedat in curatore dato ad actũ vel cõtractum fiendum tantùm, vide Alex.ꝙ ſic conſi.clxiij.volu.v.

m ¶Tene mẽti. & vide Bar.ĩ l.ꝑtor.in prin.ff.de ope.no.nũ.& Bar.in d.l.legitimos.vř qđ per iurm hoc ſuppleꝛ, per id qđ voluit Bal.in l.j.C. cõmo.

Lex, quæ tutores. [a] Breuiter hoc intendit: Immobilia † & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: nõ poſſunt alienari non ſine decreto. Secus in his quę ſeruando ſeruari nõ poſſunt. h.d. ¶Primò not. quod dixi in ſummario. ¶Secundò not. † ꝙ minor non poteſt dare in dotem vel donationem propter nup. [b] immobilia ſine decreto. ¶Tertiò no. & tene menti ꝙ † quicquid habuit in domo, ſcilicet quas maſſaritias, ſeu ſupellectilia, poteſt probari per domeſticos [c], hoc eſt, per ſuos familiares. Facit quod habuiſtis in l.conſenſu.ſ.de rap.& l.de ſubmerſis. C.de naufragijs.lib.xj. ¶Quartò no. illud ꝙ † mulier tranſiens ad ſecunda vota, eſt filijs primi matrimonij multũm ſuſpecta. ¶Not. quintò † ꝙ res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non poſſunt alienari ſine iudicis decreto [d].

*SVMMARIVM.*

1 ☞Si res emphyteutica minoris propter non ſolutionem canonis reuertitur ad dominum, tutori imputatur.

2 Pœna l.ij.C.de iure emphy. habet locũ in minore.

Si tutores. Imputatur † tutori res emphyteutica propter canonem non ſolutum, redit ad dominũ. h.d. No. quod dixi in ſummario. No. † ꝙ tempus triennij vel biennij, de quo loquitur l.ij.ſ.de iure emphy. currit minori.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Tutor tenetur facere inuentarium quàm primùm poteſt.

2 Inuentarium ſi fiat coram vno notario, ſufficit.

3 Creditores non citantur, quando tutor facit inuẽtarium, & debet fieri in iudicio.

Tutores. Tutor † quã primũ poteſt, facere debet inuentarium de rebus & inſtrumentis & res, quæ poſſunt ſeruari, debet in tuto collocare, vel prædia idonea emere. h.d. ¶Quæro qñ tutor debeat facere inuentarium. Glo. ponit opi. illa eſt vera ꝙ debet facere cũ primùm poteſt: vt l. tutor qui repertorium in prin. de admi. tuto. ¶Secundò † quęro, an debeat fieri coram pluribus notarijs vel vno. Glo. dicit ꝙ ſufficit vnus. Dic vt habes in glo. † Item an ad hoc debeat citari [e] creditores. Gl. dicit ꝙ non licet: ſecus eſt in inuentario, quod facit hæres. Item an debeat fieri in iudicio. Gloſ. dicit ꝙ ſic. Et vide glo. &c.

Sancimus. Qui ſoluit tutori ex præcepto iudicis, pleniſsimam cõſequitur liberationem. Item reditus & penſiones ſolutæ tutori ſine decreto, liberationem præſtant.

Cum quædam. Quod qs facit vt tutor, ſibi non præiudicat vt priuato [f].

Conſtitutionẽ. Hæc lex gloſſat l. ſancimus.ſ.eo. quia factum illius non habet locum in vſuris quæ faciunt magnam ſummã vel in penſionibus biennalibus. h.d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞Tutor & curator non defendens minorem, remouetur à tutela.

2 Officium tutelæ & curæ eſt neceſſarium.

3 Curator liti datur per iudicem, qui præeſt liti.

4 Ad officium matris etiam pertinet ꝙ tutores legitimæ adminiſtrent: & in quibus tutoribus.

5 Legitimi adminiſtratores non ſatiſdant.

6 Tutor pro defenſione pupilli, poteſt bona pupilli obligare.

7 Tutor debet in tutela promittere ꝙ defenſionem ſubibit pro pupillo.

8 Tutor poteſt vendere frumentum & vinum, nec tenetur mittere illud ad alium locum.

Sancimus. [g] Iſta eſt vna bona & notabilis lex, & habet caſus multum notabiles & ſingulares. Breuiter dicit: Tutor & curator † debent defendere minorem: ꝙ ſi recuſauerint, à tutela remoueantur. h.d. ¶No. ꝙ dixi in ſummario, & habuiſtis hoc idem ſ.de procur. l.cũ qui res. ¶No. quod † officium tutelæ & curæ eſt neceſſarium.

Sed & ſi quis. Hic eſt nouus caſus: Lite cœpta ſi perſona indigeat curatore ad litem, ille dabitur officio iudicis, qui illi liti præeſt. h.d. & eſt caſus nouus & ſingularis & menti tenendus. Sed per † quem iudicem detur tutor & curator, eſt dubium, [h] vt habuiſtis. ſ.qui pe.tut.l.j. Tamen de curatore dando liti, nõ videtur dubium quod poteſt dari authoritate iudicis qui præeſt illi liti &c.

Perſonis. Ad curam eius, qui tenetur pupillis poſtulare tutores, pertinet vt tutores defenſiones ſuſcipiant: vel ſi fuerũt remoti, alij idonei conſtituantur. h.d. ¶No. quòd † ad officium matris ſpectat non ſolùm quòd dentur tutores: ſed ꝙ legitimè adminiſtrent, hoc eſt. ꝙ inuentarium faciant, & iurent, & ſimilia. Facit l.ij.§.ſi mater.ff.ad Tertul. ¶Item no. & iſtud eſt verum ꝙ ſpectat ad ſolicitudinem matris in his tutoribus, quos ipſa mater petijt. In teſtamentarijs autem vel legitimis quod hoc ad ſolicitudinẽ matris ſpectet, non reperio. [i]

Defenſionem. [k] Tutores & curatores non debent ſatiſdare, ſed poſſunt pro defenſione pupilli bona obligare. ¶No. ꝙ † legitimi adminiſtratores non tenentur ſatiſdare. ¶ † No. caſum, in quo per tutorẽ poſſunt immobilia obligari.

Omnem autem. [l] Hic eſt nouus caſus & ſingularis, & multæ tutelæ caſſantur per hoc. † Tutores & curatores debẽt ſpecialiter & expreſsè tempore, quo creantur, promittere quòd defenſionem ſubibunt. h.d. ¶Not. & tene menti [m] iſtum caſum. Et ſi ſic non reperies, opponas exceptionem contra inſtrumentum tutelæ. ¶Not. ꝙ iſtud additur ad alia quæ requiruntur in tutela, in l. legitimos.ff.de legi.tuto.&c.

His quæ. Licet tutoribus & curatoribus fructus vendere, ſub ea æſtimatione, qua à maiori parte communiter vendũtur. ¶Nota ergo † quòd non habeat neceſſe tutor vel curator frumentum vel vinum reſeruare: ſed poteſt vendere cùm vult: pro pretio tamen, pro quo ibi communiter vẽditur. Item videtur quòd non habeat neceſſe frumentum vel vinum mittere ad alium locum: ſed poteſt vendere in illo loco vbi habet pro pretio, quo ibi communiter venditur &c.

*De periculo tutorũ & curatorũ. Ru.*

Lex

LEX I.

ET qui notitiæ. Tutor datus cauſa notitię tenetur, ſi vtilia pupillo tacuit, vel fraudē commiſit, vł participauit ſolus, cum tutores ſuſpectos facere ceſſauit. hoc dicit. Ad euidentiam ſcias quod quidam ſunt tutores dati cauſa notitiæ, qui non adminiſtrant, ſed informant vel inſtruunt alios adminiſtratores quid facere vel gerere debeant.

LEX. II.

ADeos, qui. Cùm adminiſtratio eſt diuiſa per prouincias, vnus tutor de facto alterius non tenetur. hoc dicit.

LEX III.

SI res [a] pupillares. Tenetur tutor ſi culpa præceſſit caſum: aliàs non tenetur de caſu fortuito. h. d. cum l. ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Quis præſumitur ſcire illud, qđ publicè ſcitē
2 Quis pręſumitur ſcire illud, quod eſt ſibi denunciatum ad domum.

SI tutor. [b] Ad eum, qui ſe ignorat tutorem periculum adminiſtrationis non pertinet. hoc dicit. ¶ Aduerte, & opp. quòd ignorantia non pręſumatur: vt l. verius. ff. de probat. Dicunt quidam ꝙ hoc oſtendit admiſſus non iuſſus. Vide gl. [c] Iſtud eſt facilè dicere. Vel melius dicit gl. & iſta ſunt tria notabilia dicta, ꝙ hic erat præſumptio ſcientiæ: ideo qui vult probare ignorantiam, probet eam. iſta autē ſcientiæ præſumptio cōtingit ex tribus. Primò ſi interfuit teſtamento, ſi erat publicè notum [d]: vel ſi fuit denūciatum ad domū. & vide gl. [e] ¶ Nota ergo † quòd quis præſumitur illud ſcire quod publice ſcitur: vt l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. de inſti. ¶ Item not. † ꝙ quis præſumitur illud ſcire, quod eſt ſibi denunciatum ad domum [f]. Tene menti, qui ad hoc iam millies allegaui hanc legem.

TEmporis. Poſt tutelā finitam periculum non pertinet ad tutorem. hoc dicit.

*Quando ex facto tuto. uel cura. minor agere uel conueniri poſſunt. Rubrica.*

LEX I.

IVlia. Ex ſentētia non daē actio in tutorem vel curatorem officio finito, ſed in ipſum principalem. hoc dicit.

LEX II.

ET ſi tutores. [g] Ex ſtipulatione tutoris ſuper re pupilli quęritur actio pupillo hoc dicit. Diſtingue vt in gloſ. quam vide & nota.

LEX III.

SI in rem. Ex cōtractu tutoris in vtilitatem pupilli tenetur pupillus. Et differt hæc l. à prima: qa prima loquiē de ſententia: hæc de cōtractu. h. d.

SI hi qui. Tutores & curatores ex adminiſtratione tenenē pupillo ex eorum facto: aliàs ei pupillo quæritur actio.

PEr tutorem. Per tutorē nō quæritur actio pupillo extra rem pupilli.

*Si ex pluribus tuto. uel cura. omnes uel unus agere pro minore uel cōue. poſ. R.*

LEX I

ABvno. Vnus ex pluribus tutoribus, poteſt in ſolidum pupillum defendere. h. d.

LEX II.

SI diuiſum. Si adminiſtratio diuiſa eſt ꝑ prouincias, tutores illius prouinciæ tantùm cōueniendi ſunt. h. d. ¶ Opp. de l. inter. in fi. ff. de admi. tut. Solue vt ibi not. per Dy.

*Ne tutor uel cura. uectig. condu. Ru.*

LEX VNICA.

COmpetens. Qui tutelā gerit, vel eius rationē nō reddit, ad cōducenda vectigalia nō admittitur: & ſi acceſſerit, pœna falſi tenetur, niſi vtriq; idoneè ſatiſfecerit. h. d. ¶ Quidam dicunt ꝙ hic eſt vnus caſus, in quo in delictis admittitur pœnitētia. Sed certè hic quando fiſco [h] & pupillo ſatiſfacit, ceſſat doli præſumptio in præteritum: vt plenè dixi in l. qui ea mente. ff. de fur. Quæritur vtrum ille, qui conduxit vectigalia publica, iuſtam excuſationem habeat à tutela. Quidam dicunt ꝙ non. Dic vt dicimus j. de excuſa. tuto. l. coloni. &c.

*De tuto. & cur. qui ſatis non ded. Ru.*

LEX I.

SI nondum. Minores poſſunt à [i] ſuis adminiſtratoribus ſatiſdationē exigere: qui ſi ceſſauerint, prohibentur adminiſtrare. h. d. ¶ Op. j. e. l. iij. & Inſtit. de ſatiſd. tuto. §. j. Sol. Diſtingue: Tutores quidam ſunt teſtamentarij, vel dati in teſtamento à iudice confirmati: & iſti nullo modo ſatiſdāt. Quidam ſunt dati ex inquiſitione, & iſti non tenebantur olim ſatiſdare: hodie verò omnis datiuus tenetur ſatiſdare [i]: vt Inſtit. de ſatiſd. tut. §. pen. Ita dicit glo. hic: alibi diſtinguit, & melius, in auē. vt hi qui ob. ſe perhi. habere res mino. §. poſtul. & illam glo. tene menti, &c.

LEX II

CVm tutorem. Qui nō ſatiſdat remouetur à tutela cum infamia, ſi dolo fecerit: aliàs ſine infamia. & in locū defunctorum alij debent dari, qui rationes pręteritorum expoſcent.

LEX III.

INdubiū. Tutores nō teſtamētarij debent ſatiſdare aliàs facta per eos non valent, h. d.

NOn omnium. Teſtamētarius & cōfirmatus nō ſatiſdant [k]. Itē ex pluribus teſtamentarijs ille in adminiſtratiōe præfertur, qui aliàs ſatiſdederit. h. d. Habetis ff. de teſta. tut. l. teſtamento datos. & de admini. tut. l. iij. in gl.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Scientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi, quod tranſmittit ad ſuos.
2 Scientia tutoris etiam qui non ſeruauit ſolennia, inducit pupillo ius deliberandi, vbi pupillus educari debeat.

TVtor. Hæc eſt not. l. & eam hoc anno allegaui. Qui nō ſatiſdedit, non poteſt adminiſtrare, nec gerere, niſi ea, quæ ſunt tēpore peritura, vel nullū præiudiciū paritura. h. d. Vide gl. fin. & dic ſuper verbo, bonorū. Pro hoc videtur caſus in l. impuberi. de tut. & cu. da. ab his. ¶ Nota multùm quod dixi in ſummario. Ex quo habes [l] arg. imò caſum ad quęſtionē, quā aliàs pluries cōſului,
1 Primò cōſului ꝙ † ſcientia tutoris inducit pupillo ius deliberādi, quod trāſmittit ad ſuos hęredes ſecundū formā l. cùm antiquioribus. de iu. delib. ar. pro hoc in l. ſequitur. §. ſi pupilli. de vſuca. Itē con-
2 ſului ſecūdò ꝙ † ſufficit ſciētia tutoris, quanquam nō ſatiſdederit vel inuētarium nō fecerit, & nihil de ſolēnitatibus obſeruauerit. Caſus eſt hic. Nam ius deliberādi eſt tempore periturum: quia durat

a ¶ Si res. Qualiter teneatur tutor de caſu fortuito, & an furtum dicatur caſus fortuitus, vide Roma. conſil. cccc-xxv.

❦ P. P A V. P.

b ¶ Si tutor. Dum dicitur hic ꝙ præſumptio legis eſt liquidiſsima ꝓbatio vide & declara vt per Iaſ. in l. ſciē dum col. viij. ff. de verb. oblig.

c ¶ Vide gl. Et iſtā gloſ. pro ſing. allegat Ioā. de Imo. in l. quęſitum. ff. de re iud. & in l. in tempus. §. j. & in l. ſi ita quis hęres. ff. de hęredi. inſtit.

❦ P. P A V. P.

d ¶ Si erat publicè notū. Vide Com. conſil. clxij. in vlt. col. & ibi etiam ꝙ illud, quod eſt nūciatū procuratori, præſumitur domi nus ſcire, vide etiā ad hoc quæ habes in l. ſi publicanus. §. ij. poſt Bar. ff. de publica. Dicit etiā Com. in dicto cōſ. ꝙ ratione vicinitatis pręſumitur ſciētia, vt etiā habetur in l. j. ff. ſi cert. pet. Itē illud, quod hic diciē ꝙ erat publicè notum intellige ꝙ requiraē quòd ſit publica vox & fama, vt declarat Areti. conſ. cx. in v. col. Vide latè Felin. in ca. cum contingat. in cōcluſione, vſq; ad finem extra, de reſcript. Item ꝙ publica fama faciat ꝓſumi ſcientiam. & de quibuſdam alijs vide Bar. in l. is poteſt. in v. col. ff. de acqr. Et quod etiā ibi habes. Itē præſumitur ſciētia eorum, quæ fiunt in ciuitate vel ꝓuincia, & quomodo, vide Barba. in ca. j. in j. notab. extra, de offi. deleg.

e ¶ Et vide gloſ. Et iſtā glo. vide alleg. per Bart. not. in l. ſi cui. §. iiſdem. de accuſ. Et ad hanc gloſ. vide plenius per Bal. in l. is poteſt. de acquir. hær. & eſt ſingul. gloſ. & ibi Bart. in l. j. ff. de recepta. & eſt tex. no. in auē. quo modo oport. epiſ. ad fi. vbi dicit ꝙ ꝓpoſitū in poſte. eccle. quis non poteſt ignorare. Facit c. j. de poſtu. prælat. c. ſi. q ma. accu. poſ. l. ſed ſi pupillus. §. ꝓſcribere, ff. de inſti. gl. no. in cle. ij. & ꝙ habetur in cle. j. de iud.

f ¶ Ad domū. Idem not. gl. in l. ita. j. de excuſ. tut.

g ¶ Et ſi tutores. Vide Bar. in l. ſi vrbana. in fi. de cōdi. inde. & Bal. in l. ij. in xxiiii. col. cum ſeq. de ſerui.

h ¶ Quādo fiſco. Ad iſtam vide not. in l. in confirmando de confir. tuto.

i ¶ Satiſdare. Sed Frā. Tigri. in conſi. incipi. factum ſic ſe habet: quidā nomine Burgundus cui ſubſcripſit Bar. tenet ꝙ in datione tutoris nō requiritur inquiſitio, niſi quo ad hoc: quia ſi fuerit datus cū inquiſitione, non ſatiſdat, aliàs ſic, & per hoc no. vide Bart. in l. ſi patronus. ff. de confirm. tuto. aliàs eſt l. ſi tutores. & Bar. in l. j. ff. rē pup. ſal. fo. Sed tene dictam gl. in d. auē. vt hi q obli. ſe ha. perh. in verſi. agit. ad fi. quā ſequitur Cyn. hic in rub. & Bar. l. ſi patronus.

k ¶ Non ſatiſdant. Sed quid ſi erat tutor teſtamētarius, qui erat malę famę & erat ignotus teſtatori: an hoc poterit obijci, vt teneatur ſatiſdare? Videtur ꝙ ſic, in l. liberto, §. Largius. ff. de annuis leg. & in l. teſtamento. ad fin. de admi. tut. & qđ no. Bald. in d. l. j. de confir. tuto.

l ¶ Ex quo habes Et vide etiā Bart. in l. tutor q repertoriū. in fi. prin. ff. de admi. tut. Et cum hoc tranſit Bar. hic.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶ Curatores. Per Bar. in l. ſenatores. ff, de ſenato.
b ¶ Educatio. Vide glo. in c, ij. de conuer, infid. facit gl. in c. cùm haberet. de eoqui duxit in matr. quam polluit. hic per Ioan. de Bel.
c P. PAV. P. ¶ Vtrū nepos. In iſta materia, penes quē pupillus ali debeat, vide Bal. conſil. ccccIxxxvij. in v. parte. vbi liberè loquitur. Vide Pau, conſil, cccliiij. ad finē, & eundem in l, ſi paterno. circa finem, C, de nego. geſt, Et φ interdum pupillus poteſt dimitti penes vitricum quando mater tranſiuit ad ſecunda vota, ſi ſit perſona honeſta & probatę fidei licet in dubio videatur præſumptio cōtra eum vide in materia Bar, in q. xvj. incipien, quæritur an iudex vbi examinat an ſponſa pupilla poſsit & debeat ali penes ſponſum, & qñ debeat penes matrē, vide dom. Benedictum Peruſ. in conſilio lxxij. in ij. colū. De vitrico φ apud eū ali nō debeat, vide Spec. tit, de tutore. §. nunc dicendum. in ij. col. Barto. in l. nonnūquam. ff. de adopt. Itē quando quæſtio eſt apud quem ſtari debeat, vbi interim deponi debeat, & φ omnia iſta ſint ſatis arbitraria iudici, vide Alexand, in conſil. clxj. in vlti. colum. in vj. volu. Item φ non ſit educādum apud illum, qui ſuccederet ſibi, & ponderandum ſit an ſit perſona ſuſpecta, ponit glo. in c. grandi. in verbo, item. de ſupplen. negli. prælat. in vj. Paul. conſil. cccliiij. in fine. Vide Cor. conſil. cxcviij. in j. parte. in vj. colū. Et de ſubſtitutione vel ſucceſsione, vide Socin. conſil. cxciij. in ſecundo dubio. Et vbi affines oēs eſſent ſuſpecti, iudex eligit extraneum, vide Alber. de Roſa. in l. ij. §. Iulianus. ff. de lib. exhib. Item quòd illud, quod dicitur hic in pupillo, locum habeat in furioſo & mente capto, vide gloſſ. in c. grandi. in verbo, fratrē. de ſupplen. negli. prælat. in vj. Vide Cardina. in

anno: vt d. l, cùm antiquioribus. Item quia hoc nō poteſt eſſe damnoſum pupillo: ergo non requiritur φ tutor impleuerit ſolennitatem, Facit l. tutor qui repertorium. poſt princi. de admi. tu. quod nota multùm bene. Et no. φ meum motiuum fuit & in hac ciuitate fuit hoc anno pluries conſultum ſed à princi. meum motiuum fuit, & tetigi de hoc in l. qui duos. de reb. dub. Reducam tibi ad memoriam in l. cùm antiquioribus.

## *De ſuſpectis tuto. & cura. Rubrica.*

LEX I.

**L**Ibertum. Tutor poteſt poſtulari ſuſpectus durante tutela, non ea finita. h. d. &c.

LEX II.

a **C**Vratores. [a] Si curatores gerere ceſſant, poſſunt remoueri vt ſuſpecti. h. d. cum l. ſeq. ¶ Vide hunc tex. ibi: ad eos tutela transfertur. Facit ad q. de eo qui promiſit dare ſcachum matum cum pedona, ex quo dat matum cū ea facta forſa ſeu regina. De qua hic per Cyn. in qua poſita ſunt puncta ſubtilia, &c.

**E**Tiam. Tutor teſtamentarius poteſt poſtulari vt ſuſpectus. hoc dicit.

**I**N poſtulandis. Mores potius, quā diuitiæ in tutoribus ſpectantur.

**P**Ietatis. Quilibet poteſt tutorē poſtulare ſuſpectum: & paupertas non eſt iuſta cauſa ſuſpicionis: ſed eſt cauſa, propter quam poteſt curator adiungi. h. d. No. ibi φ paupertas eſt cauſa quare alius adiungatur, &c.

**E**Vm quem. Pendente cauſa ſuſpecti nō pōt tutor adminiſtrare: ſed loco eius debet curator conſtitui. h. d. Hæc notabilis lex, ſeu caſus. De hoc habes Inſtitu. eo. §. ſi quis autem. & l. quod ſi fortè. §. j. ff. de ſolu. Et dic vt dixi ibi. In contrarium facit extra, de offic. & pote. iud. delega. c. venerabili. Dic vt dixi in d. l. φ ſi fortè.

**S**I non ſuſpectū. Tutela pendente tutore non remoto, non poteſt ratio adminiſtrationis expoſci. h. d.

**S**Vſpectos. Remotus ob dolum eſt infamis. aliàs ſecus. h. d. Vide gl. ſuper ver. negligentiam. Et nota ex ea, vtrum lata culpa æquiparetur dolo. dic de hoc in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. ¶ Item no. ibi φ ex officio remouebatur non accuſatus. ¶ No. arg. φ condemnatus ex inquiſitione non accuſatus non infamatur: vt not. in l. iij. §. præterea. ff. eo. & ibi per Dy. quod Cyn. videtur hic: & ego dixi aliàs in l. infamem. ff. de publi. iudi. & ibi vide.

## *De eo qui pro tuto. negotia geſsit. Ru.*

LEX I.

**E**Tiam. Mulier, quę gerit vt tutrix pro tutela tenetur. h. d.

LEX I.

**N**On vtiliter. Exceptio φ quis non ſit tutor poteſt opponi in quacunq; parte iudicij. h. d. Hoc intellige vt dixi ſ. de procur. l. non eo minus, &c.

## *Si mater indemnitatem promiſerit. Ru.*

Clemen. j. de homicid. in j. notab. φ veniens ab inteſtato debeat cuſtodire furioſum. quod videtur cōtra textum in l. ij. huius tituli, Item φ licet ſubſtitutus poſsit decerni tutor pupilli, apud eū non debet educari vide Bar. in l. amiciſsimos. in prin. ff. de excuſ. tut. Vide tex. in l. j. ff. vbi pupil. educ, deb. in prin. vbi etiam Bar. & alij. Poſſet tamen ſubſtitutus eſſe adeò legalis, φ apud eum educaretur. Vide Pau, de caſt. cōſi. cccliij, ad finem. Sequitur Socin. in d. conſil. cxciij. Et iſte titulus loquitur mortuo patre, vt p Ale. in l. fi. ff. eo. tit. Vide aūt an debeat educari penes eum vel matrem, vide in l. j. et ij. C. diuor. fac. apud quē, &c. vide tex. in l. fi, de cōuer. infi, circa finē. Exēplū vbi non debeat educari penes patrem ſi ſit ſuſpectꝰ, vide text. in l. j. §. j. ff. de lib. exhib.
d ¶ Quod plerunq;. Et hunc text. not. alleg. Bar. in l. antepen. ff. de condi. & demon.

LEX I.

**S**Vo potius. Mater, quæ tutorem petijt, ex facto illius tutoris non tenetur. h. d.

LEX II.

**Q**Vædam. Licet mater indemnitatem promiſit pupillo, actio contra tutorem decernitur. h. d.

LEX III.

**O**B tutorem. Hæc lex quaſi idem dicit qđ prima: mater, quę petit tutorē, ex eius officio nō tenetur, niſi hoc ſit actum.

## *Si contra matris uoluntatem tutor datus ſit. Rubrica.*

**S**I contra ma. Ex eo φ qs creatꝰ ſit tutor contra matris voluntatem, poterit remoueri. h. d.

## *Vt cauſæ poſt puber. adſit tutor. Ru.*

LEX VNICA.

**T**Vtores. Cauſæ iam cœptæ debet adeſſe tutor etiam poſt tutelam finitam ante rationem & inſtrumenta addita. h. d.

## *Vbi pupilli educari debeant. Rubri.*

LEX I.

b **E**Ducatio. [b] Pupillus educādꝰ eſt apud matrem ad ſecūda vota nō tranſeuntem: & quando de hoc eſt contentio, iudicis determinetur arbitrio, & onus alimentandi pupillum eſt neceſſarium. h. d.

LEX II.

c **V**Trum nepos. [c] Vbi pupillus educetur, eſt iudicis arbitrio: & de eo qui debet pupillo ſuccedere, eſt iuſta ſuſpicio.

P. PAV. P.
d ¶ Quod plerunq;. Circa materiā legis huius, vide Comē. cōſi. lxxxvij. incip. caſus talis eſt circa mediūvſq; ad finē. vbi tamen vult φ operæ pupilli, ſi q̄ ſunt, debeant compenſari cum alimētis & φ illud habeat locū etiā in patrono: quia nō pręſumitur alerę de ſuo, ſi pupillus habeat in bonis, &c. Et alimēta in pupillo & quolibet alio præſtanda ſunt ſecundùm facultatem & proportionem fructuū & qualitatem perſonę. Vide Corſetū in c. grandi. in pe. charta verſi. no. ibi ſecundū φ dicit de ſupplen. negligen. prælat. & ibi etiā dicit φ taliter debeat præſtari, vt aliquid ſemper in fine anni ſuperſit, non vt omnia conſumātur. Et de redi tibus vide etiā quę ſcripſi in l. q bonis. ff. de ceſſ. bonorū.

## *De alimentis pupil. præſtan. Rubric.*

LEX I.

**P**Vpillus. Tutor debet pupillo alimenta præſtare: & ſi negligat, poteſt cogi, etiam ſi quæſtio ſtatus pendeat. h. d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Conſilium, quod quis faciat taxari alimenta pupillo.
2 Intereſt pupilli, ne ſecreta ſui patrimonij pandantur.
3 Tutor an teneatur dare copiam inuentarij aduerſario pupilli.

LEX II.

d **Q**Vod plerūque. [d] Alimenta ſi à iudice taxata non ſunt, tamen idoneè facta à tutore imputantur pupillo & in dubio præſumitur pupillus alitus à tutore. hoc dicit hæc bona & not. lex. Dico quòd tu
1 notes iſtam l. primò conſilium eſt † quòd quis faciat taxari alimenta præſtanda pupillo, ne poſtea de hoc incidat in controuerſiam. ¶ Secundò nota
2 † quòd intereſt pupilli ne ſecreta ſui patrimonij pandantur, quod nota & tene menti. Quod eſt
3 multum vtile ad q. † vtrum tutor agens vel defendens

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Copiam inuentarij. Adde Bart.in l.j.ff. de cur.bo.dan.& clarius in d.l. ij.quando & quibus quarta pars debe. & videtur velle per hunc textum. quod tutor excuſetur facere inuentarium, ſi inutile erit pupillo pandere ſecreta patrimonij, ſecundùm Ange.in l.ſi vacantia.in iij.col.de bo.vacã. lib.x.& Bart.in l.tutor qui repertorium.in ij.char.de admini.tut.

✠ P. P A V. P.

b ¶Cùm tutelæ. De materia huius legis a vide latè Paul. de Caſtro conſil. ccc-lxix.

✠ POMATES.

c ¶Nomina. Vide Imo. conſil. lxxv. col. j. in fin.& ſeq. & Roma. ccccxiij. col.pen. in vij. dubio. vbi loquitur etiã in neg.geſt. & ibi ponit qđ iuris, quando tales haberent rem communem cum pupillo. Et ad declarationem huius l. & ſimilium vide plenè Angel. conſilio cccxj. vbi plenè ponit, quando alicui poſsit imputari, ꝙ nõ exegerit nomina debitorum.

d ¶Si defunctus. Ad iſtum text. adde l. ſi creditores.in fin. de ſepara.bon.facit ad ea quæ dixi in l. diuus. de bonis damna.& vide per Bald. in c.j.de contro.inter do.& vaſa.in vſib.feud.

✠ POMATES.

d ¶Si defunct⁹. Vide ad iſtam l.ſi defunctus. alleg. per Felin.in c. ſcribam col.ij.de præſump. & vide Aret. cõſil. xxxj.col.j.in fin.& Alex. cõſil. lxxxij. col.fin.volu.ij. vbi dicit regulariter, quòd licet aliquis adminiſtret bona alicuius, ꝙ tamen nõ præſumitur ex bonis eius acquiſiuiſſe. & conſil.xiij. in fi. volu. iij.&xl. col.fin. eod. vol.vide etiam Præpo.in titul.de feud.guar. in princ. colum. iij.

fendens debeat facere aduerſario copiam inuentarij.[a] Et videtur quòd ſic: quia ſi non facit inuentarium non poteſt agere vel defendere.j. tit. proxi. l.fin.§.de admini.tuto.l.tutor. In contrarium videtur hæc l. quia non debet pandere alteri ſecreta patrimonij pupilli: vt hic, & j.quando & à quibus quarta pars debe.l.ij. Breuiter aliàs dixi. Et dico quòd debeat dari copia inuentarij, quatenus ſufficit parti: vt per hoc ſibi ſit cautum, & ille habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Dabitur ergo ſibi copia inuentarij, & omittetur apponi in copia res ex præcepto iudicis: totum aliud parti dabitur: vt argu. huius l. & de edend. l. argentarius.§.j.& l.j.§.tit.j.in fin.

## Arbitrium tutelæ. Rubrica.

LEX I.

b CVm tutelæ. [b] Verba enũciatiua teſtatoris alteri, quàm hæredi nõ poſſunt eſſe damnoſa. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Pupillus in dubio præſumitur alitus à tutore.

2 Facta, in quibus requiritur ſumptus, præſumuntur facta per eum, qui debebat facere.

3 Figura facta in loco, præſumitur facta ab hærede qui eam facere tenebatur.

LEX II.

c NOmina. [c] In exigendis nominibus debitoris tutor de dolo & lata culpa tenetur. hoc dicit. ¶Nota quòd 1 † in dubio pupillus præſumitur alitus à tutore. Contra ad actionem conſequendam nõ ſufficit eſſe factum, niſi probetur a quo: vt l.ij.de condi.& demon.& l.cùm ſeruus de verb.obli.& ibi per Cy. Sed reſpondeo, in 2 his, † quæ aliquis tenetur facere, & non poſſunt fieri ſine ſumptu, factum in dubio pręſumitur ab eo, qui tenebatur facere, vt hic. In his verò, in quibus nõ requiruntur ſumptus, procedunt contraria. Et per hoc dixi ſemel in quæſtione de facto: 3 Teſtator † iniunxit ꝙ faceret hęres depingi quandam figuram in aliquo loco ſub certa pœna: reperitur depicta, non apparet per quem. Reſpondeo quòd in dubio præſumitur facta ab hærede, qui tenebatur facere. arg. huius l. in fin.

LEX III.

CVrator. Curator poteſt eligere an petat emptũ ex pecunia ſua, an petat pecuniam. hoc dicit.

CVm qui. Ex eo quod minor cõſequitur à tutore indiſcretè à paterna hęreditate abſtinẽte, nõ poteſt à creditoribus conueniri. hoc dicit.

OMnes tutores. Si plures habent vnam cauſam, omnes apud eũdem

d ✠ P. P A V. P. ¶Si defunctus. Sed expone etiã ſi probaretur ipſum tutorem à principio, quando cœpit adminiſtrare, nihil habuiſſet, etiam ſi emeret nomine pupilli, vide Com. conſil. lxxviij. incip. caſus talis eſt. poſt princ. tamen in hoc quòd probetur ante fuiſſe pauperem, contrariũ tenet latè Roma.conſil.cccxlvj. Vide quomodo debeat concordari, quæ ſcripſi in l.ij.§.pro ſocio. Contra tamen deciſionem hic poſitam faciunt quæ dicit Bart. poſt glo. in l.ſi verò. in princ.ff.qui ſatiſd.cog. ꝙ in dubio quis non præſumatur idoneus facultatibus, licet alio modo præſumatur idoneus & habilis. Item quòd diſpoſitio huius legis habeat locum etiam in iudice, vide Alex.cõſi.ccccclij. Item regulam huius legis limita procedere poſt redditã rationẽ adminiſtrationis per tutorem: ſecus ante. Vide Aret.conſi.xxxj.in j.col.in fine. vbi allegat Bal. ad hoc. Item pro iſta regula vide Ioan.de Ana.conſi.lxv.in ſecundo dubio, vbi ſub dubio tamẽ dicit quòd fortè non admittatur probatio in contrarium.

e ¶Veteris iuris. Ad intellectum huius l. vide quod not. Bal. in l.teſtium. in j.colũ.§.de teſtib.& hoc eſt ſpeciale fauore minoris, ſecundùm Bald. in prin. plus val. quod agi. Dic tamen, quòd ſi Prætor vidit damnoſ. in eſſe remiſsionẽ inuẽtarij, non ſequitur voluntatem: vt in l.in confirmando. de confir.tuto. & an inuentariũ hæredis poſsit remitti per teſtatorem, vide latè per Bal. in l.fi.§.cum igitur.j.de iure deli. Adde ad hãc legem videndum Bal.conſi.cclxxiij.li. And.Sicul.conſi.lxix. Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de inſtru.editione.§.dicto. circa princ. Quo verò ad apoſtillã, vide Angel.conſil.clxxv.

iudicem ſunt vocandi. hoc dicit.

CVm interdictæ. Eſt in electione minoris approbare venditionẽ indebitè factã: & pretiũ iuſtũ à tutoribus petere: & poteſt prius cõuenire tutorẽ vẽdentẽ, & poſtea alios cõuenire: nec eſt hoc à principe impetrandum, quia à iure communi conceditur. h.d. ¶Nota quòd prece fruſtra petitur, quod iure communi conceditur &c.

QVicquid. In actione tutelæ & vtili neg.geſto. venit dol⁹, lata culpa, & leuis. h.d. Habes hic vnã quæſtionẽ, quã vide, quã habes hic, & habuiſtis §.de admini.tut.l.pupillorum. Et ibi etiam glo. hic tamen tractatur per Cy.

TVtores. Actio tutelæ nõ præſcribitur longo tempore. hoc dicit.

TVtorem. Actio tutelæ cõpetit contra tutorem, non contra eum, cui tutor indemnitatem promiſit. hoc dicit.

d SI defunctus. [d] Quæ tutor quæſiuit, in dubio ex bonis pupilli quæſiuiſſe nõ præſumitur. hoc dicit.

TVtor. Contracta adminiſtratio poſt finitam tutelam venit in actionem tutelæ.

e VEteris iuris. [e] Hæc eſt bona lex, breuiter h.d. Confeſsio tutoris erronea circa patrimoniũ pupilli, ſibi nõ præiudicat, niſi in inuẽtario ſcribi fecerit: f [f] tunc enim probatio in contrarium nõ admittitur. hoc dicit. ¶Nota hunc caſum, quãdo tutor ponit in inuentario, quod ſibi præiudicat.

Illo etiam. Tutor non poteſt adminiſtrare, niſi facto inuentario ſibi decernatur adminiſtratio, niſi per teſtatorem g fuerit remiſſum: [g] & tutor qui non fecit inuentarium remouetur vt ſuſpectus. De quo dic vt l.ſi tutor.ff.de ſuſpect.tuto. h.d.

## De diuidenda tutela, & pro qua parte quilibet tutor &c. Rubrica.

LEX I.

SI poſt. Tutor non tenetur ex facto contutoris idonei tempore tutelæ finitæ. h.d.

LEX II.

SI diuiſio. Adminiſtratione non diuiſa, vel diuiſa à ſe ipſis, quilibet tenetur in ſolidũ. Ea diui-

✠ POMATES.

¶Adde huic apoſtil. ibi quod notat Bal. & ita vult glo. hic. cui addo gl. in l.cõficiuntur. ff.de iure codicil. à me ponderatam. circa quod vide Bar. conſil.ccxxxij. Roma. conſil.cij. & Imol. conſil.lxxv.

✠ P. P A V. P.

e ¶Veteris iuris. Dũ dicit in iſta lege ꝙ inuẽtariũ ꝓbat contra tutorẽ, vt non admittatur probatio in cõtrarium Iaco. de Are. & Alber. & Bald. hic intelligũt ꝓcedere in reb⁹ mobilibus ſecus in immobilibus. Et ſequit Bald. cõſil. lxxxv. vol. iij. Cõtrarium tenet Salic. hic, & ita vult Bar.conſil. ccxxxvj. aliàs ccxxvij. de quo j. Item iſtam legem limitat Ioan. Andr. in addit. Specu. tit. de inſtr. editio.§.fi.in prin. Item in additione incip. Vbertus de Bobio. niſi eſſet error acerrimus, quia cõſtaret defunctũ prius alteri vendidiſſe. qui dicit iſta velle Vbertum de Bobio in hac l.fi. & Ioan. Andr. refert ſimpliciter Alex. in apoſtil. ad Bal. in hac lege. Et bene facit pro hoc, quia ideo non poteſt probari cõtrarium in caſu huius legis oritur præſumptio iuris & de iure. Sed contra talem pręſumptionem admittitur probatio per notata per Feli. in c.quanto in vlt.col.de pręſumpt. Habes in aut. ſed iam neceſſe. ad Bart. C.de dona.ante nup. per inſtrumentum autem fit notorium, vt per Bart. & alios in l.j.§.item ſolent.de offic.præfec. vrb. dicit ꝙ non iuuat proteſtatio tutoris. Contrarium vult Odofred. hic in fine. Sed Bal. hic tenet idem quod Bar. Vide Alex. in apoſtil. ad Bar. hic. Sed Bald. in d.§.item ſolent. aliter loquitur. Et ſi poſsidet rem alienã iam ipſe teneatur pupillo conſignare rem, vide Bar. de quo §.& Bal. in d.conſil. & hic & Bal. & Alex. poſt Iaco. de Aretio & Salic. hic.

f ✠ P. P A V. P. ¶Scribi fecerit. Vide & declara vt per Bart. conſil. ccxxvij. aliàs ccxxxiiij. incip. proponitur. & amplia vt per Bart. in l.j.§.itẽ ſolent. in fine.ff.de offic. præfecti vrb.

g ✠ P. P A V. P. ¶Fuerit remiſſum. Pro limitatione huius legis ꝙ poſsit remitti cõfectio inuẽtarij, vide omnino Ang.cõſi.cxxxvij. inci. reuocatur in dubiũ. ad fi. Itẽ nota ꝙ licet in præiudiciũ legatariorũ poſsit teſtator remittere, nõ poteſt tamẽ remittere in præiudiciũ creditorũ. Vide



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſa à teſtatore vel iudice[a], quilibet tenetur pro parte ſua, niſi in caſibus hic expreſsis. h. d. Materiam iſtam plenã examinaui ſ. de trãſact. l. j. & ibi dixi.

LEX III.

LIcet conuentione. Prius conueniendus eſt gerens, quàm is, qui non geſsit.

*De in litem iurando.* *Rubrica.*

LEX I.

ADuerſus. Aduerſus hęredes tutoris iuratur in litem ob dolum ſuum tantùm. Item ob dolum tutoris verum non præſumptum niſi cũ tutore lis fuerit conteſtata. h. d. totus titulus.

*De hæredibus tutorum.* *Rubrica.*

LEX I.

HAeredes tutoris. Hæredes tutoris tenẽtur de dolo & lata culpa, etiam nongerentis, vel à ſe non exigentis, & de dolo ſuo ꝓprio. h. d. totus ti.

*Si tutor uel cura. non geſſerit.* *Rub.*

LEX I.

CErtum eſt. [b] Tenẽ gerens, ſi ei poteſt negligẽtia imputari, cur contutorem ſuſpectum non fecit: & libertus non poteſt patronum accuſare: ſed iudicis officiũ implorare. h. d. ¶ Per iſtam legem dicunt glo. noſtri ꝙ licet accuſatus & damnatus ſit infamis: tamen inquiſitus condemnatus non eſt infamis per hanc legem, vbi vides ꝙ libertus non poteſt accuſare: quia patronus infamaretur, tamen poteſt implorare ꝙ iudex inquirat. Et ſic patet ꝙ non infamat. Ita dicit gl. in l. iij. §. præterea. ff. de ſuſpec. tuto. Tetigit glo. ſ. de ſuſpec. tut. l. fi. quod dic vt dixi in l. infamen. ff. de publi. iud. facit quod notatur in l. j. ſ. de mo. mulc.

*De uſuris pupillorum.* *Rubrica.*

LEX I.

TVtorem. Qui pecuniam pupilli in ſuos vſus cõuertit, ad vſuras tenetur. h. d.

LEX II.

FIus. In actione tutelæ etiam pro eo quod quis debet pro contutore veniunt vſuræ.

LEX III.

SI pecuniam pupillarem[c]. Si tutori non poteſt imputari culpa, nõ debentur vſurę pecunię. h. d.

PVpillus. Hæc eſt bona lex, & legitur duobus modis. Et ſecundùm vnam lect. breuiter & notabiliter dicit: Reus non poteſt cogere actorem agere: ſed poteſt petere vt ſuper ſuis defenſionibus teſtes ad perpetuã rei memoriã examinentur. h. d. ſecundùm aliam lectu. breuiter hoc intendit: Actor, nõ poteſt cogi agere, ſed ex cauſa poteſt ſibi ſtatui tempus intra quod agat, vt poſtea non audiatur. h. d. ¶ Not. ſecundùm primã lect. & non exeat de mente tua, ꝙ ex parte tutoris vel actoris non poteſt peti vt examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriam, niſi cùm dubitatur de morte teſtium, vel eorum abſentia diuturna: vt l. in l. Aquilia, ſi deletũ. ff. ad legẽ Aquil. & eſt tex. extra, vt lit. non conteſt. cap. quoniam frequenter. Ex parte verò rei, quia non eſt in ſui poteſtate quando agat, poteſt peti vt examinentur teſtes ad æternam rei memoriam quandocunque, Hic eſt caſus hic, & ſ, de teſtib. authentic. ſed & ſi quis. & ibi plenius dicam.

*De fideiuſſoribus tutorum, ſeu curatorum.* *Rubrica.*

LEX I.

ELigere. Simul & ſemel non poteſt agi contra plures in ſolidum. hoc dicit. hæc not. l. ¶ Vide gloſ. ſuper verba. agi. quam not. quæ dicit, ago ita ꝙ exigatur: quia per hoc ꝙ daretur libellus cõtra duos reos in ſolidum proteſtãdo ꝙ vna exactio ſufficiat, ꝙ iſte libellus valde bene procedat: quia non eſt meæ intentionis exigere in ſolidum à duobus. Et ita tenet gloſſ. ff. mandati. l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpondit vnum. Pro quo facit ff. de verborum obli. l. in executione. §. in ſolidum. & j. de duob. reis. authent. hoc ita.

LEX II.

NOn eſt. Solutio tutoris liberat fideiuſſorẽ. Et ſi principalis ſoluit partem, fideiuſſor in reſiduo poteſt conueniri.

*De contrario iudicio tutelæ.* *Rub.*

LEX I.

SI pro cõtu. iudicato. Poſt ſolutionẽ non poteſt peti ceſsio: niſi ideo fuerit ſolutum vt cedatur.

LEX II.

SI non ex propria. Quando quis non ex propria culpa dãnatur, contra tutorem habet beneficium ceſsionis, & vtilis actionis.

LEX III.

SI pater. Succeſsio non confundit actionẽ, niſi pro ea parte pro qua ſuccedit. ¶ No. ꝙ poteſt quis eſſe tutor ſui priuigni. Simile habes. ff. de adopt. l. nonnunquã. Et vide l. certum. §. ſed an & ipſos. de confeſ. & l. ij. §. quod obſeruari. ſ. de iuram. calum. vbi habuiſtis bonam gloſſ. & no. hanc l. tu, qui ſedes ad banchum maleficiorũ.

*De authoritate præſtanda.* *Rub.*

LEX V.

VEterem. Si ſunt plures tutores, ĩ quolibet actu vnius authoritas ſufficit, niſi in eo, per quem finitur tutela. h. d. ¶ No. hunc tex. vnde ſumitur regula iuris, quod oẽs tangit, &c.

*Quando tut. uel cur. eſſe deſinant.* *Ru.*

LEX I.

SI curatores. Tunc finitur officium adiuncti, quando finitur officium eius, cui adiungitur h. d. ¶ No. beneficij caſum. Facit ad hoc. ff. de tutel. l. ſolent. & ꝙ habu iſtis no. per gloſſ. in l. neque. ſ. de procurato. hoc dicit.

LEX II.

TVtoris Voluntate pupilli non finitur tutela. h. d.

LEX III.

INdecoram. Aetate, nõ aſpectu corporis, finitur tutela. h. d.

*De actore à tutore ſeu curatore.* *Rub.*

LEX VNICA.

SI ſui iuris. Tutor poteſt adminiſtrare tutelam per actorẽ, non per procuratorem. h. d.

De hoc

---

Alex. conſil. ccxx. a iiij. ad finem. Item de hac materia an poſsit remitti confectio inuentarij, vide Alex. conſi. clij. in prin. Aret. conſ. xxij. in ij. colũ. per Bar. & alios in l. nemo poteſt. in ij. col. de leg. j. vbi cõcludit ꝙ licet poſsit remitti, ſi tamẽ iudici videatur vtile filijs non ſeruare talem remiſsionẽ, faciat inuentarium conficere. Et ſequit̃ Aret. in d. conſi. xxij. & Alexã. in d. clij. Et ad Bar. in l. in cõfirmando. ff. de cõfir. tuto. ponit alia circa cõfectionem inuentarij, habes in l. fi. C. de iure deliber. ad Bar. Et ꝙ licet poſsit remitti confectio inuentarij tutori, ſecus tamen ſit in vxore vſufructuaria. Vide quæ habes in Bertac. in verbo, vxor vſufructuaria in ij. col. Et ꝙ nõ attendatur talis remiſsio quando aliqua cauſa ſubeſſet, & quid in hęrede, vide Iaſ. in l. cũ neceſsitatẽ. C. de fideicommiſ. Alexã. conſil. xl, in ij. vol. in vlti. col. vide Bolog. in repetitione huius legis ſi. qui vult inter alia ꝙ quando teſtator nedum remiſit, ſed expreſsè prohibuit confectionem inuentarij. tunc non poſsit recedi ab ei⁹ voluntate. De quo vide latè do. Anto. de Monte Ferrato in l. nemo põt. charta vj. vbi etiã declara an & ex qua cauſa diſcedatur à voluntate teſtatoris.

❧ *P. P A V. P.*

a ¶ Vel iudice. Vide Angel. conſil. xxj. incip. ſer Ioan.

b ¶ Certum eſt. De materia huius legis vide Bar. in l. j. ſ. de tranſact. vbi hanc l. allegat.

c ¶ Si pecuniam pupillarem. Vide latè Roma. conſilio cxxxix.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De hoc dic vt habuiſtis ſ. de proc. l. neq; &c.

*De excuſationibus tutor. & cura & temporibus eorum.* *Rubrica.*

LEX I.

a PAlla. [a]Spado non excuſatur à tutela. hoc dicit.

LEX II.

SI curatores. Curator generaliter datus, tenetur etiam de bonis, quæ ſunt extra prouinciam: niſi de his fuerit excuſatus. h.d. ¶ Oppo. ꝙ quis non poſſit dare curatorem bonis, quæ ſunt extra prouinciam ſuam: vt l. pupillo. ff. de tut. & cur. da. ab his. ¶ Huius timore dicit gl. intellige ꝙ hic fuit datus à principe, vel ab alio eius mandato: & ſic fuit datus ab eo, qui habet iuriſdictionem in prouincia. Tu potes dicere, fortè & melius: ſufficit ꝙ qs habeat iuriſdictionem in perſona adulti: ſicut dicimus de tutore, ꝙ ſufficiat ꝙ iudex habeat iuriſdictionem in perſonam pupilli, vt poſsit dare tutorem & curatorē pupillo, cuius adminiſtratio porrigitur ad omnia bona, etiam alterius prouinciæ: vt habuiſtis no. ſ. vbi pe. tu. l. j. & ff. de tuto. & cura. da. ab his l. j. §. fi.

LEX III.

EXcuſationis. Si ingenuꝰ detur tutor liberto, poteſt excuſari. ¶ Item ſentētiæ, qua excuſatio reprobatur, debet acquieſci, niſi fuerit appellatum. h.d.

AMpliſsimi. Si aliquis creatur curator vxor ignorans debet excuſari, vt in pœnam ſenatus non incidat. h.d.

LIbertos. Liberti à tutela, vel cura filiorum patroni, nullam habent excuſationem.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Reſpublica an habeatur loco pupilli.
2 Tempus excuſationis eſt duplex.
3 Tempus anni, quod daẗ executoribus iuxta Epiſcopi conſtitutionem, intelligitur à die ſcientiæ.

QVinquaginta. Tempus excuſationis currit à tempore ſcientiæ: [b] & iniurioſa ſentētia nocet, niſi [c]fuerit prouocatum. h.d. Vide gl. in l. præcedenti. ſuper verbo, adminiſtrauerunt. Item no. hāc gl. in eo quod dicit no. ar. ꝙ clericus qui habet beneficiū, &c. ſiue in eo quod dicit gl. & ipſa loco pupilli. Et ſic videtur dicere † ꝙ Reſpublica habetur loco pupilli: licet dixerim in l. Reſpublica. ſ. ex quib. cau. ma. qđ habeẗ loco minoris. Et dic vt ibi dixi vobis. & adde iſtam. ¶ † Item op. de l. quinquaginta. ff. eo. Solu. Duplex eſt tēpus. Quoddam eſt tempus, quod datur ad proponendum excuſationē: & iſtud currit à tempore ſcientiæ: vt hic. Quoddam, quod datur ad proſequendum: & iſtud à tempore nominationis: vt l. contraria. ¶ Contra hoc opp. glo. quia ſecundùm hoc poſsibile erit, ꝙ primò curreret tēpus ad proſequendum, quam tempus ad proponēdum. Quare dicit gl. ſubaudiendum eſt: in l. cōtra. ad proponendum à die nominationis, ſ. & ſcientiæ. † Et vide gl. quam no. propter conſtitutiones Epiſcoporum, [c]quæ dicunt ꝙ fideicommiſ. & executores teneantur exequi intra annum, à die mortis teſtatoris debet intelligi: & ſubaudi, & ſciētię. vnde ſi ignorant, non currit tempus anni, per hāc glo. quod bene no. h.d.

NEque à tutela. Debitū, vel creditū, nō eſt cauſa excuſationis tutelæ. Tamen hoc corrigitur per auẗ. minoris. ſ. qui da. tuto. poſ. h.d.

COloni. Coloni fiſci non habēt excuſationem à muneribus.

PRater. Monoculus non excuſatur à tutela, vel cura. h.d.

EXactores. Exactor tributorū durante tempore exactionis à tutela, vel cura excuſatur.

TEſtamento. Tutor teſtamentarius adſtringitur ad gerenda bona, etiam extra prouinciam conſtituta, niſi ob hoc ſe excuſauerit: poterit tamen ex cauſa curator ſibi adiungi. h.d.

VOluntaria. [d]Iſta eſt notabi. l. & fuit repetita vltra montes. Cy. hic ponit repetitionē Pe. breuiter h.d. Per vnū actum contrariū nō perdit quis priuilegium in alijs. h.d.

NE ſenatorum. Liberti non habent excuſationem à tutela ideo quia gerunt negotia patronorum, niſi in vno liberto ſenatorum negotia gerente. h.d.

SEueriter. [e]Qui nominat aliquē ad iniuriā, vt eū redimi faciat, criminaliter punietur: qui nominat vt vexet, ad expēſas ciuiliter teneẗ. h.d.

QVanquam. Licet illud, ſuper quo principaliter litigatur, intēreat: tamen lis debet propter acceſſoria terminari. h.d.

SI vt allegas. Propter litē maioris partis bonorū, poteſt quis à tutela excuſari. h.d.

LIcet orationis. Licet ſi aliquis datur curator vxori, pōt & debet excuſari. h.d.

TVtores. A creatione tutelæ, vel curæ, nō appellatur, ſed excuſatio proponiẗ. Itē debitū vxoris, vtrū à tutela nō excuſat. h.d. ſummariū p̄dictū procedit ꝑut habes in tex. tuę. Si habes in tex. ſuæ. debes dicere ī ſecūda pte ſummarij, & inopia pupilli non excuſat tutorem. h.d.

INuſitatam. Debitum à matre pupilli, tutori eius non præſtat excuſationem. h.d.

CVrator. Si creatur curator, qui prius fuit tutor, iuſtę excuſatur. h.d.

QVod res. Cōio rerū nō præſtat excuſationē à tutela. Dic vt dixi in auẗ. minoris. q dare tu. poſ.

SI tutor. Ad tutorem excuſatum nō pertinet periculum. h.d.

HVmanitatis. Per magnam litem cum ſorore tutoris, poteſt tutor excuſari. h.d.

VIros. Conſiliarij principis excuſantur à tutela, vel cura. h.d.

*Si ex falſ. alleg. tutor fuerit excu. Ru.*

LEX I.

SI abſentibus. Excuſatio conceſſa ob falſas allegationes, tutorem non releuat. h.d. ¶ No. ꝙ eſt ſpeciale in minore, quòd ſententia lata ex falſis allegationibus eſt nulla [f]ipſo iure. In alijs reſcinditur per reſtitutionem: vt vidiſtis j. ſi ex fal. inſtru. quaſi per omnes illas leges.

LEX II.

TVtores. Poſt cœptam adminiſtrationem, fruſtra proponitur excuſatio. h.d.

LEX III.

SI vt proponis. Iſta lex dicit idē quod prima. Excuſatio habita ambitione non prodeſt.

*Si tutor uel cu. reip. cauſa abie. Rubri.*

LEX I.

a ¶ Falſa. Aduerte ad materiam huius tituli in practica, qa ſępe multos vidi errare: quia quando vis te excuſare, debes facere dare tutorem pupillo vel adulto quòd in hac cauſa tranſactionis eum defendat. Inſtit. de auth. tu. §. ſi aliàs. quāquam ſententia lata ſit contra indefenſos, non teneret ipſo iure l. cōtra pupillum. in prin. & l. acta. §. fi. de re iudi. Hoc eſt quod not. ſentit gl. in l. j. j. ti. j. ſeruatis tēporibus. de quibus in l. planè. ff. e. & Inſti. eod. tit. Et hoc ſequitur Mathe. in ſuis notab. notabili cxiiij. & ad de text. in l. cùm in vna. §. j. de appel.

b ¶ Scientiæ. Dic tamen ꝙ illi qui ſunt ipſo iure exempti & excuſati, non tenentur comparere ad ſui excuſationē l. generaliter & hoc ibi no. Bal. ſ. de epiſco. & cleri.

c ¶ Epiſcoporū. Dixi poſt Bar. in l. fi. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. Vide Bald. in l. captatorias. ad fi. j. de teſta. mili. & Bal. in l. genero. ff. de infa. & Bal. in l. id quod pauperibꝰ. de epiſco. & cler. & in l. j. in ij. col. j. de teſt. Et no. ꝙ qui nō poteſt inuenire fideiuſſorem, excuſatur à tutela l. ſi qs. in §. Imperator. de excuſa. tuto. & l. fi. de ſuſpec. tuto. Ita no. dicit Bal. in l. fi. ſ. quod cum eo. & per cōſequēs nō ſufficit iuratoria cautio. Adde an executoribus ignorantibus currat tempus, Bar. cōſi. cxlij. Angel. conſilio cxliiij. Abb. conſi. cx. Bal. conſi. ccclxvj. lib. j. Ro. cōſi. ccxxviij.

d ¶ Voluntaria. Per vnum actum contrarium non perdit quis priuilegiū Ad de Bar. in l. fi. de cōſti. princi. tamen ſi quis ſe immiſceat adminiſtratiōi, perdit priuilegium adminiſtrationis tutelę. l. ij. j. tit. j. Adde Bald. conſi. xcv. libr. j. domi. Cardi. conſil. cxxx.

✠ *P. PAV. P.*

d ¶ Voluntaria. Vide Alex. cōſil. cccxcvj. circa finem.

✠ POMATES.

e ¶ Seueriter. Vide ad iſtā pulchrè per Barba. conſil. xlvij. col. j. & ij. volu. j.

f ¶ Eſt nulla. Facit in ſententia lata pro libertate: quia illa valet. l. ſi duo. ff. de dolo. Sed quid ſi lata ſententia ſit aduerſus eccleſiā? Dixi in l. reſpu. ex quibus cau. ma. & not. do. Abb. in c. licet de proba. & vide Imol. in l. ſi is ad quē. de acqui. hęre. & per eundem in c. cùm Bertoldus in ver. quartus caſus, de re iudica.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

**Q**Vi tutores. Qui abeſt cauſa Rei public. excuſatur à tutela, & non poſtea. h. d.

*De excuſationibus ueteranorum. Ru.*

LEX I.

**Q**Vi. Veterani excuſantur à tutela, niſi filiorum commilitonum, ſeu cō ueteranorum. h. d.

*Qui numero liberorum. Rubric.*

LEX I.

**Q**Vi ad tutelam. Numerus liberorum, ſecundùm diuerſitatem locorum à tutela excuſat: & filij defuncti non computantur in numero. h. d.

*Qui ætate ſe excuſant. Rubrica.*

LEX VNICA.

**P**Ater. Aetas ſeptuaginta annorū excuſat à tutela. h. d.

*Qui numero tutelarum. Rubri.*

LEX VNICA.

**S**I tres. Tria onera tutelarum nō affectata, præſtant excuſationem ab his, & in his, quæ ſunt diuerſi generis, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. h. d. ¶ Not. hunc text. & ſigna tibi ibi: ſed imperfectè & c. qui facit ad multa: maximè ſi habeo teſtem vnum & famam, ꝙ non ſit plena probatio, & ſimilia. Dicam tibi fortè in l. in bonæ fidei. ſ. de iureiuran. & ff. co. l. admonendi. dante Deo.

a *De curatore furioſi [a] ſeu prodigi. Ru.*

LEX I.

**C**Vratores. Cauſa accidentalis inſpicitur, demum cauſa naturali finita. h. d.

LEX II.

b **O**Rationis. [b] Quod conſtitutum eſt in prohibendis alienationibus rerum minorum, extendi-
c tur ad res furioſorum. h. d. ¶ Not. hanc l. [c] ꝙ leges loquentes de minoribus, & eorum fauore extenduntur ad furioſos, & mente captos. h. d.

LEX III.

**S**I pater. Filij poſſunt potere patribus mente captis curatorem, qui habebit legitimam adminiſtrationem. hoc intendit in ſumma.

**C**Vm repudiante. Mater filię furioſæ, concedere curatorem non poteſt. hoc dicit.

**N**E lucrum. Emācipatus poteſt eſſe curator legitimus fratris ſui. h. d.

**C**Vm aliis. Hæc eſt bona lex, & bonus caſus. Curator furioſi ceſſat ab adminiſtratione tempore dilucidi interualli, & eam reaſſumit reuertente furore. h. d. Tene menti hanc l. not. ad multa.

d **C**Vm furioſus. [d] Pater eſt legitimus adminiſtrator filij furioſi. h. d.

**S**inautem parentes. Pater poteſt furioſum inſtituere, & ei exemplariè ſubſtituere, & furioſo filio ſuo quæritur paterna hæreditas, nō extraneorum: ſed debet per curatorem peti bonorū poſſeſsio. h. d. vide gl. ſuper verbo, antiqua. ¶ No. ꝙ per bono. poſſ. contra tabu. propter ſolam agnitionem irritatur teſtamentum: ſicut per ſolam agnitionem habetur bonorum poſſeſsio, non tamen requirit̄ ſolennitas propria, & debita in querela. Dixi tibi j. quorum bon. l. j.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Si eſt datus curator furioſo, ſine præſentia Epiſcopi, ꝙ valeat datio.

2 Hæc lex an ſit de quinquaginta deciſionibus cōpilatis poſt Inſtitutiones.

3 Conſuetudo non approbauit hanc legem nec l. de creationibus.

**S**ed cùm antiquitas. Curator furioſi teſtamentarius non debet ſatiſdare, ſed debet ſolenniter iurare inuentarium conficere. Curator verò legitimus, vel datiuus tenetur ſatiſdare, ſi non eſt idoneus facultatibus. Item datiuus eſt dandus for-
1 ma tradita hac l. h. d. † Iam conſului: datus fuit curator furioſo ſine præſentia epiſcopi & primatū: an valeat. Breuiter determinaui ꝙ valeat: vt Inſti. de cur. §. furioſi. vbi ſoli præſidi permittit. & liber Inſti. fuit factus poſt Codicē, vt patet in proœ. In-
2 ſti. † Et ſi dicis mihi, hęc lex, & lex, de creatiōibus. ſ. de epiſc. aud. fuit in illis quinquaginta deciſionibus, quæ fuerunt additæ huic libro poſt compila- d
tionem Inſti. de quib. fit mentio ſ. de emen. Iuſtini. Cod. nego tibi iſtam: probes ſi potes: ſi nō probabis, ſuccumbes. arg. eius quod no. in l. eū actum.
3 in fi. ff. de neg. geſt. Præterea †, conſuetudo illas leges non approbauit in hoc quod hic dicitur de pręſentia epiſcopi, & primatum: ergo & c. vt extra de e
treu. & pace. c. ij.

**T**ali itaque. Hæreditas furioſo delata poteſt per procuratorem agnoſci, vt ſi furioſus ad ſanam mentem peruenerit, poſsit ſibi eam retinere ſiue reſpuere. Et ſi in furore deceſſerit, ad hæredes furioſi non trāſit: ſed legata, & fideicommiſſa ſine dubio acquiruntur, & tranſmittuntur.

**S**inautem. Curator defuncto, alius eſt creandus forma & ordine antedictis.

*De prædijs & alijs rebus mino. ſine decreto non alienan. Rubrica.*

LEX I.

e **V**Enditio. [e] Prohibitio alienationis rerum minorum non extenditur ad alienationem neceſſariam. h. d. f

LEX II.

**N**On eſt vobis. Quod ipſo iure non tenet, non poteſt reſcindi per reſtitutionem. Secus ſi tenet, & pupillus decipiatur. h. d.

**C**Vm emancipatis. Etiam pater curator, non poteſt bona filiorum alienare ſine decreto.

**N**On ſolum. Nullo titu. poſſunt immobilia minoris alienari ſine decreto & minor reuocatus, debet reddere qđ accepit.

**E**T ſi præſes. Decretum interpoſitum ex falſa cauſa. nullius eſt momenti.

**M**Inorum. Non ſufficit cauſam allegare per libellū: ſed debet coram iudice perfectè probari.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Actiones iudicantur inter mobilia, & immobilia reſpectu illius quod venit in obligatione.

**S**I ad reſoluendam. Sicut minor non poteſt alienare im-
f mobilia: ita nec obligari [f] de alienando. hoc dicit ſecundùm lect. gl. bonam, & veram,
1 Secundùm hoc habes hic caſum clarum, † quòd actiones iudicantur inter mobilia ſeu immobilia reſpectu illius quod in obligatione venit, & in ipſa actione: vt hic vides tex. quia minor non poteſt alienare, ita nec ꝓmittere aliquid immobile.

De

*P. PAV. P.*

a ¶ De curatore furioſi. In datione curatoris furioſi, quorum citatio requiratur, & an poſsit dari ſine requiſitione, vide Alex. conſil. ccxxviij. Fulgo. conſil. lxxx.

b ¶ Orationis. Sed in ſurdo, & mente capto, vtrum ſemper egeant curatore, vide Bart. in l. cui eorum. §. fi. ff. de poſtul. & ibi dixi qđ in mente capto & furioſo. Ex oppoſito ex hac l. limita gl. no. ꝙ priuilegia competentia pupillo, extenduntur ad furioſum, & prodigum, cui bonis eſt interdictū, & alibi non reperit̄. Simile in priuilegijs: tamē pōt induci pro ſimili id, quod not. in l. Marcellus. de fideiuſſ. & in l. interdū in fine gl. magnæ, de cōd. inde. Et ita dicit Bald. in c. ij. de beneficio fratris. Et iſtam glo. etiam ſequitur Bal. in l. iubemus, in ij. q. de ſacroſan. ecc. & ideo per hanc gloſ. dicit Bald. in l. fin. circa prin. ſ. in quib. cau. in inte. reſtit. ꝙ beneficium illius l. videlicet, ꝙ in minoribus nō currit præſcriptio, extēditur ad furioſos & prodigos. Et hoc expreſsè tenet glo. & Bald. hic & adde Bald. in l. ij. §. ſi à pupil. in fi. & ibi eſt tex. ff. pro empt. & Bal. in l. infantis. in iiij. q. j. qui admit. & ibi dixi, ꝙ reſtituitur in inte. ſicut minor. de quo per Bar. in d. l. Marcellus. & adde hic. l. q neq;. & ibi Bald. de reb. eorum. vbi etiā de prodigo probat̄ & idem tenet Bar. & Imo. ibi in prin. vbi dicit hanc glo. ſingu.

*POMATES.*

c ¶ Not. hanc l. Vide Barba. conſil. xlij. col. vij. vo. j. & Ancha. v. col. fina. vbi per no. hic dicit, ꝙ ſicut pupillis & minoribus, non currit præſcriptio durante pupillari ętate. & minori, ita ēt non currit furioſis durante furore.

*POMATES.*

d ¶ Cū furioſus. Filio ergo famil. non datur curator. quod intellige quādo datur perſonæ: ſed vbi daretur rebus, vel ad certū actum, tunc bene poteſt conſtitui. Ita dicit gl. in verbo, hæreditati. in l. fi. §. ſin autem ſecunda. j. de bon. quæ liber. de qua Alex. conſi. lix. in ij. colum. voluni. ij.

*P. PAV. P.*

d ¶ Cū furioſus. Circa regulam huius legis ꝙ nullꝰ amor vincit paternū, vide Alexan. conſil. ccccexlj.

e ¶ Venditio. Not. perpetuò, ꝙ in rebus quæ non poſſunt ſine decreto alienari, non ſufficit habere licentiā à iudice: niſi iudex declaret cām quare alienet. Gl. eſt no. in l. ij. j. ti. j. videtur ꝓbari in l. lex quæ tutores. ibi probationum cauſæ. ſ. de admi. tuto. & j. eo. l. minorum. & vide Bal. in l. fi. j. eo.

f ¶ Nec obligari. vnū tamen no. qđ Bal. in l. de fideicom. ſ. de tranſact. dicit ꝙ minor xxv. annis pōt remittere ſpē, quam habet ad immobilia, ſine decreto iudicis, per illū tex. quod dicit alibi non reperiri clarius. Facit l. ſi pater. ſ. quando mu. offi. tut. Et hunc text. not. alle. Bald. in l. præſes. ſ. de trāſac. ꝙ ſicut in cōtractu requiritur decretū: ita etiam in diſtractu. quod not. & etiam dicit ꝙ in feudo compromiſſo, requiritur interpoſitio decreti, ſi ſit de re immobili. Adde tamen ꝙ in obligatione bonorum pupilli, quā tutor præſtat pro cautione litis de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui, non requiritur decretum iudicis in minore.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De hoc vidiſtis ſ. ſi aduer. tranſac. l. j. & l. ij. & l. iubemus. §. j. ſ. de ſacroſanc. eccle.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Immobilia minoris, etiam ex cauſa dotis non alienantur ſine decreto.

**PRrædia.** Ex cauſa donationis propter nuptias, immobilia non poſſunt alienari ſine decreto. h. d.
1 ¶ † No. ergo ꝙ ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, immobilia ſine decreto non poſſunt alienari. Vidiſtis in l. lex quæ tutores. ſ. de admini. tuto. h. d.

**ET ſi is quem.** Licet alienatio ſit prohibita fauore minoris: alij tamē poſſunt obligari, & eorum res obligare hoc. d. ¶ Opp. ſi non valet principale, non valet acceſſorium: vt ſ. de leg. l. non dubium. Solu. Ibi dixi, & plenius dixi in l. cùm lex. ff. de fideiuſſo.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Minor qui vendicat alienata, quando & quid habeat probare.

a **PRædiorum.** [a] Minor vendicans iure alienata, tenetur reſtituere pretium, quatenus probatur in eius vtilitatem conuerſum. h. d. Videtur ergo
1 † ꝙ iſte, qui vult conſequi pretium, debeat probare in pupilli vtilitatem eſſe cōuerſum. Sed contra imò minor debet probare ſe pecuniam perdidiſſe, & ſe læſum eſſe vt l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiu. Sol. gl. valde notabiliter: Quandoq; contractus eſt nullus: & tūc aduerſarius minoris debet probare ipſum eſſe locupletatū. Hic eſt caſus hic. Quandoq; eſt contractus aliquis, ſed petitur reſcindi: tunc ipſe minor probare debet. Hic eſt caſus in l. contra. Fallit in fœneratore: vt l. j. ſ. ſi aduer. credi. & ibi plenius dixi. Ratio eſt: qa vnuſquiſq; debet probare cauſam ſeu id, quod eſt cauſa ſuæ intentionis: vt ibi dixi.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Si minor agit ad alienata, quando per reſtitutionem, & quando alia actione ipſi ſuccurratur.

2 Dictio taxatiua poſita in lege, extēditur ad alios caſus ſimiles virtute alienarum legum.

3 Immobilia minoris ob famen, cum decreto alienantur.

b **SI quidem.** [b] Hęc eſt notabilis l. Si alienatio eſt nulla non eſt neceſſaria reſtitutio: aliàs poteſt peti per reſtitutionē reſcindi. h. d. Tenemēti: quia
1 iam feci de facto. ¶ † Quæro ad quid dabitur reſtitutio? Videte dñi: reſtitutio illud reddit, quod abſtulit læſio: vt l. j. ff. de mino. & l. quod ſi minor. §. reſtitutio. eo. ti. Nunc ad propoſitum quando minor eſt deceptus in eo quod vendidit, quia non expediebat ſibi vendere: tūc reſtituitur aduerſus vēditionem, vt reſcindatur venditio: vt ipſe habeat rem, ſicut ſi non eſſet facta vēditio, per tit. ſ. ſi aduer. ven. Quandoq; eſt læſus in eo quod malè vendidit: quia bene expediebat ſibi bene vendere: ſed debebat vendere pretio cariori: tunc reſtituitur in integrum, vt pretium ſuppleatur: non vt venditio reſcindatur. Ita poteſt probari hic, & probatur in l. ſi res. §. j. ff. de iur. do. Qñq; minor eſt læſus, non in eo qđ vendidit, nec in eo quod malè vendidit: ſed in eo ꝙ pecuniam acceptam conſumpſit tunc reſtituetur aduerſus ſolutionem, per ti. ſi ad
c uer. vendi. Et per hoc habes quomodo debes formare libellum [c], & poſitiones, & ad quid pietas reſtitui: vt ex prædictis colligatur ſatis bene.

**OBæs alienum.** Ob æs alienū, vel ſimilem cauſam poſſunt immobilia cū decreto alienari. h. d. ¶ Opp. ſ. e. l. prædia. Sol. qđ hic dicit, ob æs alienū tantū. ſubaudias
2 vel ſimilem cauſam. ¶ † Not. ergo ꝙ licet [d] in lege
d ſit dictio taxatiua, [e] tamen extenditur ad alios ca-
e ſus ſimiles, virtute aliarū legū. Facit qđ habuiſtis in l. illud. ſ. de ſacroſ. eccle. in l. ſerui nomine. ff. de vſuſ. de re. iur. l. contractus. ¶ No. vlt. gl. quæ eſt hic: quæ enumerat caſus, ex quibus poteſt aliena-
3 ri: quā vide. & ibi no. † Item ob famen & c. ſimiles caſus habes quos gl. ponit hic: quē vide & no. &c.

a ¶ Prædiorum. Vide quod not. Bart. in l. ſi cū dotem. §. j. ſol. ma. hic contra.

b ¶ Si quidem. Decretum iudicis non impeditur reſtitutione. Fallit ſi in decreto eſſet taxata æſtimatio rei venditæ, ſecundū glo. no. ibi Bar. in l. prætor ait. ver. permittitur. de minor.

c ¶ Formare libellū. Not. practicam reſcindendi venditionem factam à minore. Et adde Bar. in l. ſi ſine hærede. §. interpoſito. ff. de admi. tut. Sed Bal. hic contra.

✣ POMATES.

d ¶ Ergo ꝙ licet. De iſta materia vide aliqua per Iaſo. in l. ſi mona. ff. ſo. mat. & latius Felin. in c. paſtoralis. colū. v. extra, de reſcrip. & vide Ancha. in c. canonū ſtatuta. colū. lxiiij. de conſtit.

e ¶ Taxatiua. No. de dictione taxatiua, vide Bald. in l. cum quo. §. pe. ad l. Fal. & latius in l. ſi conſtante. ſo. ma. & eſt tex. cū gl. in l. fina. C. de pact. pro quo etiam Bart. in l. j. in princ. ſi quis ius di. nō obtē. & Dyn. in regula, in argu. lib. vj. vide tñ Bal. in l. j. de interdict. &c. Ex oppoſito no. gl. quæ voluit ꝙ fundus ſterilis non pōt alienari: eccleſia tñ hoc poſſet. Sed alia gl. tenuit contrariū videlicet ꝙ idē eſſet in minore vt eſt gl. in l. mandatū. §. ſi tutores. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. & ibi per docto. & Bar. in l. ij. j. de agri. & cenſi. lib. xj. Adde glo. & ibi Bar. in l. cū hi. §. cū trāſac. & quod habetur in l. fi. §. ſin autem. C. de bon. q̃ li. Adde de taxatiua Pau. de Caſ. conſil. ccxcviij. Oldra conſil. cclxiij.

**ETiam.** Prædium emphyteuticum non poteſt alienari ſine decreto. h. d.

**VTere.** Minor vendicans alienata iniuſtè, doli exceptione repellitur: niſi pretium in eius vtilitatem conuerſum reſtituat. h. d.

**SI minor.** Nō poſſunt pro alio debito immobilia in ſolutum dari, ſine decreto. h. d.

*SVMMARIVM.*

1 ☞ Quando alienantur res minorum, quis iudex interponet decretum: an vbi res eſt: vel vbi eſt pu-
e pillus, ſi maior factus ſuam alienationem factam ratam habuit.

**SI prædium.** Immobilia alienata ſine decreto iudicis, in cuius territorio res eſt poſſunt vendicari: ſed pretium in eius vtilitatem cōuerſum reſtitui debet. Signa ibi tex.
1 in qua ſitum eſt &c. ¶ † No. ꝙ ſufficit decretum il
f lius iudicis, in cuius territorio [f] res eſt: ſufficeret etiam decretum illius iudicis, qui habet pupillum ſub ſe: licet non habeat rem ſub ſe: vt l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum.

**INter omnes.** Minor diuidēdo, nō
f poteſt alienare, niſi prouocetur à maiore. h. d. De hoc dic vt habuiſtis in l. iubemus. in prin. de ſacroſan. eccle.

**SI minor.** Propter debita non poſſunt immobilia alienari: niſi cauſa probata, & interueniente decreto.

g *Quando decreto [g] opus eſt. Rubrica.*

LEX I.

**SI probare.** Ex voluntate parentis pupilli adhibita in contractu, poſſunt immobilia alienari ſine decreto. h. d.

LEX II.

**ILlud requirēdum.** Si venditio fit ex licentia Principis, non requiritur decretum iudicis. h. d.

LEX III.

h **PRædium.** [h] Ex volūtate defuncti manifeſta, poſſunt immobilia alienari ſine decreto. h. d. Vide gl. quæ eſt hic: & ibi eam ſigna. De materia iſtius glo. ſ. qualiter executores vltimarum voluntatum poſſunt vendere: dixi in repetitione l. alio. ff. de ali. & cib. lega. vbi tractaui ſolùm de materia huius glo. Et fuit pulchra, vtilis & noua repetitio. Et vide per Cy. in l. id quod pauperibus. ſ. de epiſ. & cleri.

**ET ſine interpoſitione.** Res quæ vſu conſumūtur, poſſunt alienari ſine decreto. h. d.

*Si quis ignorans rem minoris eſſe ſine decreto comparatam. Rubrica.*

LEX I.

**SI ea quæ.** Emptor malæ fidei non præſcribit. Emptor bonæ fidei longo tempore præſcribit. h. d.

LEX II.

**SI contra.** Minor rem alienatam iniuſtè vendicat cum fructibus, niſi emptor habuerit bonam fidem.

LEX III.

**POſſeſsiones.** Iniuſtè alienata etiam à ſecūdo emptore vēdicātur: niſi præſcripſerit.

e ¶ Et no. Item not. ex iſta gl. ꝙ dos & alimenta æquiparanť. Vide Bart. in auť. res q̃. j. cōmu. de leg. Cy. poſt gl. in l. non omni. ſ. de admi. tu. & Bart. & Imol. in l. Męuius. §. duobus. in iiij. q. de leg. ij. per Bar. & quod ibi dixi in l. fi. ff. de his quibus vt indig.

f ¶ Territorio. Quid ſi iudex interponat decretum ſuper alienatione, vide etiā Bal. hic, & in l. ſi p̄dium. in l. j. ſ. de cō trahen. emp.

✣ P. PAV. P.

g ¶ Quando decreto. An conſuetudine induci poſsit ꝙ res minoris alienari poſsit ſine decreto, vide ꝙ ſic, Iaſo. in l. de quibus. in xviij. col. in prin. ff. de legib. vbi alleg. Bal. & Ange.

✣ P. PAV. P.

h ¶ Prædium. Vide Alexan. conſi. lxi. vol. ij. in j. col. Vide Roma. conſil. cccxciiij. quē ſequitur Iaſ. in l. ſi vnus. §. præſens. colla. ix. ver. ſecundò principaliter. ff. de poſtu.

a P. P A V. P. ¶ Cũ proponas. Limita niſi minor fuiſſet dolo inductus ad cõtrahendum, licet poſtea ratificaret factus maior, non rehaberet, niſi eſſet certioratus de tali dolo. vide Roma. conſi. liiij. in ij. col.

b POMATES. ¶ Si quando. Et nota ꝙ taciturnitas huius temporis, inducit ratihabitionem, non ſolùm circa geſtum principaliter, ſed etiã circa conſequentiã & dependentiam ab eo. Ita dicit do. Alex. conſil. cxvij. volu. v.

P. P A V. P.

b ¶ Si quando. Aduerte ſignanter ꝙ diſpoſitio huius legis nõ procedit hodie, attenta diſpoſitione iuris Canonici: quia iſte qui contrahit ſine decreto, contra iura mercatur, imò præſumitur in mala fide. c. q contra de reg. iu. l. quẽadmodum, vbi Bar. C. de agrico. & cẽſi. li. xj. ergo &c. c. fi. de præſcri. Ita dicit do. Anto. de Bu. in conſi. xlv. in cip. domina Orabilis. in iij. col. ante fi. vbi etiam dicit ꝙ non procederet qñ tutor vel curator cõtraheret cũ ipſo minore. Et vide qđ per iſtam legem dicit Roma. idem eſſe in prodigo, qui tacuit per quinq; annos poſtquàm effectus eſt ſane mentis, in ſingularibus ſuis. in vlti. charta, ſingu. incip. iudex Bononienſis.

c ¶ Quinquẽnij. Per iſtam legem fuit cõſultum, ꝙ ſi iudex interdicit adminiſtrationem bonorum alicui intra certum tempus qui durante prohibitione alienat: demũ vult alienationem reuocare, an poſsit. Dictum, fuit ꝙ ſi intra quinquennium nõ fuerit reuocata, vlterius non poterit reuocari. Caſus eſt hic, & in l. j. §. de cõtractibus iudicum, per hoc limita l. q̃ ab initio. ff. de reg. iu. vbi vide gl. & dũ hic dicitur, ꝙ minor non poteſt donare ſine decreto,

**Q**Voniam. Poſſeſſor bonę fidei pręſcribit contra minorem, ſpatio longi temporis, à die qua factus eſt maior.

## *Si maior factus, ſuam alienationem factam ſine decreto ratam habuerit. Ru.*

*SVMMARIVM.*

1 Quando in alternatiua obligatione eſt ſpecies & quantitas, an poſsit fieri compenſatio.

LEX I.

**C**Vm proponas.[a] Ratihabitio maioris præiudicat in iure, quod ſibi competit ratione præcedẽtis minoris ętatis, nõ in eo quod competit cuilibet maiori. hoc primò. ¶ Item quando in ſolutione, ſeu in obligatione, eſt ſpecies, & quantitas alternatiuè: ratione quantitatis poteſt fieri compenſatio. h. d. 1 † De hoc quando in alternatiua obligatiõe eſt ſpecies & quantitas, an poſsit fieri compenſatio, vide l. ſi debeas decem. ff. de compen. & vide quod plenè dixi in l. ſi ſeruus. §. ij. ff. de furtis.

LEX II.

**S**I ſine. Indebitè alienata poſſunt vẽdicari, niſi ratihabitio, vel præſcriptio, vendicantem repellat. h. d.

LEX III.

**S**I quando.[b] Si immobilia ſunt ſine decreto alienata titulo oneroſo à minore, vel eo ſciente: taciturnitas quinquennij[c] eo effecto maiore ratihabitionem inducit. ſi titulo lucratiuo requiritur taciturnitas longi temporis. h. d. ¶ Not. l. & eſt ſingularis valde. Tene menti iſtam legem quanto plus potes rogo te. ¶ Oppo. §. ti. j. l. fi. vbi requiritur præſcriptio longi temporis. Sol. Quando ipſe minor vendidit, vel alius eo ſciẽte: ſtatuta ſunt tempora hac lege diffinita. Sed quando vendidit alius ignorante minore: tunc haberet locum l. contraria. ¶ Ad vnum tamen aduerte: quia illud, quod hac lege dicitur, non eſt propriè præſcriptio: ſed inducitur quędam ratihabitio tacitè. Et ideo quocunq; modo intra illud tempus, minor iſte factus maior, declarat ſe nolle ratum habere: lapſus huius temporis non obeſſet: ſed in lege contraria inducitur præſcriptio: & debet interponi modis legitimis, ad interrumpendã præſcriptionem inductis. De quibus videbitis in l. cũ notiſsimi. §. ſed & ſi quis. ff. de præſcrip. xxx. anno. Dixi plenè & pleniſsimè in l. naturaliter. ff. de vſucapio.

## *De magiſtratibus conueniendis. Rub.*

LEX I.

**S**I magiſtratus.[d] Minores in ſubſidium habent regreſſum, cõtra magiſtratus, qui tutores dederunt: & etiam contra fideiuſſores, quos pro indemnitate receperunt.

Ludo. in l. ſi ante ſolu. matri. dicit, ꝙ fortè hoc non procederet in donatione. Et licet non alleget aliquem tex. mihi videtur tex. in l. cùm plures. §. ſi tutor. de admi. tuto.

d POMATES. ¶ Adde huic apoſtil. ibi: caſus eſt hic, & in l. j. & idẽ in verbo, aduerte motus per iſtam l. ſic voluit Lud. Ro. in ſing. ſuo inci. iudex Bononien.

LEX II.

**I**N hæredes. Contra hæredes magiſtratus non datur actio, ex leui culpa. hoc dicit.

LEX III.

**S**I tu. College, & plures magiſtratus, ſi ſunt ſoluendo, habent inter ſe beneficium diuiſionis. h. d.

**A**Duerſus. Datur actio in ſolidũ excuſsis tutoribus, fideiuſſoribus, & collegis.

**I**N magiſtratus. Iſta lex idem dicit, quod præcedens: ideo non eget ſummario.

*SVMMARIVM.*

1 Notarius ſi omiſit ſcribere, & pars ex eo dãnificetur: datur in ipſum actio.

2 Inuentarium quando fit, debet deſcribi æſtimatio rerum.

3 Datio tutoris, non inualidatur, licet inuentarium non fuerit confectum legitimè à tutore.

4 Tutor vendens rem æſtimatam publica authoritate: licet plus valeat excuſatur: & quando.

**C**Vm ſit adiecta.[e] Hæc eſt ſingularis lex. 1 In eo † ꝙ quis damnificatur ex eo qđ notarius[f] ſcribere omiſit, datur actio contra notarium. h. d. ¶ Primò ex hac l. no. quod dixi in ſummario. De quo vides in l. pe. ff. de tabu. exhiben. 2 ¶ Secundò † no ꝙ inuentarium eſt faciendum ſcribendo æſtimationem rerum. 3 ¶ † Tertiò not. ꝙ licet inuentarium non ſit bene confectum à tutore vel quia minus eſt ſcriptum, vel minor ęſtimatio: non propter hoc datio ipſius tutoris inualida efficitur. 4 ¶ Quartò no. † & non exeat demente tua in perpetuum, ꝙ excuſatur tutor, vel curator ſi vendit rem prout æſtimata eſt authoritate publica, licet plus valeat. Vide glo. ſuper verbo, læſio. Hoc tamen intellige, niſi manifeſtum eſſet illam æſtimationem eſſe iniuſtam. Et de hoc eſſet publica fama in vicinia, & locis circunſtantibus: tunc enim tutor non poſſet dicere ſe credere illam ęſtimationem eſſe iuſtam. argu. §. de peri. tu. l. ſi tutor petitus. ¶ Nota ergo, & in perpetuum non obliuiſceris, &c.

d ¶ Si magiſtratus. Iſte text. eſt ſingu. ad vnum no. quod ponit Bal. in l. conſtitit. in penul. q. de pœna iudi. qui malè iudicauit.

P. P A V. P.

e ¶ Cum ſit adiecta. Nota ſingulariter circa regulam huius legis ꝙ notarius in quibus tenetur ſolùm de dolo, lata culpa, vide Alexã. per illum text. in prin. in l. vbi exigitur. ff. de eden. Ad iſtam materiam vide latius per Iaſ. in l. oratione. in ij. col. C. de teſtamen.

f ¶ Notarius. Et vide quod dixi in l. q nomine. ff. de fal. & adde ꝙ probato dolo notarij de intereſſe, ſtatur iuramẽto partis, ſecundũ Bal. in l. qui accuſare. §. de eden. ſecus ſi propter culpam notarij: quia tunc debet plenè probari, ſecundũ Bald. in l. fi. in pe. col. de edendo. & qua pœna puniatur tabellio, qui protocollũ perdidit, licet inſtrumentum inde ſumptum reperiatur. vide Bal. in rubri. §. de fid. inſtru. in iiij. col. verſ. quæro dixi ſuperius. & ibi in ſequẽ. q. An poſsit cãcellare protocollum: & addito. inſtrumento & quod not. Bartol. in l. pluribus de his quæ in teſta. delentur.

*LVGDVNI,*

Apud Dionyſium Harſæum ex fidiſsima caſtigatione domini Alexandri Loſæi Auiliani Iuriſconſulti.

## Index quaternionum.

abcdefghiklmnopqrstvxyz ABCD, Omnes ſunt quaterniones: præter D, qui eſt ternio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf